3 1761 05978696 2

# artæ

et

# lia unimenta

quæ ad

## ominium de lamorgancia

pertinent.

VOL. II.

alygarn, 1910.

ardiff:
PRINTED BY WILLIAM LEWIS, DUKE STREET.
MDCCCCX.

LA
740
G5 C45
1910
v. 22

Pages 225 to 712.

Charters CCXIX to DCLIV.

## CCXIX.

## THE CHARTER BY BISHOP HENRY, CONCEDING TO MARGAN THE CHURCH AND CHAPELS OF KENEFEG, PAYING TO TEWKESBURY TEN MARKS PER ANNUM.

[Cotton MSS. Cleop. A. VII., fol. 86 b.] 1196—1218.

Carta H. Landavensis episcopi concedentis domui de Morgan ecclesiam de Kenefec cum capellis terris et omnibus pertinentiis suis assensu et peticione W. abbatis et conventus Theok' solvendo domui Theok' annuatim x. marcas; quinque infra octavam Pasche et quinque infra octavam Sancti Michaelis.

As King John's Charter is silent as to this matter, it probably came between 1205 and 1218.

Kenefec is Kenfig, in Pyle, the parish next south of Margam, and which reaches the sea-shore. Much of it has long been covered up with drift sand, but under the Normans the village was a borough town, and the parish part of the demesne of the Chief Lord. A slender remain of its ancient Castle rises through the sand, and it is celebrated for its pool. It is also a contributory parliamentary borough to Swansea, or recently was, but this was solely in compliment to its former prosperity.

## CCXX.

## GRANT BY NICHOLAS PUINZ TO MARGAM OF LAND IN THE FEE OF LLANGEWI.

[Margam Charter.] 1196—1218.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. Nicholaus Puinz salutem.

Sciatis quod ego pro animabus antecessorum meorum . et pro anima domini mei . Willelmi comitis concessi et dedi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancte M. de Margam et monachis qui ibidem Deo serviunt in puram et perpetuam elemosinam totum jus meum quod clamavi adversus David Scurlag in feudo de Langewi . quietum in perpetuum pro me et heredibus meis sine ullo retinemento michi vel heredibus meis. Salvo servitio domini comitis. Et ut hec donatio mea rata et inconcussa permaneat in eternum . idem jus meum in

prenominato feudo de LANGEWI in pleno comitatu de KAERDIF pro me et heredibus meis quiete absque ullo retinemento salvo servitio domini comitis . resignavi et sigilli mei attestatione confirmavi tam monachis quam DAVID et heredibus ejus. His testibus Domino HENRICO LANDAVENSI episcopo . HAMUNDO de VAL.' . tunc Baillivo de GLAMORGANCIE . RADULFO de SUMERI . HENRICO de UMFRAUNVIL' . PHILIPPO de MARCROS . PAGANO de TURBERVIL' . WALTERO de SUL . WILLELMO MARTEL . ROGERO de WINTONIA . JOHANNE de la MARE . RICARDO FLANDRENSI . WILLELMO FLANDRENSI . WILLELMO SOR . GILLEBERTO de TURBERVIL' . RADULFO MAILOC.

Seal in dark green wax, $1\frac{3}{8}$in. diam. Device, a dexter arm, from the sinister side, grasping a flowering lily.

Legend—'+ SIGILLUM NICHOLAI PONTII.'

Endorsed—'Nich : Puinz.'

## CCXXI.

## CONFIRMATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAN OF THE TITHES OF KENFEG, ETC.

[MARGAM CHARTER.] 1196—1218.

. Universis Sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit. H. D. g. LANDAVENSIS episcopus salutem . gratiam Dei et benediccionem.

Justis petentium desideriis animo nos decet benigno condescendere . et ea effectu debito complere. Inde est quod nos paci et utilitati tam domus THEOKESBIRIE quam domus de MARGAN . in posterum providentes . concessimus domui de MARGAN . omnes proprias decimas suas in parrochia de KENEFEG . necnon et omnes garbarum decimas que pertinent ad ecclesiam de KENEFEG . et ad omnes capellas ejusdem ecclesie . in perpetuum possidendas. Concessimus insuper prefate domui de MARGAN omnes terras ad dictam ecclesiam et ad

predictas capellas pertinentes imperpetuum possidendas. Reddendo inde annuatim domui de THEOKESBIRIA . decem marcas . in capitulo de THEOKESBIRIA. Et domus de THEOKESBIRIA retinuit in manu sua curam de spiritualibus . altaragium . et jus presentandi vicarium in eandem ecclesiam . et omnia ad dictam ecclesiam pertinentia preter prefatas terras et decimas. Domus etiam de THEOKESBIRIA . per se vel per vicarium suum nobis et successoribus nostris pro sinodalibus et ceteris universis ad jus episcopale pertinentibus respondebit . et ne hec nostra perpetua confirmatio malignantium improbitate possit infringi vel decursu magni temporis in dubium devocari . eam presenti scripto munimus . et sigilli nostri appositionẽ roboramus. Hiis testibus WRGAN' archidiacono LANDAVENSI . Magistro MAURICIO filio ejus . Magistro WALTERO capellano domni episcopi . Magistro RADULPHO MAILOK.

Two seals—both lost.

Endorsed—'Confirmatio Episcopi de terra et decimis ecclesie de Kenefeg.'

## CCXXII.

## CHENETHER OR CNAYTHUR, SON OF HERBERT, AND HIS BRETHREN GRANT TO MARGAM LAND NEAR THE WELL OF ULF.

[HARL. CHARTER, 75 B. 32.] CIRCA 1189.

Sciant omnes quod ego CHENETHER et fratres mei scilicet BLETHIN . W. CHENWREC . RIDEREC . dedimus abbatie de MARGAN in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione quandam partem terre nostre habentem metas istas. Ab oriente viam que vadit á vado fontis ULFI versus montana et ab occidente proximum rivulum descendentem de bosculo. Ab austro vero rivulum magnum . in aliqua parte interposita terra de MARGAN. Ab aquil[one] autem lapides in signum mete positos. Testibus . frater MEILERUS heremita . frater JORDANUS . frater HUGO . frater RICARDUS conversi . [URBANUS]

archidiaconus . cujus sigillum huic carte dependet. W. supprior . et W. infirmarius qui audierunt eos jurare.

Endorsed—'Carta filiorum Hereberti De parte quadam terre sue quam nobis dederunt.' and—'Carta Cnaythur et fratrum ejus de terra sua.'

Two seals in brown wax.

1. Pointed oval 1¼in. by ¾in. diam. A dexter hand and vested arm with long tassels from the wrist, holding a pastoral staff.

'+ SIGILL' ABB . . . . . . . DE NETH'.'

2. Pointed oval 2in. by 1⅜in diam. A dove displayed with wings inverted.

'+ SIGILLV . URBANI . ARCHIDIAC' . LANDAVIE.'

It is interesting to note that the Abbot of Neath has sealed this Charter.

## CCXXIII.

## GRANT BY HENRY, ABBOT OF GLOUCESTER, TO CRADOC AND HIS BROTHER JOHN, OF LAND IN TREYGOF.

[CARTUL.m. Sti PETRI. GLOUC. VOL. II. p. 137.]

Sciant presentes et futuri, quod ego HENRICUS, Dei gratia abbas et conventus Sti PETRI GLOUCESTRIÆ, concessimus CRADOCO et JOHANNI fratri ejus duodecim acras terræ cum pertinentiis, scilicet cum prato et messuagio adjacentibus in villa nostra de TREYGOF, quæ jacent in australi parte juxta terram quæ dicitur PISTELLONDE; tenendas et habendas de nobis, sibi et hæredibus suis, libere et quiete; reddendo nobis inde annuatim ad festum Sti MICHAELIS duos solidos sterlingorum. Predicti vero CRADOCUS et JOHANNES frater ejus juramentum nobis præstiterunt, quod fideles erunt ecclesiæ nostræ, et maxime de solvendo redditu nostro plenarie termino statuto; et quod nec artem nec ingenium exquirent, unde domus nostra per tenuram suam dampnum incurrat; et quod predictam terram neque vendent neque excambient, neque in vadimonium ponent, nec alicui in feodum et hæreditatem tradent, neque ad alium locum religionis

transferent, sine assensu nostro. Eandem securitatem nobis facient hæredes sui cum singuli sibi succedent. Predicti autem CRADOCUS et JOHANNES frater ejus, et eorum hæredes, salvo conducent ad boscum, et cum carris et carretis nostris de TREYGOF, quotiens servientes nostros de TREIGOF, sive pro meremio sive pro focalibus, ibidem accedere contingat. Et quotiens averia nostra et porcos nostros ejusdem manerii ad dictum boscum mittimus ad pascendum, totis viribus suis debent dicta averia et dictos porcos nostros defendere, et nos indemnes conservare, ne pro defectu suo per insultus aliquorum WALENSIUM diripiantur. Ipsi vero et hæredes eorum curiam nostram de TREYGOF sequentur. Et tam ipsi quam eorum hæredes, qui de dicta terra aliquam habuerint portionem, cum singuli sibi succedent, respondebunt nobis singulatim de herietis suis. Quod si ipsi et hæredes eorum de predicto redditu et predictis servitiis nobis integre et sine fraude non responderint, licebit nobis dictam terram capere, et tenere, donec de dicto redditu nostro, una cum arreragiis tam redditus nostri quam servitiorum predictorum, nobis plenarie satisfecerint. In cujus rei testimonium præsens scriptum in modum cyrographi inter nos confectum est, cujus unam partem, sigillo ecclesiæ nostræ munitam, eis tradidimus, alteram vero partem, sigillis ipsorum roboratam, penes nos retinuimus. Hiis testibus.

## CCXXIV.

### GRANT BY MORADUTH OR MOREDUC AP CARADOC TO MARGAM ABBEY, ON HIS RECEPTION INTO FRATERNITY, OF PROTECTION IN GENERAL, EASEMENTS IN HIS WOOD FOR LANTMEUTHIN GRANGE, ETC.

[HARL. CHARTER, 75 B 28.] S.D.

Omnibus Sancte ecclesie filiis MORADUTH filius KARADOCI salutem. Sciatis quod quoniam receptus sum in plenam fraternitatem domus de MARGAN tunc recepi et ego domum ipsam et omnia que ad ipsam spectant et maxime grangiam

illorum de LANTMEUTHIN cum omnibus catallis et pertinentiis suis in custodia et protectione mea sicut propria catalla mea. Et tunc concessi et dedi assensu uxoris mee NEST et heredum meorum pro salute anime mee et KARADOCI patris mei et uxoris méé NEST et omnium antecessorum meorum eidem domui in perpetuam elemosinan aisiamenta in bosco meo in usus grangie sue de LANTMEUTHIN quantumcunque opus habuerint ad meirimnium et ad focalia . et communem pasturam terre méé quantumcunque opus habuerit in usus ejusdem grangie ad boves et equos et porcos et animalia pascualia. Et hoc totum warentizabimus eis et aquietabimus ego et heredes mei ut habeant et teneant hoc totum libere et quiete ab omni seculari servicio et consuetudine et omni exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et quando eis hanc donationem feci dederunt michi monachi predicte domus de MORGAN . C . solidos karitatis intuitu. His testibus . HENEA sacerdote . WILLELMO sacerdote de Sancta JULITA . Domina NEST uxore predicti MORADUTH . KENEWREC filio MADOC . MADOC filio KADUGAN . ISC SEDAN . ROGERO filio WIAWAN . CUELIN portario.

A fine seal in red wax : a spiral branch of arabesque foilage, terminating in a fleur-de-lis in the centre of the design.

Legend—' + SIGILLVM . MOREDVC . FILII . CARADOCI.'

Endorsed—' Carta Moreduch de husbote et hegbote.'

## CCXXV.

### FINAL CONCORD SETTLING THE ESTATE OF RICHARD DE CARDIF IN NOVA-VILLA, OR NEWTON, AND ST. HILARY, CO. GLAM., AND ELSEWHERE, UPON HIS DAUGHTERS AMABILIS AND HADWISIA.

[P.R.O. FINES DIV. COMITAT., RIC. I.] 1197.

Hec est finalis concordia facta in curia domini Regis apud WESTMONASTERIUM die Veneris proximo post octavas Sti HILARII anno regni Regis RICARDI octavo

coram H. CANTUAR. archiepiscopo magistro THOMA de HUSSEBORNE WILLELMO de WARRENE RICARDO de HERIET JOHANNI de GOSTLINGES justiciariis et aliis fidelibus domini Regis ibidem tunc presentibus inter THOMAM de BAVIS et HADWISIAM uxorem suam petentes per eundem THOMAM virum suum positum loco suo ad lucrandum vel perdendum et THOMAM de SANFORD et AMABILEM uxorem suam tenentes per eundem THOMAM de SANFORD virum suum positum loco suo ad lucrandum vel perdendum de medietate trium parcium feodi unius militis in TOPPESFELD et medietatem quarte partis feodi unius militis in GRANCENDEN et medietatem feodi j militis in HAMELEDENN et medietatem quarte partis feodi unius militis in NOVA-VILLA de GLANMORGAN et medietatem feodi j militis in GLANMORGAN de Sancto HILARIO et medietatem trium hydarum et unius virgate terre cum pertinenciis in HAISTON quas [RICARDUS de] CARDIF pater predictarum AMABILIS et HADWISIE tenuit. Unde placitum fuit inter eos in prefata curia scilicet quod tota predicta terra de NOVA-VILLA de GLANMORGAN et tota terra de HAMELEDENN et totum servicium de GRANCENDEN et tote tres hyde et j virgata terre cum pertinenciis in [HAISTON] remanent prenominato THOME de SANFORD et AMABILI uxori sue ut primogenite et heredibus suis imperpetuum. Et tota predicta terra de TOPPESFELD cum pertinenciis et tota predicta terra de Sancto HILARIO cum pertinenciis quas predictus RICARDUS de CARDIF tenuit remanent prenominato THOME de BAVIS et HADWISIE uxori sue ut primogenite. Salvis de TOPPESFELD tres partes feodi unius militis et de villa Sancti HILARII dimidium feodi unius militis.

ESSEX GLANMORGAN SURREY.

St. Hilary, containing half a fee, was probably a part of the de Cardiff property, and William de St. Hilary, who, in 1149—1183, was sent by Bishop Nicholas to take seizin of the Church, rated at 100s. against the Abbot of Gloucester, was no doubt the Incumbent. In 1197 the half fee was held by Thomas de Bavis and Hadwise, his wife, one of the co-heirs of Richard de Cardiff The half-fee descended to Elias Basset, who is supposed to have married the heiress of some intervening family. The half-fee was then valued at x. lib.

There was a Stephen de St. Hilary, who received from Alex. Adam, son and heir of Philip de Landoch, a quitclaim for 7s. 6d., and who, in 1197 or 1272, conveyed to Mylo de Regnny three acres of arable land at Langeton, in Landoch. Stephen, in 1205, had a suit against Herbert de St. Quintin for a tenement held by

Stephen in Lanblethyan. William and Walter de St. Hilary tested Charters in the thirteenth century. Probably they were in Orders. The Bassets inherited the impropriation of the Church in 1537, and finally, with John Mathews, possibly a trustee, in 1607.

The Lords of Glamorgan, down to the Clares, did not admit of appeals to the King's Courts, and strove hard against the growing encroachment of the Sovereigns. John, however, High Lord of Glamorgan, expected to become King, and took a different view, hence the recording of the present fine, and the conservation of the record at Westminster, during the period when John was Lord of Glamorgan.

The eighth part of a fee 'in Nova-Villa,' is in Newton, near Bridgend, and the half-fee to St. Hilary. It shews that Richard de Cardiff, the owner of the land specified, was father of Anabel and Hadwise, who married, the one Thomas de Sanford, and the other Thomas Bavis. Bavis is thought by Mr. Floyd to be ancestor of Roger de Bavent, who, about 1345 [Abb. Orig. Plac. 166 b. and Rolls of P. II. 147], gave Colwinston to Edward III., by whom it was granted to Dartford Nunnery. This is the only trace of Bavis or Bavent continuing to hold land in the County. The Sanfords had continued to hold Newton, as will afterwards be shewn.

## CCXXVI.

## GRANT BY THADERERCH, DAUGHTER OF KETHERIC DU, TO MARGAM, OF LAND IN THE FEE OF PEITEUIN.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1197.

Universis Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ad quos presens scriptum pervenerit THADERECH filia KETHERICI DU . salutem.

Noverit universitas vestra me consilio et consensu GOLOUDETH sororis mee et heredum et parentum meorum concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam terram meam quam habui in feudo PEITEUIN cum omnibus libertatibus et consuetudinibus suis in puram et perpetuam elemosinam habendam et tenendam de me et heredibus meis imperpetuum. Hec omnia illis concessi ut habeant et teneant libere et quiete . reddentes mihi annuatim omnibus diebus vite mee ad festum Sancti MICHAELIS dimidiam marcam argenti pro omni servicio. Et post decessum meum heredibus meis ad predictum terminum tantummodo IIIJ^{or.} solidos . quia illos duos solidos et VIIJ^{to.} denarios qui supersunt de dimidia marca dedi monachis in obitu meo in perpetuam elemosinam pro anima mea et pro animabus patris et matris parentum et antecessorum meorum. Et hoc sciendum

quod quando hanc conventionem fecimus recepi pre manibus a prefatis monachis totum redditum sex annorum . scilicet tres . marcas . argenti . ad purificationem beate MARIE proximam post captionem GRIFFINI filii RESI . His testibus . domino H. LANDAVENSI episcopo . et domino WILLELMO de BRAUSA . HENRICO de PENEBR' . URBANO archidiacono . JACOBO priore de MARGAN . WILLELMO de LICHES' . WILLELMO de BEDINT' . monachis de MARGAN . et multis aliis.

Endorsed—' Carta Thaderche filie Ketherici du.'

For remarks on date of this Charter see Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 142, where it is attributed to a later period.

## CCXXVII.

## GRANT BY KENWREIC, SON OF HERBERT, OF LAND IN KILLECULIM TO MARGAN.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1198.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris KENEWREIC filius HERBERTI salutem.

Sciatis me consilio et consensu heredum et amicorum meorum concessisse et dedisse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam meam partem terre de KILLECULIM . scilicet quartam partem terre illius . in puram et perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et sciendum quod ego et heredes mei super sanctuaria prefate ecclesie juravimus . quod si aliquod servicium vel redditus ad coquinam vel ad aliud aliquid requiratur de predicta terra . nos illud omnino adquietabimus . ut predicta donacio libera penitus et quieta prenominatis monachis remaneat. Set et omnes terras que sunt infra terminos predictorum monachorum scilicet inter AUENE et KENEFEG abjuravimus imperpetuum. His testibus. ERNALDO constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico . RICARDO de

Dunester . Osmero Cuuian . Alaithu filio Ithenard . Reso Coh . Ithel et Retherech filiis Riul.

Endorsed—'Carta Kenwreic filii Herberti de parte Killeculim.'

The land seems to have been held by service 'ad coquinam' This is a peculiar instance of tenure attached to an office of the Earl's household. The establishment of the Lords of Glamorgan was after the royal pattern.

## CCXXVIII.

## EXEMPLIFICATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, OF AN AGREEMENT BETWEEN MARGAM AND WASTMIHANGEL, RUHATLAN, BRINHELENG, RIGEWARG, AND CRADOC SON OF BLETHER, CONCERNING ELEVEN YEARS' CROPPING OF LAND AT BRADINGTON.

[B. M. Harl. Charter, 75 A. 18.] 1199.

H. Dei gratia Landavensis episcopus et capitulum de Landaf universis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . salutem.

Noveritis quod hec conventio facta est inter monachos de Margan et Wastmihangel super quartam partem terre de Bradinctune et inter eosdem monachos et Ruhatlan Brinheleng et Rigewarg super alia quarta parte terre de Bradinctune . et inter eosdem monachos et Cradoc filium Bletheri super alia quarta parte ejusdem terre de Bradinctune . scilicet quod quando hii omnes prenominati quitam clamaverunt in elemosinam illam quartam partem terre predicte quam Rieredus filius Kenaf eis dedit in elemosinam . tunc dimiserunt et ipsi et quitum clamaverunt eisdem monachis quicquid juris clamaverunt in toto residuo predicte terre . scilicet unusquisque portionem suam que illum contingebat ut ipsi monachi habeant et teneant eam sine omni retinemento libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et omni exactione sicut ulla terra liberius teneri potest usque in . xi. annos id est donec plenarie inde perceperint . xi. vestituras ita quod primam percipiat anno ab incarnacione Domini m°. c°. nonogesimo . ix°. Et si contigerit aliquem prenominatorum mori ante predictum

terminum perimpletum . concesserunt et dederunt omnes simul totam partem ejus qui obierit predictis monachis in perpetuam elemosinam. Et hoc totum firmiter tenere et warentizare juraverunt ipsi coram nobis et plegios invenerunt . scilicet KRADOC et IUOR filius WORGANI . et MORGANUM et MORADUTH filios KARADOCI . et GRIFIN et CADEWATLAN filios IUOR . et CNAITHUR JANTEREL et WORU filium ejus . et ADAM filium MEILERI et CRADOC Medicum et RIS filium JOHANNIS et LUELIN filium RIEREDI. His testibus . Magistro MAURICIO . JOHANNE presbitero de KENEFEC . HENRICO de HULLE . NICHOLAO de PENCLAU tunc decano . HELIA tunc decano . NICHOLAO GOBION.

Two seals, imperfect, dark green wax.

1. The Bishop, usual type. ...... I . LAN ...... EPISCOP .... Reverse, smaller pointed oval counterseal; an angel with sword.

'[+ SE]CRET' . HENR' . LANDAV' . EPIS[COP'].'

2. First chapter seal; view of the Cathedral from the north.

'IGIL ......... LESI ....'

Endorsed—'Carta IIII$^{or.}$ Walensium sub sigillo Landavensis episcopi . et ecclesie de compositione terre de Bradetune.'

In Mr. Stephen Williams' work on Strata Florida, see the text and translation of Harley Charter 75 A. 11, where the Abbot of Margan (Thomas) is appointed trustee of the Abbey of Strata Florida, 1443.

## CCXXIX.

## THE SUIT BETWEEN PAGAN DE TURBERVILLE AND WALTER DE SULLY, CONCERNING THE LAND OF COYTY AND VETUS VILLA IS TO AWAIT THE KING'S PRESENCE IN ENGLAND.

[ROT. CUR. REGIS. II. 45.] 13 OCT. 1199.

GLAMORGAN. Loquela inter PAGANUM de TURBERVILLA et WALTERUM de SULLY de terra de C'OIFT et VETERI VILLA ponitur in respectum usque .... .... coram domino Rege cum venit in ANGLIA. Per preceptum domini Regis de ultra mare.

## CCXXX.

## THE SUIT BETWEEN PAGAN DE TRUBLEVILLA AND WALTER DE SULIA IS TO AWAIT THE KING'S RETURN TO ENGLAND.

[Rot. de oblatis I. 27.] 1199.

Devon. Wallia. Glanmorgan. Paganus de Trublevilla dat domino Regi x. marcas et unum dextrarium ut loquela quæ est inter ipsum et Walterum de Sulia de terra de Coitiff et de Veteri-Villa, sit in respectum usque coram Domino cum venerit in Anglia.

This relates to a suit between Turberville of Coity and Sully of Sully concerning a Knight's fee in Coity and land in Veteri-Villa, now Old Castle, in Bridgend. Both are anxious for a decision, the one giving ten marcs and a 'destrier,' the other twenty marcs and a horse [equus] for a hearing.

The Turberville property lay about Coity, and it is unknown how Sully came to have a claim in that direction. The suit was to be tried in the 'Curia Regis,' not in the 'Curia Comitatus.' Possibly John, as heir to the Crown, did not care to stand up for the right claimed by an ordinary Lord.

## CCXXXI.

## QUIT-CLAIM BY SIBILLA DE BONEVILL', WIDOW OF WILLIAM CITHAREDUS, TO MARGAM, OF LAND IN BONVILLESTON.

[Harl. Charter, 75 B. 36.] S.D.

Omnibus Sancte ecclesie filiis hanc cartam visuris vel audituris Sibilla de Bonevill' salutem.

Sciatis me consensu et consilio heredum et amicorum meorum in libera viduitate mea dedisse et quitum clamasse totum jus meum et clamium quod habui erga domum de Margan de duodecim acris terre arabilis et dimidia acra prati cum tofto et crofto in territorio de Bonevill'est' sicut carta Willelmi Citharedi viri mei quam eadem domus de Margan habet testatur. Reddendo inde annuatim . . . . . . li.' dimidiam libram cere ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio. Et ego et heredes mei warantizabimus prefate domui eandem . . . . . . . iis inperpetuum. Hiis testibus . Martino tunc vicecomite de Gla-

MORGAN . WILLELMO de REIGNY . REIMUNDO de SULYE . . . . . . MAILOC RICARDO presbytero de BONEVILEST' . ROBERTO SAMSON' . REIMUNDO filio ejus ROGERO de LANDYLTUIT' . WILLELMO de CORNELY . et multis aliis.

A round seal, of green wax, 1¼in. diam. Device, a harp.

Legend—' + SIGILLUM . SIBILLE . DE . BONVIL'.'

Endorsed—'Carta Sibille de Bonevill' de XII. acris terre et dimidia prati cum tofto et crofto.'

Robert Samson was probably a neighbour; his name occurs in Boneville Charters, 1217—1230, as do those of Radulf Mailoc, 1217—1260, Raimond de Sully, 1217, Richard, sacerdos and presbyter of Bonvilleston, 1260, Will. de Reigny, 1217.

## CCXXXII.

## GRANT BY RIERED, SON OF KENAF OR KENOH, TO MARGAN OF A FOURTH PART OF BRADINCTUNE.

[HARL. CHARTER, 75 C. 24.] S.D.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . RIEREDUS filius KENAF salutem.

Sciatis me consilio et consensu sponse méé HIWERTH et heredum meorum et amicorum et parentum meorum concessisse et dedisse et hac karta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam totam quartam partem terra de BRADINCTUNE que me contingit cum omnibus pertinentiis suis ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et omni exactione in perpetuum sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et hoc totum firmiter tenere et warentizare juravimus ego RIEREDUS et sponsa mea HIWERTH et ceteri amici mei quorum consilio et consensu hoc feci. Et plegios inveni dominum . H.[1] LANDAVENSEM episcopum . et capitulum ecclesie de LANDAF . et vicecomitem de KAERDIF . et URBANUM archidiaconum . et CRADOC et JAIOR[2] filios WORGANI . et MORGANUM et MORADUTH filios KARADOCI . et KRIFFIN et KADEWATLAN filios IUOR . et

Knaithur Ianterel . et Wronu With filium ejus . et Adam filium Meileri . et Kethereh filium Ricardi . et Kradocum medicum. Et ego H. Landavensis episcopus et totum capitulum ecclesie de Landaf confirmavimus donationem hanc sigillis nostris peticione ejusdem Rieredi et benedictionem nostram dedimus servantibus eam . violantibus autem . dedimus maledictionem nostram. His testibus . Willelmo de Lichesfeld et Willelmo de Bedinctun' . et Henrico et Helia monachis de Margan . et Ricardo tunc grangiario de Lantmeuthin et Justino conversis de Margan . Nicholao de Penclau tunc decano . Nicholao Gobion . Rodberto de Bercorolos . Luca fratre episcopi . Magistro Mauricio . Johanne presbitero de Kenefec . Henrico de Hulle.

Round seal, dark green wax, 1¼in. diam. An estoile or rosette of eight points.

'+ SIGIL' RIERED FILII KENOH.'

Endorsed—' Riered filius Kenaf de Bradetune.'

(1) Henry, A.D 1196—1218 : or Elias, sometimes written Helias, A.D. 1230—1240

(2) Or Juor.

## CCXXXIII.

## GRANT BY THE SONS OF BLETHIN TO MARGAN OF LAND IN KILLECULLUM.

[Harl. Charter, 75 B. 11.] S.D.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Wrunu . Meurik . et Resus filii Blethin salutem.

Sciatis nos consensu heredum parentum et amicorum nostrorum concessisse et dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus pro animabus nostris et antecessorum et successorum nostrorum in puram et perpetuam elemosinam totam terram nostram de Killecullum . scilicet partem illam que fuit patris nostri Blethin cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis. Ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni servitio consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina

liberius et quietius potest teneri . excepto servitio quod antecessores nostri pro tanto tenemento solebant facere ad coquinam comitis . scilicet vij. denarios . quos ipsi monachi persolvent quando fuerint requisiti. Et nos et heredes nostri hanc elemosinam nostram predicte domui contra omnes homines in perpetuum warentizabimus. Set et sciendum quod nos omnes terras quas ipsa domus de Margan possidet tam intra aquas de Avene et Kenefeg . quam extra abjuravimus in perpetuum. Hiis testibus . Waltero Luuel . Stephano clerico . Alaithur . Reso Coch . Griffino filio Kanaith' . Ithel ab Riwel . et multis aliis.

Three seals, dark green wax.

1. A star of six leaves.

'+ zigill' meuric filii blethin.'

2. Two triangles interlaced, enclosing a sunstar of nine wavy points between six pallets.

'+ sigill' wrnu filii blethin.'

3. A seeded fleur-de-lis.

'+ sigill' rezi fili . . . . . hin.'

Endorsed—'Carta filiorum Blethin' de Killecullum.'

This is a good example of early Welsh ornamental handwriting. (Vide No. CXCVI.)

## CCXXXIV.

## CONFIRMATION BY THE SONS OF CARADOC TO MARGAM OF LAND GIVEN BY CARADOC UERBEIS.

[Harl. Charter, 75 B. 29.] S.D.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptura pervenerit Margan et Kadawalan et Meriedoc filii Caradoci salutem.

Sciat universitas vestra quod ego Margan scilicet et fratres mei Kadawalan et Meriedoc . communi assensu donationem concedimus et confirmamus quam Caradocus Uerbeis fecit Deo et Sancte Marie . et ordini Cisterniensi . et fratri

Meilero . et fratribus de Pendar . scilicet totam terram que jacet inter has tres aquas videlicet Frutsanant . et Cleudach . et Nantclokenig . in plano et in bosco qui boscus dicitur Hlowenroperdeit liberam et quietam et ab omnibus secularibus exactionibus inmunem. Hanc terram predictis fratribus a Caradoco Uerbeis in perpetuam datam elemosinam . ut libera inperpetuum maneat et quieta sigilli nostri atestatione sanctimus et confirmamus et ad eam ill[is] warezizandam et manutenendam contra omnes et ubique si emerserit necessitas posse nostrum prestabimus. Hujus confirmationis testes sunt . Kadaraut filius Eniau . Grunu filius Rewalan . Blethin filius Breauel . Seisil filius Weueric . Willelmus filius Gurgwenu . Hlewarh filius Jewaf . Mariedud filius Gurgan . Dunewal filius Jewan . Justinus filius Retherth.

Two massy seals in red wax, two inches diam. chipped.

1. A knight riding to the proper left, the helmet with nasal, shield with spike.

Legend—' + SIGILL. CADW . . . . . . . . I . FI . . . . . . RATOCI.'

2. A knight as above.

Legend—' + S . . . . . . ANI . FILII . . . . . . CI.'

A fac-simile of this Charter is given in Birch's *Hist. of Margam Abbey*, p. 11

## CCXXXV.

## NOTIFICATION BY WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, OF HIS GRANT TO MARGAM OF THE LAND OF BLAKESCERRA, IN EXCHANGE FOR THEIR LAND AT NOVUS BURGUS,[1] ETC.

[Margam Charter.] S.D.

Carta W. comitis de terra de Blakescerra.

Willelmus comes Gloucestrie vicecomiti suo de Kardif . et omnibus baronibus suis et hominibus Wallie . salutem.

Notum fiat vobis quod terram de Blakescerra . unde controversia est inter abbatem de Margan et Ricardum de Kardif donavi in puram elemosinam et perpetuam D. et B. M. et monachis de Margan . libere et quiete . sine omni seculari exactione . in excambium terre sue de Novo Burgo . multis annis et plurimis diebus antequam Ricardus de Kardif ullam terram haberet in Wallia per me. Et ideo warantizo abbatie de Margan donationem quam eis feci . Ricardo autem de Kardif nichil dedi nisi hoc quod ibi tunc habui.

Testibus . Hawisa comitissa Glocestrie . magistro Samsone . David capellano.

(1). Novus Burgus here is probably Newton, within which Parish is Blakescerre. The Manor belonged to the Sandfords, and passed with their heiress to the de Cardiffs.

## CCXXXVI.

## GRANT BY GILEBERTUS DE COSTENTIN TO ST. AUGUSTINE'S ABBEY, BRISTOL, OF PASTURE BETWEEN THE TAF AND THE ELAY.

[Margam Charter.] S.D.

Sciant p. et f. quod ego Gilebertus de Costentin pro salute anime mee et uxoris mee . patris mei et matris mee . et omnium antecessorum et successorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancti Augustini de Bristoll' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus in liberam puram et perpetuam elemosinam totam pasturam meam que jacet in marisco inter Taf et Elay . intra fossatum et extra . cum omnibus pertinenciis suis tenendam et habendam sibi imperpetuum de me et heredibus meis libere et quiete . integre et pacifice inmune ab omni servicio et demanda seculari. Ita quod nec michi nec heredibus meis nec alicui hominum in aliquo inde respondeant nisi soli Deo in orationibus. Pro hac autem donacione . et concessione dederunt michi predicti canonici unum mesuagium cum pertinenciis suis apud Bristoll.' Ego vero et heredes mei predictam pasturam cum pertinenciis suis dictis canonicis warantizabimus contra omnes homines et feminas. Et quia volo quod hec mea

donacio et concessio rata et stabilis perpetuo perseveret eam presenti carta sigilli mei impressione roborata confirmavi.

Hiis testibus . domino RAMUNDO de SULLIE . domino WILLELMO de REGNI domino WILLELMO de SUMERI . domino PETRO CROC . domino ROBERTO de VERN'N . ROGERO ALARD . HENRICO LANGBORD . et multis aliis.

Gilbert de Constantin occurs as a witness to a quit-claim by Keneithur ap Herbert to Margan about 1151, and the heir of the same, about 1262, held one fee in Constantineston (Coston) a Parish and Manor south-west of Cardiff; also a third part of the fee of Llanmaes, valued at 100s., Nos. DCXV. and CXXXI. As the other two-thirds of Llanmaes are held by Walter de Sully, it is not improbable that there was some intermarriage between the two families.

## CCXXXVII.

## GRANT BY LUELIN AP RIERED TO MARGAM, OF ALL HIS LAND OF PENNUDH, ETC.

[MARGAM CHARTER.] S.D.

CARTA LUELINI FILII RIERED DE PARTE SUA DE PENNUDH.

Omnibus s. e. f. p. et f. LUELIN filius RIERED salutem.

Sciatis me et fratres meos consilio et consensu parentum nostrorum concessisse et dedisse monachis de MARGAM in puram et perpetuam elemosinam totam terram nostram de PENNUDH cum mora et bosco et cum omnibus aliis pertinenciis suis . ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Set et totam terram de HEMBROC que fuit patris nostri . quam et ipse prenominatis monachis dedit in puram et perpetuam elemosinam . abjuravimus inperpetuum. Et super sanctuaria ecclesie juravimus quod eis hec omnia warantizabimus in eternum contra omnes homines. Et sciendum quod tota terra que est inter AVENE et KENEFEG infra terminos predictorum monachorum abjuravimus. Et ipsi monachi nos receperunt in familiaritatem suam et corpora nostra in sepulturam . facturi pro nobis in fine nostro sicut pro familiaribus suis.

Hiis testibus . Henrico monacho de Margam . et Cnaituro converso . et Roberto de Pulmor . Caradoco clerico . Jowan et Cnaithu filiis Wgaun . Wrunu filio Candelan.

Pennudh, or Pen-hydd, is on the river Ffrwdwyllt; Hembroc, or Mynydd Emroch, is the mountain lying south-west of Penhydd.

## CCXXXVIII.

## GRANT BY KNEYTHUR, BLETHIN, AND WILLIAM, AND KENEWREC, SONS OF HEREBERT, TO MARGAM, OF LAND IN KILLECULLUM.

[Margam Charter.] S.D.

. . . . . Kneythur . et fratres mei . Blethin . et Willelmus . et Kenewrec filii Hereberti . concedimus abbatie de Margan in . . . . . . totam terram nostram quam tenemus de comite de Killecullum . in bosco et in plano cum pascuis, tenen[dam de] nobis et de heredibus nostris liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . dando nobis annuatim x. solidos [pro ter]ra illa ad festum . Sancti Michaelis . et nos totum servicium quod pro illa terra debetur faciemus comiti. Quod si nos aliquo [modo de]fecerimus de servicio quod pro illa debemus comiti . abbatia retinebit de x. solidis . qui nobis debentur quantum pertinet ad [defec]tum. Et si contigerit quod aliquis calumpniatus fuerit terram illam . nos warantizabimus predicte abbatie contra omnes [homines] . . . . . . et omnem parentelam nostram . et contra omnes qui inde in curia comitis placitare voluerint . et ibidem judicium [sit in a]uxilio abbatis. Et quia nos sigilla non habemus . sigillo Nicholai Landavensis episcopi . et Walteri abbatis de Neth . et Johannis [abbatis de Marga]n predictam hanc nostram concessionem consignamus. Pro hac vero concessione predicta abbatia dedit nobis v. marcas . . . . . . [Hii]s testibus.

Endorsed—'Carta filiorum Hereberti de terra de Killeculum.'

## CCXXXIX.

## QUIT-CLAIM BY THATHERECH, DAUGHTER OF KATHERECH, TO MARGAM ABBEY OF THE 'PEYTEUIN LAND.'

[MARGAM CHARTER.] S.D.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . THATHERECH filia KATHERECH . salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu YORUARD ab GISTELARD mariti mei et omnium filiorum meorum et aliorum amicorum meorum quitum clamavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum clamium meum de Terra PEYTEUIN . et totum jus quod dicebam me habere in eadem terra. Ita quod dicti monachi habeant et teneant eandem terram solutam et quitam a me et omnibus heredibus meis in perpetuum. Et sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod nunquam movebo clamium vel querelam versus monachos de MARGAN pro predicta terra . vel aliquis alius pro me vel per me sive supervixero maritum meum sive non. Hiis testibus. MAURICIO persona de LANGENUTH . YORUARD ab ESPUS . ENER ab KNAYTU . WRONOU DU . PHILIPPO ab KADUGAN . CRADOC ab RICARD . MEDEROD ab KANAN et ROBERTO POYNZ . WILLELMO . WALTERO . monachis de MARGAN . REREDO . HUGONE . ESPUS . conversis . et multis aliis.

Pointed oval seal, brown wax, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{3}{4}$in., a fish hauriant.

'+ SIGILLUM . TADERECH.'

Endorsed—'Carta Thatherehe de terra Peitevin. John Du.'

See No. CCXXVI.

## CCXL.

## GRANT BY ESPUS, SON OF CRADOC DU, TO MARGAM OF LAND OF THE FEE OF PEITTEVIN IN KENFIG.

[Margam Charter.] S.D.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. Espus filius Cradoc Du' salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan etc. servientibus totam terram meam quam habui de feodo Peittevin in territorio de Kenefeh in elemosinam liberam et quietam ab omni seculari consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest . Reddendo annuatim mihi et heredibus meis in perpetuum solummodo dimidiam marcam pro omni servitio. Et sciendum quod initio hujus donationis accepi pre manibus firmam vj. annorum scilicet iij. marcas unde ipse monachi quieti sint usque ad tantum terminum perimpletum et secundum quod si contigerit me mori antequam heredem habeam de uxore mea filia Resi filii Evhan totam predictam terram illis dedi in elemosinam puram et quietam ab omni servitio. Si vero contigerit me habere heredem post mortem meam dedi eis xij$^{cim.}$ acras simul cum corpore meo in puram elemosinam et duos clamavi solidos quietos quos accipere solebam de predicta firma. Et hec omnia firmiter tenenda et warentizanda in perpetuum affidavi et super sacra juravi et plegios inveni scilicet Resum Coed et fratres ejus . Ithellum filium Riwel et fratres ejus . Galfridum filium Canethuri Du et fratres ejus.

Seal pointed oval, brown wax ; a dexter hand issuing from the proper left grasping a bannered lance in pale.

'+ SIGILL ESP . . . . . . . CRADOCI.'

Endorsed—'Espus filius Caradoci in Petteuin,' and in a later hand 'Kenfige.'

## CCXLI.

## GRANT BY MASTER MAURICE TO MARGAN OF THE LAND OF EGLUSKEIWR.

[HARL. CHARTER, 75 C. 33.] S.D.

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint magister MAURICIUS salutem.

Noverit universitas vestra me concessu domini WILLELMI LONDONIENSIS concessisse domui de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam terram de EGLUS KEIWIR . cum omnibus pertinentiis suis. Reddendo inde michi annuatim ad festum Sancti MICHAELIS XII. denarios. Hiis testibus . RADULFO clerico de LAND'V[1] . KANDALANO presbitero . JOHANNE persona de MARCROS . RICARDO PINCERNA de MARCROS . HENRICO filio magistri MAURICII . WILLELMO fratre ejus.

Endorsed—' Magistri Mauritii,' and ' Magister Mauricius de Egluskeiwir.'

Round seal, red wax, 1in. diam. The Master, sitting on his official chair, in profile to the proper right, with a lectern before him.

'+ SIGILL' : MAGRI' : MAURIC.'

(1) For Landough.

## CCXLII.

## ABJURATION BY THE SONS OF ROGER KAM OF CLAIM ON THEIR FATHER'S GRANT IN BONVILESTON TO MARGAM.

[MARGAM CHARTER.] S.D.

Universis Christi fidelibus presens scriptum v. vel a. ROBERTUS ab ROSER . WRONU . ADAM . et PHILIPPUS fratres . salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos spontanea voluntate nostra et consilio ROGERI KAM patris nostri et aliorum amicorum nostrorum concessisse et quitum clamasse

et abjurasse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie beate Marie de Margam . et monachis ibidem Deo servientibus totum jus nostrum et totum clamium quod habebamus tanquam heredes Rogeri Kam patris nostri in terra quam ipse tenuit de Templariis in feudo de Bonevilest[on] . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus nostris sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margan juravimus quod istam concessionem et quitam clamacionem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Et quia propria sigilla non habuimus . sigillum Rogeri Kam patris nostri ad petitionem nostram presenti scripto est appositum. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuracio iiij. filiorum ejus de eadem terra.'

## CCXLIII.

## GRANT BY MARGAN AP KARADOC TO MARGAN OF LAND AT ORGARES WALL.

[Margam Charter.] 1199.

Omnibus Sancte ecclesia filiis p. e. f. Marganus filius Karadoci salutem. Sciatis me consilio et consensu filiorum meorum concessisse et dedisse et hac karta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et m. i. D. s. in elemosinam liberam et quietam ab omnia servicio et consuetudine et exaccione seculari totum pratum quod fuit Alewi inter domum Radulfi et Orgares Walle . et universa prata mea que sunt inter Orgares Walle et capellam et totum pratum quod fuit David Puinel. Et pratum Yewan Braut Waith . reddendo michi et heredibus meis annuatim ad festum Sancti Michaelis unam marcam argenti pro omni servicio. Et sciendum quod pre manibus accepi redditum v. annorum anno ab incarnatione Domini m° c° nonagesimo nono

post festum Sancti Michaelis. Et notandum quod nunquam deinceps premanibus accepturus sum nisi redditum trium annorum. Ego autem et heredes mei prefatam donationem predictis monachis warentizabimus contra omnes homines in perpetuum. His testibus Helia decano . Worgano capellano de Avene . Meuric Map et Griphino fratre ejus . Howelo filio Griphini . Ruatlan Map Wrgi . Morgenu Cole . David Puinel . Willelmo filio Alewi . Herberto filio Palmari.

Fragment in green wax of the seal of Margan ap Karadoc.

Endorsed—'Morgan de pratis de Avene et diversis aliis terris.' 'Karadoci.'

Orgar's Wall was on the river Avan. See Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 396.

## CCXLIV.

## CONFIRMATION BY JOHN, EARL OF MORETON, OF VARIOUS GRANTS TO TEWKESBURY ABBEY.

[Cotton MSS. Cleop. A. VII. 73 b.] Post 1199.

Confirmatio Johannis comitis Moretoniæ, qua dicitur quod inspectis cartis antecessorum suorum R. filii Haimonis et Roberti filii Regis H. primi et Willelmi filii ejus comitis Gloucestriæ vidit et intellexit quod Rob. filius Haimonis dederat et concesserat ecclesiæ Stæ Mariæ de Theokesberia et monachis decimas omnium reddituum suorum de Cairdif, et de toto dominico suo in Wallia. Robertus filius Rogeri totam decimam redditus et thelonei feriæ de Cairdif et de Landiltuit, totam decimam emolumentorum et reddituum suorum et molendinorum in Wallia, quæ facta fuerunt inibi vel fient postquam terram habuit, omnium suarum emendacionum et incrementorum, et essartorum, et terrarum, præter decimam terræ Morini et ovium, et porcorum, et pullorum in Wallia. Willelmus comes concessit et confirmavit donationes avi sui et patris sui sicut suprascriptum est. Has omnes donaciones et concessiones J. comes confirmavit in hac carta.

## CCXLV.

## SUIT OF RICHARD DE BONVILL CONCERNING DENTON.

[Rotul. de oblat., p. 72. I. John.] A.D. 1199.

Richardus de Bonvill dedit domino Regi dextrarium suum pro habenda inquisitione legalium hominum, utrum dissaisitus fuit injuste et voluntate domini Regis Ricardi, vel ballivorum suorum, de villa de Denton', et quod cum inquisitum fuerit domino Regi significetur. Et equum habuit Robertus de Testeshall'. Apud Burgum Regis[1] per dominum Regem.

(1) Bourg-le-roi, in Maine, where King John was on September 12th, 16th, 17th, A.D. 1199

## CCXLVI.

## SUIT OF MAURICE, SON OF WILLIAM, AGAINST RALPH DE CLIVEDON.

[Rotul. de oblat., I., p. 58.] 1200.

Clamorgan. Mauricius filius Willelmi dat domino Regi vi. marcas pro habendo brevi de recto versus Rad. de Clivedon et Matheum nepotem suum de feudo i. militis in Maldeton et habet breve.

'Breve de recto;' License for a person ejected from an estate to sue for its recovery. A writ of right. Maldeton may have been in the Honour of Gloucester: it is not in Glamorgan, although so stated by the editor of the record.

## CCXLVII.

## SUIT OF WILLIAM DE SULLY AGAINST PAGAN DE TRUBLEVILLA.

[Rotul. de oblat., I., p. 70.] 1200.

Glamorgan. Walterus de Sulia dat domino Regi xx. marcas et i. equum de xx. marcis pro habendo recto de feudo i. militis in Coytif' contra Pagan. de Trublevilla, et quod loquela summoneatur in magna curia, et ne loquela sua impediatur per dominum Regem.

## CCXLVIII.

## SUIT OF RICHARD DE GRENVILL AGAINST THE ABBOT OF TEWKESBURY.

[ROTUL. DE OBLAT., I., p. 76.] 1200.

CORNUBIA ET DEVON. RICARDUS de GRENVILL' dat domino Regi XL. marcas et I. palfredum pro habenda assiza de advocatione duarum ecclesiarum de BEDEF et de KILCANESTON, versus abbatem de THEOKESBERIA termino Paschali XX. marcas et palefredum, et ad festum Sti. JOHANNIS BAPTISTÆ X. marcas, et ad festum Sti. MICHAELIS X. marcas.

## CCXLIX.

## CONFIRMATION BY RENERIUS, SON OF GILEBERT BURDIN, OF HIS FATHER'S GRANT TO MARGAM ABBEY IN LAHOLEMEDWE.

[HARL. CHARTER, 75 B. 27.] CIRCA 1200.

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego RENERIUS filius GILEBERTI BURDINI . et ego GAUFRIDUS et WILLELMUS frater meus filii ejusdem BURDINI concedimus donationem quam dedit pater noster ecclesiæ de MARGAM in perpetuam elemosinam pro anima sua . scilicet terram quæ vocatur montan' de LAHOLEMEDWE videlicet decem acras . cum prato sibi adjacente . et quia cartam eis super hac donatione voluerit sigillare set preventus morte non potuit . ejus donationem nos filii ejus sigillo ejus firmavimus . et concedimus eis imperpetuum terram illam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione. Testibus . ROGERO cellarario . et fratre JORDANO . et GLOU presbitero NOVÆ-VILLÆ . JOHANNE filio CHENETWINI . MICHAELO de CHEINESSAM . ROGERO STURMI . qui omnes audierunt divisam GILEBERTI dum adhuc viveret. WALTERO LUUELLO . TOMA

de Corneli . Willelmo Bona Natura qui audierunt nos concedere patris nostri donationem hanc.

Pointed oval seal, red wax, $2\frac{1}{4}$ by $1\frac{1}{2}$ inches. A Welshman, wearing a pointed hat and dress with close-fitting body and short kilted skirt, and holding up a conventional flower.

## CCL.

## GRANT BY G. ESTURMI TO MARGAM ABBEY OF LAND ON THE RIVER KINITHWIN.

[Margam Charter.] S.D.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego G. Esturmi concedente uxore mea M . . . . . . et filiis meis R . . . . . . scilicet R . . . . . . atque G . . . . . . et filia mea A . . . . . . et omnibus heredibus meis dono et concedo in perpetuam elemosinam ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Margan totam terram illam quæ est inter terram Herberti filii Godwineth et rivum Kinithwini sicut rivus ille per montem descendit in moras usque ad inferiorem aquam et ab ipsa inferiori aqua usque ad viam quæ vadit p . . . . montana et dividit terram comitis et meam tam in pastura quam in terra arabili et terra morosa. Pro hac autem donatione et concessione abbas et monachi dederunt mihi xii. marcas argenti . . . . . persolvenda debita mea et singulis filiis meis cappam unam et iiii. nummos et me infirmum in suam fraternitatem susceperunt. Unde et ego [facio] istam donationem meam liberam et quietam ab omni seculari servicio et exactione prædictæ ecclesiæ in perpetuum possidendam. Sigilli mei impressione confirmo ut rata sit et firma in perpetuum ipsa donatio. Teste Eglin vicecomite de Glamorgan . R . . . . . . Corolef . Waltero Luvel et David fratre ejus . Rogero filio Nest . Waltero Lageles . Gisleberto Burd' . Eadwino monacho Gloucestriæ . Gisleberto presbytero de Novo Castello . Thoma sacerdote . Willelmo de Londiniis . et Mauritio filio ejus . et Willelmo alio filio ejus . Willelmo Pincerna . Alexandro de Wrendune . Gisleberto de

TURBERVILLA . et A . . . . . . uxore ejus . et PAGANO filio ejus . et SIMONE filio ejus . GISLEBERTO filio ejus . et ROBERTO filio ejus.

Seal circular, bearing a lion sejant.

Legend—'. . . . . . M . . . . . ROG. STUR . . . .'

Kinithwin is probably one of the streamlets that flowed from the high ground into the marsh of Avene. The name is now lost. Eglin' was Sheriff about the third quarter of the twelfth century. R. de Purbei was his brother, so they probably had more than a mere official connexion with the Lordship William Pincerna was the son of Simon de Halweia of St. Donats, and married the daughter of Philip de Marcross. Their son, Sir Richard de Pincerna, held Marcross and Gelligarn, the latter under le Sore of St. Fagans. They were hereditary Butlers to the Lords of Cardiff. Halweia, Luvel, and Turberville are noticed in another place, but we have here Gilbert de Turberville, A., his wife, and Pagan, Simon, Gilbert, and Robert, their sons.

## CCLI.

## CONFIRMATION BY ROGER STURMI OF HIS FATHER'S GRANT TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] S.D.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego ROGERUS STURMI concessi abbati et monachis de MARGAN totam terram quam habent ex dono patris mei sicut cartæ eorum testantur quas habent de patre meo et de me. Preterea concedo eis totam reliquam partem terræ in bosco et plano in pastura et pascuis in aquis et morosis quam tenuit pater meus de feudo comitis GLOUCESTRIÆ in MARGAN et ego per ipsum tenendam de me et heredibus meis bene et in pace absque omni servicio et seculari exactione nisi . . . . . . abbas et monachi dabit michi et heredibus meis pro me dimidiam marcam argenti annuatim et ego et heredes mei faciemus . . . . . . . . . Testibus EGELINO de PURBEI vicecomite de GLAMORGAN . R. de PURBEI fratre ejus . JOHANNE de SANCTO MICHAELE . WALTERO LUVEL . GILEBERTO G . . . . . . WILLELMO sacerdote et capellano de CHENEFEC . HELIA filio AUCHAN . ROBERTO ARMIG. . WIDANO CL . . . . . STEPHANO filio WILLELMI . filii STEPHANI . WALTERO SIWARD . ODONE de . . . . .

Walter Siward may be the Lord of Talavan. This is the first appearance of the name.

## CCLII.

## CONFIRMATION BY NICHOLAS, BISHOP OF LLANDAFF, OF THE GRANT BY MAURICE DE LONDRES OF THE CHURCH OF COLWINSTON TO EWENNY.

[Brit. Mus., Cotton Charter, XI. 24.] Circa 1153—1183.

Cirografum.

N. Dei gratia Landavensis ecclesiæ episcopus. Omnibus successoribus suis canonice substituendis et universis sanctæ ecclesiæ filiis salutes.

Sciatis quoniam ego concedo et confirmo donationem de ecclesia de Colwinestuna quam Mauricius de Lundoniis fecit ecclesiæ Sancti Michaelis et monachis ejusdem ecclesiæ me presente et teste ad hoc vocato. Hanc autem ecclesiam sic dedit et cum omnibus scilicet pertinentiis suis libere et quiete in decimis et consuetudinibus . et nominatim terram duabus viis et aquæ interjacentem quæ ab eadem æcclesia ablata fuerat eidem æcclesiæ reddidit et dedit. Facta autem hac donatione presentaverunt mihi prefati monachi duas honestas personas Willelmum scilicet presbiterum et Philipum Magistri Radulphi filium quas ego prefatæ æcclesiæ monachis et domino Mauricio hoc exigentibus et concedentibus inpersonavi . tali tamen pacto quod marcam unam argenti æcclesiæ Sancti Michaelis de Huggomora et monachis ejusdem æcclesiæ singulis annis reddere debent dimidiam scilicet marcam in annuntiacione Sanctæ Mariæ . et alteram dimidiam marcam in festo beati Michaelis. Et si alter eorum mortuus fuerit; alter marcam reddendo eandem æcclesiam teneat . et post mortem istarum personarum prefata æcclesia æcclesiæ Sancti Michaelis de Huggomora et monachis libera et quieta remaneat. His testibus . Radulfo Landavensis æcclesiæ et magistro Johanne canonicis. Eodem die disratiocinati sunt Mauricius de Lundoniis et monachi de Sancto Michaele me presente decimas terræ quam

Ricardus latimarius de Willelmo de Lundoniis et Mauricio ejus filio tenuit et ita quod domnus Lefricus et Willelmus et Johannes filii sui clamaverunt eam quietam æcclesiæ Sanctæ Brigidæ et monachis. His testibus . Magistro Johanne et Radulfo de Lancarban . Isaac presbitero . Harnaldo presbitero . Ricardo de Marcros . Gilleberto presbitero . Oeno milite . Reis Walensi . Edwardo preposito . Willelmo Travers . et Willelmo de Lancarban clericis.

## CCLIII.

## TRANSCRIPT FROM GRANTS OF KING JOHN TO WILLIAM DE BRAOSE.

[Harl. MS. 6068, f. 13.] 3 June. 2 John. 1200.

2 Reg. Johannis.] Sciatis nos dedisse . concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro Willelmo de Braos et heredibus suis omnes terras et tenementa que adquisivit . et que imposterum adquirere poterit super inimicos nostros Wallenses. Habenda et tenenda de nobis et heredibus nostris in incrementum baronie sue de Radenoruré, etc. Salvo eo quod idem Willelmus et heredes sui stabunt recti in curia nostra si quis adversus eos loqui voluerit . salvo Cardigan cum pertinentiis suis quod ad opus nostrum et heredum nostrorum retinuimus. Testibus H. archiepiscopo Cantuariensi . H. Sar. episcopo . Waltero de Lascye . Willelmo Briwer . etc. Apud Cadomum . iij° Junii . anno Regni nostri ijdo.

Gower.] Rex Johannes dedit Willelmo de Brausa totam terram de Gower . antecessori Willelmi de Brausa patris Willelmi de Brausa.

## CCLIV.

## QUIT-CLAIM BY FILIP, PRIEST OF HAVODHALOC, AND JOHN HIS NEPHEW, OF THE CHAPEL OF HAVODHALOC TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Notum sit omnibus ad quos presens scriptum pervenerit quod FILIPPUS sacerdos de HAVODHALOC et JOHANNES nepos ejus quitum clamaverunt domui de MARGAN in perpetuum omne jus quod habuerunt in capella de HAVODHALOC absque ullo retinemento in presentia NICHOLAI thesaurarii LANDAVENSIS ecclesie . IVORI canonici . ADAM sacerdotis . ROBERTI SAMSONIS . et aliorum multorum quorum hic sigilla dependent. Valete.

Two seals, both gone.

Endorsed—'Hefdhaloc,' and 'Abjuratio Ph. sacerdotis . et J. nepotis ejus de capella de Havedhalanc.'

Birch, *Margam Abbey*, p. 123, identifies this place with Havod-heulog.

## CCLV.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CARADOC, AND LEISAN AND OWEN HIS SONS, TO MARGAN OF LAND NEAR PULT-SCATHAN.

[MARGAM CHARTER.] AFTER MICHAELMAS, 1200.

Universis Sancte ecclesie filiis p. e. f. MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse m. de MARGAN consilio et consensu filiorum meorum LEISAN videlicet et OENI et reliquorum . terram que incipit á P[U]LTSCATHAN et vadit per fossam aquariam usque ad fossam SANAN . et inde usque ad fossam CRADOCI . et inde per aliam fossam usque ad terram . YEVAN filii TATHEREC . et inde ad viam MARCUTH . et inde ad alnetum sub monte . et inde revertitur per fossam quam monachi fecerunt per alnetum usque P[U]LTSCHETAN . omnem hanc terram et quicquid includitur inter has metas

concessi et dedi ego MORGANUS predictis monachis in perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servicio seculari et exaccione et consuetudine reddendo michi et heredibus meis . v. solidos ad festum Sancti MICHAELIS singulis annis pro omni servicio. Et sciendum quod concessi predictis monachis liberum ingressum et egressum ad percipiendas omnes commoditates quas habere . poterint de prefata terra et ut faciant de terra ipsa quicquid voluerint. Notandum etiam quod ego MORGANUS . pre manibus accepi . x. libras et sexdecim denarios ab ipsos monachis de redditu predicte terre anno illo quo hec carta facta fuit . scilicet anno ab incarnatione Domini M$^{o.}$ CC$^{o.}$ post festum Sancti MICHAELIS ejusdem anni. Set et super sanctuaria ecclesie juravi quod ego et heredes mei prefatam donationem predictis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus . KENEWREC presbitero de LANGAUELAC . CUELIN ARCHER . YORVERD filio HOELI . GRIFFINO DU . ITHENARD filio GRIFFINI . MORGANO filio GRIFFINI . WRUNU filio MAURICII . WIN filio GESUREI . HERBERTO filio PALMARI . ITHEL filio HELIE.

Seal, Morgan ap Caradoc, as usual; dark green wax.

Endorsed—'Carta Morgani secunda continens primam donationem ejusdem . et donationem Leysan . cum additamento in Marisco de Avene'; and in a later hand, '1200 . karadoci . de terra sub alneto . v$^{s.}$'

The place appears to be Pwll-ysgathan, a well-known well in the Aven marsh, now in the lower part of Aberavon town.—*Birch.*

## CCLVI.

## CONFIRMATION BY THE PRIOR OF ST. JAMES'S, BRISTOL, TO JOHN, SON OF RALPH UTLAGE, OF LAND IN LEWIN'S MEAD.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego W. prior ecclesie Sancti JACOBI de BRIST[OLLIA] et fratres ejusdem loci . auctoritate et concessu venerabilis patris nostri ALANI abbatis THEOKESBIRIE et ejusdem loci conventus . concessimus . et hac carta

confirmavimus . Johanni filio Radulphi Utlage . totam terram illam in prato Leowini . quam Radulphus pater suus emit de Ailwardo textore. Tenendam et habendam predictam terram de ecclesia beati Jacobi sibi et heredibus suis . libere et quiete hereditabiliter . reddendo inde annuatim ecclesie Sancti Jacobi . xii. denarios ad festum Sancti Michaelis . pro omni servitio et exactione. Et in mutatione heredum heredes sui dabunt ecclesie Sancti Jacobi . dimidiam libram piperis de recognitione. Quod ut ratum et stabile permaneat . presentem cartam sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de eodem.'

'Pratum Leowini' is Lewin's Mead, near to St. James's Church in Bristol.
The pound of pepper payable on change of heir is a very early example of heriot.

## CCLVII.

## GRANT BY THE PRIOR OF ST. JAMES'S, BRISTOL, TO MARGAM ABBEY, OF LAND IN LEWIN'S MEAD, BRISTOL, FORMERLY HELD BY JOHN, SON OF RALPH LE UTLAGE.

[Margam Charter.]

Sciant presentes et futuri . quod ego . W. dictus prior Sancti Jacobi de Brist[ollia] et monachi ibidem Deo servientes . concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus ecclesie beate Marie de Margan . et conventui ejusdem loci . quandam terram in prato Leowini . illam scilicet quam Johannes filius Radulphi le Utlage de nobis tenuit . quam etiam de dono Henrici Cumin habuimus. Tenendam et habendam predictam terram predicte ecclesie et ejusdem loci conventui . de nobis et successoribus nostris in perpetuum . reddendo inde annuatim . nobis et successoribus nostris xii. denarios ad festum Sancti Michaelis pro omni servitio. Quod ut magis ratum sit et inconcussum . presens scriptum sigilli nostri appositione dignum duximus confirmandum.

Entitled—'Cyrographum Prioris Sancti Jacobi de terra Utlage.'

## CCLVIII.

## GRANT BY ENER BACHAN, BROTHER OF ALAITHUR, TO MARGAM ABBEY, OF RIGHT TO LAND IN FRUDUL.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes p. e. f. quod ego ENER BACHAN frater ALAITHUR concessi et quitum clamavi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et beate MARIE de MARGAN et monachis i. D. s. totum jus meum in terra de FRUDUL . ut habeant predicti monachi predictam terram in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis sicut donatorum carte testantur. Et ego et heredes mei predictam terram contra omnes homines warentizabimus predictis monachis in perpetuum. Et sciendum quod omnes terras que sunt infra terminos monachorum scilicet inter has aquas AVENE et KENEFEG . et extra . cum omnibus pertinentiis suis . prefate ecclesie liberas et quietas clamavi imperpetuum et super sanctuaria ejusdem ecclesie eas abjuravi. Insuper omnes querelas quas habui contra domum de MARGAN remisi et quietas clamavi. Hiis testibus . STEPHANO clerico de KENEFEG . ALAITHUR . RESO COH . JOHANNE . et WRUNOCH filiis JUSTINI . ROBERTO PULMOR et multis aliis.

Seal in dark green wax, $1\frac{5}{8}$in. diam. Device, a central pellet and five concentric circles.

Legend—' + ZIGILL' . ENER . VACHAN.'

Endorsed—' Carta Ener fratris Alaithur.'

## CCLIX.

## GRANT BY JOHN, THE CLERK OF BONEVILLE, TO MARGAM ABBEY, OF A THIRD PART OF HIS LAND IN BONVILLE-[STON].

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit JOHANNES clericus de BONEVILLA salutem. Notum facio universitati vestre me concessisse . et dedisse . Deo et monachis de MARGAN . terciam partem terre mee in BONEVILLA . pro anima mea et antecessorum et successorum meorum . in elemosinam post mortem meam. Ita quod quamdiu vixero fructus quoscunque potero inde percipiam. Et post mortem meam predicta terra eisdem monachis sicut pura elemosina quieta remanebit. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Johannis de Bonavilla de terra apud Bonevill.'

## CCLX.

## GRANT BY JOHN DE BONVILLE TO MARGAM ABBEY OF THIRTY ACRES IN THE FEE OF BONVILLE.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte e. f. p. et futuris JOHANNES de BONEVILLA salutem.

Sciatis me c. et d. et h. c. mea conf. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus xxx. acras terre arabilis in feudo meo de BONEVILLA . consilio et consensu conjugis mee . et heredum meorum . ut habeant et teneant predictas xxx. acras in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam . ab omni servitio seculari . consuetudine . et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest . per metas et divisas que circa ipsam terram sunt site. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de xxx. acras terre.

## CCLXI.

## NOTIFICATION BY JOHN DE BONVILLE THAT HE GRANTS CAE'RWIGAU, HELD OF HIM BY RICHARD NORRIS, TO MARGAM ABBEY, IF THE PARTIES CAN MAKE TERMS.

[Margam Charter.]

Karissimis dominis suis et amicis vicecomiti de Kard[if] et baronibus de Glamorgan et liberis hominibus Johannes de Bonevilla salutem.

Sciatis me concessisse et presenti scripto confirmasse . concessionem meam de terra mea quam Ricardus Norrensis tenet de me . de feudo meo aput Karwigau . monachis de Margan ut ipsi habeant eam in perpetuum . si ipsis et predicto Ricardo poterit convenire . in quocunque pacto convenerit eis salvo meo servitio. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Johannis de Bonavilla de Karwigau.'

Cae'rwigau is in the Parish of Pendoylan.

## CCLXII.

## GRANT BY WILLIAM, SON OF JOHN DE BONAVILLA, TO MARGAM ABBEY OF LAND IN THE FEE OF BONEVILLE.

[Harl. Charter, 75 B. 16.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus de Bonavilla filius Johannis de Bonavilla salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus . xxxiij. acras terre arabilis in feudo de Bonavilla per easdem metas et divisas quas tenuerunt tempore patris mei. De quibus . xxxiij. acris antea tenuerunt easdem . xxx. acras per unam aliam cartam. Duas enim cartas de patre meo habuerunt . unam que loquitur de . xxx. acris . alteram que loquitur de eisdem . xxx. acris et de tribus acris adjectis.

Preterea concessi et confirmavi eis totam terram Willelmi Cithaređi. Scilicet. xij. acras terre arabilis et dimidiam acram prati cum tofto. Et ex dono Susanne quinque acras. Has omnes acras concessi et confirmavi predictis monachis in puram et perpetuam elemosinam habendas et tenendas libere . quiete et pacifice de me et heredibus meis ab omni servicio . consuetudine . et exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius teneri potest et haberi inperpetuum. Hiis testibus. Hereberto de Sancto Quintino . Willelmo de Lond[oniis] . Waltero de Sulia . Ricardo Flammang . Willelmo de Cantelo . Ricardo sacerdote de Bonavilla . magistro Radulpho Mailoc . Johanne Torsi . et multis aliis.

Fine impression of the gem seal in red wax (as in DCCCXXVI.).

## CCLXIII.

## GRANT BY WILLIAM DE BONVILLE TO MARGAN ABBEY OF LAND HELD BY THE TEMPLARS IN THE TIME OF HIS FATHER.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit . Willelmus de Bonevilla . filius Johannis de Bonavilla . salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta . confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et m. i. D. s. in p. et perpetuam elemosinam . xl. acras terre arabilis . quas de Templariis tempore patris mei tenuerunt . reddendo illis annuatim pro omni servitio consuetudine et exactione xl. denarios. Has xl. acras si ego de Templariis dirationare potero . concessi et confirmavi predictis monachis in perpetuum tenendas et habendas de me et heredibus meis libere . quiete et pacifice . sicut antea de Templariis tenuerunt . scilicet reddendo michi et heredibus meis annuatim pro omni servicio xl. denarios. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Willelmi de Bonavilla de xl. acris.'

## CCLXIV.

### ABJURATION BY RICHARD AND ROGER, SONS OF JOHN, CHAPLAIN OF BONVILLE, TO MARGAM ABBEY, OF THE LAND HELD BY THEIR FATHER OF THE TEMPLARS IN BONVILESTONE.

[Margam Charter.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum v. vel a. Ricardus et Rogerus de Boneville filii Johannis Capellani salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos spontanea voluntate nostra et consilio amicorum nostrorum concessisse et quitum clamasse et abjurasse et presenti carta confirmasse D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus totum jus nostrum et totum clamium quod habebamus vel dicebamus nos habere in terra quam dictus Johannes pater noster tenuit de Templariis in feodo de Bonevilest[un] ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus meis sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quiecius haberi vel teneri potest. Et sciendum quod affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margam juravimus quod illam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo et malo ingenio servabimus et contra omnes homines warantizabimus. Et ut premissa firmitatis robur obtineant huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio duorum filiorum Johannis Capellani in feudo de Bonavilla.'

## CCLXV.

### SCUTAGE OF HENRY DE HUNFRAVILLÆ.

[Rotul. de oblat. 1., p. 134.] 1201.

Henricus de Hunfravillæ dat xx. marcas pro eodem [transfretatione sua] tenet feudum v. militum de Honore Gloucestriæ ut dicit et non plures.

Habet breve de scutagio. Terminus medio viii. diebus ante Pentecosten et medio ad festum Sancti Johannis.

## CCLXVI.

## AGREEMENT BETWEEN WILLIAM DE BARRI AND JOHN DE LA MARA RESPECTING RENTS IN THE FEE OF WALTER'S-TOWN IN GOWER.

[Margam Charter.] Before Easter, 1201.

Hec est conventio facta inter Willelmum de Barri . et Johannem de la Mara quod predictus Willelmus . prenominato Johanni pro xv. marcis quas debuit illi pro relaxatione juris quod peciit in feudo de villa Walteri in Guer concessit ut per spacium viij^to. annorum percipiat integre redditus prenominati feudi de villa Walteri . videlicet . xxx^ta. solidos annuatim á monachis de Net persolvendos. Ita quod predictus Willelmus post primos iiij^or. annos si memorato Johanni vij. marcas et dimidiam persolvere voluerit . decetero predictum feudum liberum et quietum á jam dicto Johanne et heredibus suis recipiat. Sin autem . idem Johannes idem feudum usque ad terminum prenotatum viij^to. annorum tenens annuos ejusdem feudi redditus percipiet . et deinceps idem feudum predicto Willelmo et heredibus suis libere et quiete remittet. Et quicquid de predictis Willelmo et Johanne infra terminum prenotatum contigerit . heredes eorundem inter se mutuo prescriptam conventionem firmiter et fideliter observabunt. Hec conventio fide mediante hinc inde confirmata est . anno ab incarnatione Domini m^o. ccj^o. eodem anno quo Lingonensis episcopus defunctus est qui frater erat ordinis Cartusiensis . a proximo Pasca usque ad terminum prefixum duratura. His testibus . Willelmo Lond' . Philippo de Marcros . Willelmo de Cantelo . Willelmo Pincerna . Johanne de Penris . Mauritio de Henleis . Toma Blancagnel . Willelmo converso . Johanne Mansel . Johanne Trus . Toma filio Albini . Samsone et fratre suo Waltero . Vrso . Roberto Vnred . Domino . A. abbate de Neth .

Osberto archidiacono . Clemente priore de Neth . Toma Secretario . Willelmo presbitero de Sancto Donato . et aliis multis.

Indented along the top with Cirographum, cut through.

Endorsed—'Cirographum inter W. de Barri et J. de la Mare.'

J. de la Mare gave to Neth, land, once the possession of Osmund Gros, which his mother held in dower. Another John, and William de la Mare, witnessed a Gower Charter in 1313.

William de Barri gave 30 acres to Neth of his fee in Gower. Both were confirmed by King John in 1208.

## CCLXVII.

## GRANT BY HENRY, ABBOT OF GLOUCESTER, TO MARGAM ABBEY OF LAND IN LLANGEWI.

[Margam Charter.] Ante 1202.

Cyrographi.

Sciant omnes [tam] presentes quam futuri quod ego Henricus [abbas monasterii Sancti] Petri Gloucestrie et ejusdem loci conventus concessimus et hac carta nostra confirmavimus . venerabilibus . . . . . . . abbati et conventui de Margan . terram illam in feudo de Langewi quam Willelmus Scurlag dedit . . . . . Eweni . ut habeant monachi de Margan . predictam terram cum omnibus libertatibus et aisiamentis suis . . . . omni servicio consuetudine et exactione. Reddendo inde annuatim ij.—solummodo ecclesie Sancti Michaelis de . . . . [Ew]eni . ad terminum Pasche. Et predictam terram prefatis monachis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In [cujus r]ei testimonium presens scriptum in modo Cyrographi confecimus . cujus unam partem sigillo ecclesie nostre munitam predictis [abbat]i et conventui de Margan . tradidimus . alteram vero partem sigillo ejusdem abbatis et conventus de Margan roboratam penes [n]os retinuimus. Hiis . testibus.

Endorsed—'Cyrographum Henrici Abbatis Glocestrie de xxiiii. acris aput Langewi.'

## CCLXVIII.

## GRANT BY WALTER LUVEL TO MARGAM ABBEY OF LAND CALLED PENVEI IN LANGEWI, AT A RENT OF FIVE SHILLINGS YEARLY.

[MARGAM CHARTER.] 1202.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. WALTERUS LUVEL salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte M. de MARGAN et m. q. i. D. serviunt in elemosinam totam terram meam in feudo de LANGEWI . scilicet c. acras quas cepi cum uxore mea in matrimonium et teneo de DAVID SCURLAGE et heredibus ejus et de qua terra deveni homo DAVID SCURLAG . totam terram illam cum omnibus pertinentiis suis concessi et dedi ego WALTERUS LUVEL predictis monachis in elemosinam concessione domini mei DAVID SCURLAGE ut habeant et teneant eam de me et de heredibus meis in perpetuum liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari preter solummodo v. solidos quos reddent michi et heredibus meis predicti monachi annuatim ad festum Sancti MICHAELIS pro predicta terra que PENVEI nominatur. Et ego . et heredes mei warantizabimus predictis monachis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod accepi pre manibus a predictis monachis redditus VII. annorum scilicet XXXV. solidos anno ab incarnatione Domini M° CC° IJ°. Hiis testibus PHILIPPO de MARCROS . HAMELINO de TORINTEIN' . JOHANNE de la MARE . DAVID SCURLAGE . THOMA SCURLAGE . ROGERO BURNEL.

Seal, dark wax, 1⅜in. diam. Device, a little wolf, or 'lupellus,' as a rebus on the owner's name, passant, contourné.

Legend—'+ SIGILLUM : WALTERI : LWEL.'

Endorsed, in a late handwriting—'Donatio Walteri Luvel centum acrarum in Llangewyth.'

Walter Luvel was an active officer in the Lordship. In the Pipe Roll of 31 Henry II., 1184-5, he is allowed 40s. for half-a-year's custody of the 'New-Castle,' and is one of those charged with the care of other castles; and John, Earl of Moreton, as Lord of Glamorgan, granted him ten shillings worth of land in Kenfeg, and confirmed the grant when King in 1207. In 1249, as a member of the Comitatus, he joined in the decision as to the diverting of the course of the river Nedd as will be observed further on under that year.

## CCLXIX.

## LEASE FOR TEN YEARS BY ROGER GRAMUS TO MARGAM ABBEY OF LAND BETWEEN KENEFEG AND GOILACHE.

[HARL. CHARTER, 75 C. 3.] 1202.

Sciant omnes et presentes et futuri quod ego ROGERUS GRAMMUS consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum et amicorum meorum concessi et dimisi domui de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam illam partem terre mee que jacet inter KENEFEG et GOILACHE ad firmam in . x. annos quorum primus cepit a natali anni ab incarnatione Domini MCCII. donec plenarie et integre receperint inde . x. vestituras pro . x. marcis quas omnes pre manibus accepi pro quibus ego et heredes mei warantizabimus et acquietabimus prefatis monachis predictam terram usque ad terminum perimpletum contra omnes homines ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et exactione sicut eam liberius tenere possem si esset in manu mea. Et post predictum terminum perimpletum nullis aliis hominibus dimittam predictam terram nisi prefatis monachis sub eodem pacto et sub eodem precio sub quo prius eam habuerunt. Et sciendum quod affidavi in manu OSMERI me hoc totum servare sine omni dolo et sine omni malo ingenio. Teste . THOMA capellano de KENEFEG . WALTERO LUUEL . OSMERO . WASMERO . DAVID filio HELIE . ROGERO filio RADULFI et ROBERTO fratre ejus . WALTERO de SABULO . THOMA filio RICARDI ATHELWOLD . GAUFRIDO filio OSMERI . WALTERO molend[inario] WALTERO . WITBRED . WILLELMO de CORNELI.

Seal in brown wax, $1\frac{1}{2}$in. diam. Device, a bow and arrow.

Legend—' + SIGILL' : ROGERI : GRAMMUS.'

## CCLXX.

## GRANT BY WALAVETH, SON OF WILLIAM GILLEMICHEL, TO MARGAM ABBEY, OF LAND OF HIS FREE TENEMENT AT KENEFIG.

[MARGAM CHARTER.]

Universis Sancte ecclesie filiis qui presentem kartam inspexerint WALAVETH filius WILLELMI GILLEMICH[EL] salutem.

Notum facimus universitati vestre nos dedisse . et concessisse . et presenti karta nostra confirmasse Deo et beate MARIE et monachis de MARGAN consilio et consensu fratrum meorum et amicorum et parentum VIIJ$^{to.}$ acras terre de libero tenemento meo . in perpetuam et puram elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione in perpetuum quarum videlicet acrarum VJ. et dimidia jacent juxta illas VIIJ$^{to.}$ acras quas pater meus WILLELMUS illis contulit in elemosinam. Incipientes scilicet a magna via que vadit ad locum qui dicitur villa STURMI á KENEFEC . ad austrum ejusdem vie . tendentes sursum a via illa quantum extenditur terra arabilis in longitudinem . et in latitudinem . á divisis que fixe sunt ad orientalem partem . usque ad divisas VIIJ$^{to.}$ acrarum predictarum quas pater meus monachis dedit . mea et fratrum meorum concessione. Porro acra et dimidia jacent ad australe capud earundem VIIJ$^{to.}$ acrarum ut divise indicant ibi posite. Et si quod servitium aliquando forte fuerit requisitum de hac terra . ego et heredes mei illud adquietabimus ex integro . et contra omnes homines tam propinquos nostros quam extraneos monachis prefatis hanc donationem nostram warentizabimus. Et hec omnia me facturum et fideliter observaturum fide et sacramento firmavi. Porro monachi mee magne necessitati compacientes . XX. solidos karitative dederunt michi ad me adquietandum versus dominum Regem et justicias ejus. His testibus . WILLELMO cellarario . et WILLELMO de BEDINTUN' monachis de MARGAN . Fratre GODWINO magistro . et RICARDO conversis . ERNALDO constabulario de KENEFEC . ANARAUTT filio KENEITHUR ab HEREBERT . GESTALARDO . RETHERECH filio CNITLIN . CHEDIC

filius (*sic*) MEHI . ANGARAT matre mea . GODEFRIDO monachos de MARGAN . WALTEROS de SANDE . THOMA filio GERVASII . et aliis pluribus.

Seal, dark wax, $2\frac{1}{8}$in. diam. Seems to resemble two fir cones, indented towards the chief point; below them a bow and arrow.

Legend—'+ SIGILL' WALAVET . GILLEMICHEL.' The letters underlined are placed in the field beneath the bow and arrow.

## CCLXXI.

## CONFIRMATION BY KETHEREC AND YVOR GILLEMIHEL OF THEIR FATHER'S GRANT TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris KETHEREC et YVOR filii WILLELMI GILLEMICHEL . salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos consilio et assensu amicorum nostrorum quitum clamavimus et abjuravimus et hac presenti carta confirmavimus Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus . totum clamium quod habuimus in terra WILLELMI GILLEMICHEL . et totam jus quod dicebamus nos habere in eadem terra . et in omnibus aliis terris et in omnibus aliis possessionibus ad dictam domum pertinentibus ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus nostris . qui sunt . et qui futuri sunt et omnibus successoribus nostris imperpetuum sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et nos et heredes notri warantizabimus dictis monachis dictam quietam clamationem contra omnes mortales in perpetuum. Hiis testibus.

Yoruard ab Espus . Reso Choc . Reso clerico de Langunit . Ricardo clerico de Kenefe . Willelmo Franckelein . Willelmo Cole . et multis aliis.

Two seals, in dark green wax.

1. An inch in diam. ; a sixfoil, and radiating point, six trefoils, much chipped. Legend—' + s'. k . . . . filii : gillemihel.'

2. The same diam. ; a compound cross-like device, of cinquefoils and trefoils. Legend—' + s' yvor . filii . gillemihel.'

Endorsed—' Carta Ketherec et Yvor de terra Gillemichel patris eorum.'

## CCLXXII.

## AGREEMENT BY CIROGRAPH BETWEEN MARGAM ABBEY AND DAVID, SON OF HERBERT SCURLAGE, CONCERNING THE FEE OF LANGEWI.

[Margam Charter.] 1202.

Sciant omnes quod hec est conventio que facta est inter abbatem monachosque de Margan et David filium Herberti Scurlage de feudo de Langewi et de totis pertinentiis suis . scilicet quod ego David filius Herberti Scurlage concessi et dedi et hoc scripto confirmavi Deo et ecclesie Sancte Marie de Margam et monachis que i. D. serviunt totam feudum de Langewi cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis in elemosinam tam illam partem quam habuerunt ante me de patre meo et de antecessoribus meis in puram elemosinam . quam totum residuum ipsius feudi. Totam hanc terram concessi et dedi ego David Scurlage predictis monachis in elemosinam cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis sine ullo retinemento reddendo michi et heredibus meis annuatim ex illa parte quam habent ex proprio dono meo ad festum Sancti Michaelis . iij. marcas argenti pro omni servitio salvo servitio domini comitis . quod monachi facient. De quibus iij. marcis concessi Waltero Luvel et heredibus suis . v. solidos reddendos annuatim ad festum Sancti Michaelis per manus monachorum et xxx. et v. solidos michi et heredibus meis ad predictum terminum.

Et ego et heredes mei warantizabimus ipsis monachis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Et pro hac concessione mea . dederunt michi predicti monachi equum . J. centum solidorum et XXJ. marcas de redditu meo premanibus . scilicet redditus . VIJ. annorum quos cessi premanibus anno ab incarnatione Domini . M°. CC°. IJ. et XL. marcas NICHOLAO PUINZ pro me ad finalem pacem faciendum de clamio quod clamavit adversum me in curia domini Regis de feudo de LANGEWI . et eidem NICHOLAO pro me equum . J. trium marcarum . et WALTERO LUVEL equum . J. duarum marcarum. Hiis testibus . domino HENRICO LANDAVENSI episcopo . HAMUNDO de VALONIIS tunc ballivo de GLAMORGANCIA . RADULFO de SUMERI . HENRICO de UMFRANVIL' . PHILIPPO de MARCROS . PAGANO de TURBURVILE . WALTERO de SUL' . WILLELMO MARTEL . ROGERO de WINTONIA . JOHANNE de la MARE . RICARDO FLANDRENSI . WILLELMO SOR . GILLEBERTO de TURBURVIL' . RADULFO MAILOC.

Seal lost.

Endorsed—'Donatio de feodo de Langewi. David Scurlag.'

## CCLXXIII.

## CONFIRMATION AND GRANT BY DAVID SCURLAGE TO MARGAM ABBEY OF THE WHOLE FEE OF LLANGEWI.

[MARGAM CHARTER.] PROBABLY 1202.

Omnibus S. e. f. p. et f. DAVID SCURLAGE salutem.

Sciatis quod ego concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie S. M. de MARGAN et m. qui i. D. serviunt in perpetuam elemosinam totum feudum de LANGEWI scilicet tam illam partem feudi illius . quam pater meus et antecessores mei ante dederunt eis in elemosinam . quam totum residuum quod ego ex proprio dono meo dedi eis in elemosinam . ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari reddendo tamen mihi et heredibus meis pro illa parte feudi quam habent ex proprio dono meo annuatim

ad festum Sancti MICHAELIS solummodo . xxx. et v. solidos et WALTERO LUVEL et heredibus suis . v. solidos ad eundem terminum. Et per tantum quieti erunt ab omni servitio quod ad me . pertinet . vel ad heredes meos . salvo tamen servitio domini comitis. Et sciendum quod ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus. Domino HENRICO LANDAVENSI episcopo . HAMUNDO de VALONIIS tunc ballivo de GLAMORGAN . RADULPHO de SUMERY . HENRICO de UMFRAUNVILL . PHILIPPO de MARCROS . PAGANO de TURBURVIL' . WALTERO de SUL[LIA] . WILLELMO MARTEL . ROGERO de WINTONIA . JOHANNE de la MARE . RICARDO FLANDRENSI . WILLELMO FLANDRENSI . WILLELMO SOR . GILEBERTO de TURBURVIL' . RADULFO MAILOC.

Seal in dark green wax, 1¼in. diam. Device, a star of eight points, each capped with a lump, which may be a bunch of flowers.

Legend—' + SIGILL' . DAVID . SCURLAG.'

Endorsed—'David Scurlag, inter 1183—1219.'

## CCLXXIV.

## WRIT BY AVICIA DE CARDIFF TO THE BAILIFF OF BRENT TO GIVE SEISIN OF LAND IN SUBRENT, SOUTH-BRENT, CO. SOMERSET, TO ROBERT SELIMAN OF CARDIFF, HER SON.

[ADD. CHART., 24299.] SINE DATO.

Dilecto amico suo ROBERTO de SANCTA BARBA ballivo de BRENTS AVICIA de KAIRDIF salutem in Domino. Sciatis me dedisse in ligia viduitate mea ROBERTO SELIMAN de KAIRDIF filio meo unam virgatam terre cum pertinentiis suis in SUBRENTE, illam scilicet virgatam terre quam SIMON de BERGES pater meus mihi dedit in liberum maritagium. Tenendam et habendam de heredibus predicti SIMONIS patris mei ipsi ROBERTO et heredibus suis vel ejus

assignatis jure hereditario inperpetuum. Et quia ad presens ad hundredum de BRENTE venire non possum ad ponendum dictum ROBERTUM in saisinam de dicta virgata terre, vobis supplico quod ponatis dictum ROBERTUM per me in saisinam plenariam de predicta virgata terre cum pertinentiis suis in BRENTE sicut in carta quam predictus ROBERTUS de me habet de predicta virgata terre melius et plenius atestatur. In cujus rei testimonium has literas meas vobis mitto patentes ut illas habeatis in warentum . bene valete.

Pointed oval seal, green wax, a flower.

'+ S' : ALICIE : DE : KERDIF.'

## CCLXXV.

## AGREEMENT BETWEEN ROBERT, SON OF WALTER SELIMAN, AND JOHN, SON OF JOHN, SON OF WILLIAM OF LLANTWIT.

[ADD. CHART. 24265.] CIRCA 1202.

CIROGRAPHUM.

Hec est conventio facta inter ROBERTUM filium WALTERI SELIMAN de KAIRDIF ex una parte et JOHANNEM filium JOHANNIS filii WILLELMI de LANDILF', ex altera, videlicet quod dictus ROBERTUS tradidit et dimisit dicto JOHANNI burgagium suum de KAIRDIF cum edificiis et aliis pertineneiis suis quod jacet inter burgagium quondam ROBERTI RUMBOLD et burgagium RICARDI CRISPI, et quinque acras prati in ESTMORE quod appellatur STOCKESCROFT cum pertineneiis suis in contraplegium et vadium pro viginti et quinque marcis quas idem JOHANNES dicto ROBERTO in urgente negocio suo pacavit premanibus. Tenendum et habendum eidem JOHANNI vel heredibus suis sive assignatis suis dicta burgagium et terram libere et quiete bene et in pace quousque dictus ROBERTUS et heredes sui GRICIA scilicet uxore sua sorore dicti JOHANNIS procreati predictas viginti et quinque marcas dicto JOHANNI et heredibus suis vel assignatis suis

plenarie persolverint. Reddendo inde annuatim eidem Roberto et prenominatis heredibus suis dictus Johannes et heredes sui sive assignati decem solidos ad quatuor anni terminos redditum reddendi statutos pro omni servicio et exactione, exceptis duobus solidis inde debitis comiti Gloucestrie et domino abbati de Keinesham annuatim debitis. Ita scilicet quod si dictus Johannes vel heredes sui sive assignati aliquid ultra dictum redditum et ultra sustentationem et emendationem dictorum burgagii et prati libere et quiete perceperint eidem in solutionem dictarum viginti et quinque marcarum pro contingente in legale veredictum illorum computetur. Si vero nichil inde perceperint casu contingente nichil eis computetur nec aliquis redditus ab eis exigatur salvo tamen eidem Roberto et prenominatis heredibus suis in dicto burgagio aisiamento si necess . . . habuerunt et [?] ad oram rectam premunierunt in redditu tamen suo pro contingente si redditum reddere contigerit computato. Et si contingat quod dictus Robertus ante solutionem dicte pecunie heredes de dicta Gricia uxore sua non habuerit apparentes ad quos dictum burgagium et pratum debeat vel possit revertere, concessit dictus Robertus dictum burgagium et pratum cum pertinenciis suis tenendum et habendum dicto Johanni et heredibus suis sive assignatis in feudo et hereditate nisi alii heredes ejusdem Roberti quicunque fuerint infra annum integrum post ejusdem Roberti obitum plenarie completum predictas viginti et quinque marcas una cum triginta marcis quas idem Johannes Willelmo Mareis fratri dicti Roberti ad dictum burgagium et pratum acquietandum pacavit . dicto Johanni et heredibus suis sive assignatis plenarie persolverint per redditum duorum solidorum capitalibus dominis feudorum ut predictum est et unius libre cumini eisdem heredibus annuatim solvendorum. Salvo tamen predicto Roberto redditu superius scripto et modo predicto de dicto Johanne et heredibus suis sive assignatis annuatim quam diu vixerit percipiendo. Et ut hec convencio firmiter obligetur et integre dicti Robertus et Johannes presenti scripto ad modum cyrographi confecto sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . domino Willelmo de Sancta Elena tunc vicecomite Glamorgan .

dominis WALTERO de SULIA et GILEBERTO de DUNFREVILE et ROGERO de REINNY militibus . WILLELMO FLANDRE'NSI . THOMA de HODENEHT . HENRICO ODIN . THOMA CRISPO . SELIMAN LUDE . ROBERTO GODARD . RICARDO de PENHARD et aliis.

Robert, son of Walter, Seliman of Kairdif, demises to John, son of John, son of William de Landilt' [Llantwit], his burgage in Kairdif, and five acres in the Estmore, called Stokescroft.

Avicia de Kairdif is daughter of Simon de Berges, she makes over to Robert Seliman, her son, land in Subrent, or South-Brent, which she had from her father on her marriage. The Bailiff of Brent is to give him seizin. This is all that is known of Seliman.

Estmore is, probably, part of the wet land on the right bank of the Rhymny at its mouth. Stokescroft is a name, perhaps, imported from Bristol.

William de St. Elena was Sheriff circa 1202.

This Charter is decayed and wanting in several places.

## CCLXXVI.

## GRANT BY ROBERT, SON OF ROBERT, SON OF UMFREY FRETHOXE, TO HUGH SON OF ROBERT CRISTESKNAVE, OF CARDIFF, OF A MANSIO ON THE RIVER TAFF, BETWEEN THE PREACHING FRIARS AND CARDIFF CASTLE.

[ADD. CHART. 24301.] SINE DATO.

Sciant presentes et futuri quod ego ROBERTUS filius ROBERTI filii UMFREY FRETHOXE dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi HUGONI filio ROBERTI CRISTESKNAVE de KAERDIF clerico totam mansionem meam in TAF inter domum fratrum predicatorum a parte occidentali et castrum de KAERDIF a parte orientali et aquam de TAF ex utraque parte ejusdem mansionis cum suis ibidem pertinentiis. Tenendum et habendum sibi et heredibus vel suis quicumque fuerint assingnatis (*sic*) de me et heredibus meis libere quiete pure bene in pace integre plenarie et jure hereditario imperpetuum. Reddendo inde annuatim in festo Sancti MICHAELIS ipse et heredes vel sui quicumque fuerint assingnati (*sic*) mihi et heredibus meis duodecim denarios argenti pro

omnibus serviciis exaccionibus consuetudinibus sectis curiarum auxiliis et aliis omnibus demandis secularibus. Et ego ROBERTUS et heredes mei eidem HUGONI et heredibus vel suis quicunque fuerint assingnatis (*sic*) totam mansionem prenominatam cum suis ibidem pertinenciis contra omnes homines et feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Et pro ista donacione concessione hujus presentis carte confirmacione et warentizacione dedit mihi predictus HUGO duas marcas esterlingorum in gersumam. Et ut ista mea donacio concessio hujus carte confirmaio et warentizatio stabilitatem firmitudinem eternamque possideant et securitatem hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et confirmavi. Hiis testibus . domino WILLELMO de SANCTA ELENA tunc vicecomite de GLOMORGAN . domino ROGERO de REINGNY . domino WALTERO de SULLIA . domino GILBERTO de UMFRANVILE militibus . WILLELMO le FLEMMANG . RADULFO de SOMERY . WILLELMO MAILOC' . JORVORDO GRANT . JEWAN GRANT . THOMA BAUDEWINE tunc famulo comitatus et multis aliis.

Seal, green wax: a fleur-de-lis.

'+ S' + ROB' : FIL' : ROB' : HYM'.'

## CCLXXVII.

## GRANT BY ROGER GRAMUS TO MARGAM ABBEY OF LAND NEAR GOYLAKE WITH A RESERVED RENT.

[MARGAM CHARTER.] 1203.

Omnibus S. e. f. p. et f. ROGERUS GRAMMUS salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum atque amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo e. S. M. de M. et monachis D. i. s. in puram et perpetuam elemosinam reddendo mihi et heredibus meis annuatim dimidiam marcam argenti . Medietatem scilicet ad festum Sancti MICHAELIS et medietatem ad Pascha . pro omni servicio

seculari consuetudine et exactione totam terram a magno lapide . qui jacet in directum versus COHI LAKE ex estparte et ex sudparte magne vie que vadit versus Castellum KIBUR . in feudofirmam habendam et tenendam de me et heredibus meis imperpetuum. Et ego et heredes mei totam hanc terram warantizabimus predictis monachis contra omnes homines. Et si quod servicium domini Regis vel aliquod aliud inde requisitum fuerit . ego et heredes mei illud de reliquo tenemento adquietabimus. Ita ut monachi ex toto quieti sint inperpetuum. Et sciendum quod ego accepi pre manibus redditum x$^{cem.}$ annorum anno ab incarnatione Domini M$^{o.}$ CC.$^{o.}$ IIJ$^{o.}$ His testibus . magistro MAURICIO . WALTERO LUVEL . ERNALDO constabulario de KENEFEG . WILLELMO de CORNELI . STEPHANO clerico . WILLELMO COLE . CLEMENTE filio magistri MAURICII . WILLELMO de MARCROS.

Endorsed—'Carta ejusdum de terra sua ad firmam.'

## CCLXXVIII.

## AGREEMENT BETWEEN THE ABBEYS OF TEWKESBURY AND MARGAM, WHEREBY THE CHURCH OF KENFEG IS GRANTED TO MARGAM FOR A YEARLY RENT OF TEN MARKS.

[MARGAM CHARTER.] 1203—1213.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Convenit inter domum THEOKESBERIE et domum de MARGAM super ecclesia de KENEFEG tali modo . quod abbas et conventus THEOKESBERIE concesserunt et dimiserunt ecclesiam ipsam cum capellis et terris et universis pertinentiis et libertatibus suis domui de MARGAM in firmam perpetuam ad habendum et tenendum et reddendum inde nomine perpetue pensionis in ipso capitulo THEOKESBERIE x. marcas annuatim scilicet v. marcas infra octavas Pasche et v. marcas infra octavas Sancti MICHAELIS. Et si evenerit dominum abbatem THEOKESBERIE devenire in partes illas . apud KENEFEG sive apud MARGAN

honeste procurabitur ubi elegerit. Et domus de MARGAN capellanum inveniet et cetera necessaria sufficientia ad servitum ecclesie predicte et respondebit episcopo per omnia et de omnibus que ad ipsam pertinent. Et hoc totum factum est per assensum utriusque abbatis et utriusque capituli et scriptis et sigillis eorum confirmatum.

Two seals in red wax.

1. Pointed oval, 2⅝in. by 1¾in.; an Abbot standing, flat mitre, right hand elevated in blessing, in the left hand an open book.

Legend—'+ WALTER . . . . . [MA]RIE THEO. . . . SIS.'

2. 1¾in. diam.; a representation of Tewkesbury Abbey Church, with a row of four Norman arches, and a fantastic Chinese-looking tower of three stages, with curved projections, surmounted with a cock.

Legend—'+ SIG . . . . . [ABB]ATIE T . . . . . SIS.'

Endorsed—'De ecclesie de Kenefec carta prima.'

Along the top of the deed, cut half across, is the word CIROGRAPHUM.

## CCLXXIX.

## GRANT BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, OF A PERPETUAL LEASE OF THE CHURCH OF KENFIG, TO MARGAM ABBEY, SUBJECT TO A PAYMENT OF TEN MARKS YEARLY TO TEWKESBURY ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1203—1213.

Universis Sancte Matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit H[ENRICUS] D. g. LANDAVENSIS ecclesie minister humilis salutem gratiam Dei et benedictionem.

Justitiam petentium desideriis animo nos decet benigno condescendere . et ea effectu debito complere. Inde est quod universitati vestre notum facimus . quod nos petitioni et voluntati domini WALTERI abbatis THEOKESBIRIE . et ejusdem

loci conventus condescendentes . concessimus domui de MARGAN . ecclesiam de KENEFEG cum omnibus suis pertinenciis et libertatibus in firmam perpetuam possidendam . solvendo singulis annis conventui THEOKESBIRIE x. marcas argenti nomine perpetue firme . scilicet v. infra octavas Pasche . et v. infra octavas Sancti MICHAELIS . salvo jure nostro in omnibus et successorum nostrorum in perpetuum. Et ne nostra hujus firme perpetue concessio malignancium improbitate imposterum possit infringi . vel decursu magni temporis in dubium devocari . eam presenti scripto . et sigilli nostri confirmamus appositione. Hiis testibus . URBANO LANDAVENSI archidiacono . NICHOLAO thesaurario . PHILIPPO decano de GURE [*i.e.*, GOWER] et aliis multis.

Seal in light red wax. (Seal and counterseal as described in Birch, p. 283, A.D. 1193—1218.)

'+ SIGILL HENRICI DEI GRACIA LANDAVENSIS EPISCOPI.'

## CCLXXX.

## BULL OF POPE INNOCENT III., DIRECTED TO THE ARCHBISHOP OF CANTERBURY AND THE CLERGY OF THE PROVINCE, IN FAVOUR OF THE CISTERCIAN ORDER.

[MARGAM CHARTER. 6TH YEAR.] 10TH NOV. 1203.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus . CANTUARIENSI archiepiscopo . et suffraganeis ejus et dilectis filiis abbatibus prioribus decanis archidiaconis . et aliis ecclesiarum prelatis in CANTUARIENSI provincia constitutis . salutem et apostolicam benedictionem.

Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur . et canonice sententie severitas enervatur . ut viri religiosi . et hii maxime qui per sedis apostolice privilegia majori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis injurias sustineant et rapinas . dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat . et pro fovenda pauperum

innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii . abbas et fratres de MARGAN CISTERCIENSIS ordinis tam de frequentibus injuriis quam de ipso cotidiano defectu justitie conquerentes . universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari . ut ita videlicet ei[s] in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere . quod ab angustiis quas sustinent et pressuris . vestro possint presidio respirare. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus . atque precipimus . quatenus illos qui possessiones vel res . seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum irreverenter invaserint aut ea injuste detinuerint que predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur . seu in fratres ipsos contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare . vel decimas laborum seu nutrimentorum ipsorum spretis apostolice sedis privilegiis extorquere . monitione premissa si laici fuerint publice candelis accensis excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis . neutram relaxaturi sententiam . donec predictis fratribus plenarie satisfaciant . et tam laici quam clerici seculares qui pro violenta manuum injectione anathematis vinculo fuerint innodati cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. De monachis vero et canonicis regularibus id servetur . ut si ejusdem claustri fratres manus in se injecerint violentas per abbatem proprium . si vero unius claustri frater in fratrem alterius claustri hujusmodi presumpserit violentiam exercere . per injuriam passi et inferentis abbates absolutionis beneficium assequantur . etiam si eorum aliqui prius quam habitum reciperint regularem tale aliquid commiserunt . propter quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrissent . nisi excessus ipsorum esset difficilis et enormis . utpote si esset ad mutilationem membri vel sanguinis effusionem processum aut violenta manus in episcopum vel abbatem injecta cum excessus tales et similes sine scandalo nequeant preteriri. Si vero in clericos seculares manus injecerint . pro vitando scandalo mittantur ad sedem

apostolicam absolvendi. Villas autem in quibus bona predictorum fratrum vel hominum suorum per violentiam detenta fuerint . quamdiu ibi sunt interdicti sententiam supponatis.

Datum Anagnie . iiij. Id Novembris. Pontificatus nostri anno sexto.

The leaden bulla of the Pope is appended by strands of green and yellow silk.

Endorsed—'Innocentius IIIus. Non absque dolore.' 'De Margan.' 'Contra . . . . . . . et detentores rerum nostrarum et manuum injection . . . . . .' In a later hand—'A prohibition to wronge the Howse of Morgan.'

(Birch, *Margam Abbey*, pp. 170—171.)

## CCLXXXI.

## BULL OF POPE INNOCENT III., DIRECTED TO THE ARCHBISHOP OF CANTERBURY AND THE BISHOPS AND CLERGY OF THE PROVINCE, ORDERING THEM TO EXCOMMUNICATE THOSE WHO SEEK TO TAKE TITHES FROM MARGAM ABBEY.

[Margam Charter. 6th Year.] 20th Nov. 1203.

Innocentius episcopus servus servorum Dei . venerabilibus fratribus . Cantuariensi archiepiscopo . et suffraganeis ejus . et dilectis filiis . abbatibus . prioribus . decanis . archidiaconis . et aliis ecclesiarum prelatis per Cantuariensem provinciam constitutis salutem et apostolicam benedictionem.

Audivimus et audientes mirati sumus . quod cum dilectis filiis . abbati et conventui de Margan Cisterciensis ordinis a patribus et predecessoribus nostris concessum sit et a nobis ipsis postmodum indultum et confirmatum . ut de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt . nemini decimas solvere teneantur . quidam ab eis nichilominus contra apostolice sedis indulgentias decimam exigere et extorquere presumunt . et prava ac sinistra interpretatione . apostolicorum privilegiorum capitulum pervertentes . asserunt de novalibus debere intelligi ubi noscitur de laboribus esse scriptum. Quoniam igitur mani-

festum est omnibus qui recte sapiunt interpretationem hujusmodi perversam esse et intellectui sano contrariam. Cum secundum capitulum illud a solutione decimarum tam de terris illis quas deduxerunt vel deducunt ad cultum . quam de terris etiam cultis quas propriis manibus vel sumptibus excolunt liberi sint penitus et immunes . ne ullus contra eos materiam habeat malignandi . universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus . quatinus omnibus parrochianis vestris auctoritate apostolice prohibere curetis . ne a memoratis fratribus de novalibus vel de aliis terris quas propriis manibus vel sumptibus excolunt . seu de nutrimentis animalium ullatenus decimas presumant exigere vel quomodolibet extorquere. Quia vero non est conveniens vel honestum ut contra sedis apostolice indulgentias temere veniatur . que obtinere debent inviolabilem firmitatem . mandamus vobis firmiterque precipimus . ut si qui monachi . canonici . clerici . vel laici contra privilegia sedis apostolice memoratos fratres super decimarum exactione gravaverint . laicos excommunicationis sententiam percellentes . monachos . canonicos . sive clericos contradictione . dilatione . et appellatione cessante ab officio suspendatis . tam excommunicationis quam suspensionis sententiam faciatis usque ad dignam satisfacionem inviolabiliter observari . ad hec pre . . . . . auctoritate precipiendo mandamus . quatinus si quis eorundem parrochianorum vestrorum in sepedictos fratres violentas manus inje[cerit] eum accensis candelis excommunicatum publice nuntietis . et tanquam excommunicatum faciatis ab omnibus cautius evitari . donec eisdem fratribus congrue satisfaciat . et cum litteris diocesani episcopi rei veritatem continentibus apostolico se conspectui representet.

Datum Anagnie . xii. Kalend. Decembris. Pontificatus nostri anno sexto.

Leaden bulla of Innocent III. appended by strands of yellow and red silk.

Endorsed—'Innocentius III^us. De decimis non dandis de novalibus . et de terris quas propriis manibus . aut sumptibus excolimus.' In a later hand—'Innocentius. Morgan free from tithe.'

(Birch, *Margam Abbey*, p. 171.)

## CCLXXXII.

## BULL OF POPE INNOCENT III., CONFERRING THE POSSESSIONS OF, AND CONFERRING VARIOUS PRIVILEGES, UPON MARGAM ABBEY.

[Margam Charter. 6th Year.] 20th Nov. 1203.

Innocentius episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis Giliberto abbati de Margan ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium . ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur quod absit sacre religionis infringat. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus . et prefatum monasterium sancte Dei genitricis et virginis Marie in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus . et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum in eodem monasterio institutus esse dinoscitur . perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona idem monasterium impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum . largitione Regum vel Principum . oblatione fidelium . seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec proprii duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis. Ex dono Roberti et Willelmi comitum Kenefeg et Auenam fluvios . et possessiones quas inter ipsos habetis. Lewert [*i.e.*, lewree] de mari cum pertinentiis suis. In territorio de Kenefeg . ex dono Kederec et heredum ejus centum acras terre. Ex dono Hugonis de Herefordia totidem. Ex dono Willelmi Gille et heredum ejus . quadraginta acras. Ex dono

GILIBERTI GRAMM[US] et heredum ejus quinquaginta acras. Ex dono GRUNI filii CADIAN viginti acras . et possessiones quas habetis ex dono burgensium de KENEFEG . et liberorum WALENSIUM. Ex dono GALFRIDO S[T]URMI et heredum ejus . terram STURMI cum omnibus pertinentiis suis. Terram de HAUEDHALOC cum omnibus pertinentiis suis. Possessiones quas habetis inter fluvium KENEFEG et montem BAIBAN. Ex dono WILLELMI SCURLAG feodum de LANDGEWI cum pertinentiis suis. Ex dono PAGANI de TURBERVILLA centum acras terre in COICCHART. Ex dono THOME LAGELES . centum acras. Terram KILLECULIN cum pertinentiis suis. Ex dono HENRICI de UMFRAMVILL' centum et septuaginta acras terre. Ex dono HUGONIS de LANDCARUAN triginta et quinque acras. Ex dono WLGANI de PENDEWELIN . duodecim acras. Ex dono JOHANNIS de BONEVILLA . triginta acras. Ex dono WILLELMI CITHAREDI duodecim acras. Ex dono TEMPLARIORUM quadraginta acras. Terram PULTIMOR cum pertinentiis suis. Grangiam ROSSAULIM cum pertinentiis suis. Possessiones quas habetis in MARISCO de AUENA. Communem pasturam inter NETH' . et TAFE . in bosco et in plano. In KENEFEG mesuagium unum. Apud BRISTOLLUM mesuagia duo. Apud NOVUMBURGUM . mesuagium unum. Mesuagia que habetis in villa de CARDIF et possessiones vestras in territorio ejus . cum pratis terris nemoribus mesuagiis et pascuis . in bosco et plano . in aquis et molendinis . in viis et semitis . et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus ad predicta loca vestra spectantibus.

Sane laborum vestrorum quos propriis manibus aut sumptibus colitis tam de terris cultis quam incultis sive de ortis et virgultis et piscationibus vestris . vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere . et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit absque abbatis sui licentia de eodem loco discedere . discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat

retinere. Quod si quis forte retinere presumpserit . licitum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes de terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dare sive alio modo alienari . absque consensu totius capituli vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint eas irritas esse censemus. Ad hec eciam prohibemus ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeat . vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra pretium capituli vestri providentia constitutum . nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere presumpserit non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis sive civilem sive criminalem contineant questionem fratrum vestrorum testimoniis uti . ne pro defectu testium jus vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica inhibemus . ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad sinodos vel conventus forenses vos ire . vel judicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat . nec ad domos vestras causa ordines celebrandi . causas tractrandi . vel conventus aliquos publicos convocandi . venire presumat . nec regularem electionem abbatis vestri impediat aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus in cujus parrochia domus vestra fundata est cum humilitate ac devotione qua convenit requisitus substitutum abbatem benedicere et alia que ad officium episcopale pertinent vobis conferre renuerit . licitum sit eidem abbati si tamen sacerdos fuerit . proprios novitios benedicere et alia que ad officium suum pertinent exercere . et vobis omnia ab alio episcopo percipere que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exibentur . ea sint episcopi forma et expressione contenti . que ab origine ordinis noscitur instituta . ut scilicet abbates ipsi salvo ordine suo profiteri debeant . et contra statuta ordinis sui nullam professionem

facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarum vel ecclesiarum sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere . sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem . gratiam et communionem apostolice sedis habentem qui nostra fretus auctoritate . vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit interim omnia ecclesiastica sacramenta [a] vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis sic tamen ut ex hoc in posterum propriis episcopis nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum propriorum episcoporum copiam non habetis si quem episcopum Romane sedis ut diximus communionem habentem . et de quo plenam noticiam habeatis . per vos transire contigerit ab eo benedictiones vasorum et vestium . consecrationes altarium . ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere valeatis . Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis . excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverit . sive etiam in mercennarios vestros pro eo quod decimas non solvitis sive aliqua occasione eorum que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt . seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint . vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur eandem sententiam protulerint . ipsam tamquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus irritandam . nec littere ille firmitatem habeant quas tacito nomine Cisterciensis ordinis . et contra tenorem apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna imposterum sollicitudine providere volentes . auctoritate apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere . ignem apponere . sanguinem fundere . hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas . necnon et libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et

principibus . vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus . et presentis scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare . aut ejus possessiones auferre . vel ablatas retinere . minuere . seu quibuslibet vexationibus fatigare . sed omnia integra conservenfur . eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate. Si qui igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit . secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit . potestatis honorisque sui dignitate careat . reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat . et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat . atque in extremo examine districte ultioni subjacet. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi . quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

The sentences in the circular device at the foot are:—'Sanctus Petrus.' 'Sanctus Paulus.' 'Innocentius Papa III.' '+ Fac mecum . domine signum in bonum.' (Psal. lxxxv. 17.)

Ego Innocentius catholice ecclesie episcopus. S.[1]

'Bene valete' in a monogram.

† Ego Oct[avianus] Hostiensis et Velletrensis episcopus S.

† Ego Johannes Albanensis episcopus. S.

† Ego Jordanus Sancte Pudentiane titulo pastoris presbyter cardinalis. S.

† Ego Hugo presbyter cardinalis Sancti Martini titulo equitij. S.

† Ego Johannes titulo Sancte Prisce presbyter cardinalis. S.

† Ego Cencius . Sanctorum Johannis et Pauli presbyter cardinalis titulo Pamachii. S.

† Ego Gregorius titulo Sancti Vitalis presbyter cardinalis. S.

† Ego Benedictus titulo Sancte Susanne presbyter cardinalis. S.

† Ego Leo titulo Sancte Crucis in Jerusalem presbyter cardinalis. S.

† Ego Grat[ianus] Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis. S.

† Ego Ger[ardus] Sancti Adriani diaconus cardinalis. S.

† Ego Gregorius Sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis. S.

† Ego Hugo Sancti Eustachii diaconus cardinalis. S.

† Ego Johannes Sancte Marie in Cosmidin diaconus cardinalis. S.

Datum Anagnie per manum Johannis Sancte Romane ecclesie subdiaconi et notarii . xij. Kalend. Decembr. indictione . vij[a.] incarnationis Dominice anno m[o.] cc[o.] iij[o.] Pontificatus vero domni Innocentii Pape iij. anno sexto.

The leaden bulla of the Pope is appended by strands of green silk.

Endorsed at various times—'Anno 1203.' 'Innocentius.' 'Kenfigge et Avan fluvios.' 'Margam.' 'Margan.'

(Birch, *Margam Abbey*, pp. 171—174.)

(1) 'For Signavi.'

Several of the names of the places are erroneously spelled by the scribe.

## CCLXXXIII.

## GRANT BY KING JOHN OF THE WHOLE LAND OF GOWER, WITH ITS BOUNDARIES, TO WILLIAM DE BRAOSE.

[P.R.O., Q.R. Miscell. Books, Vol. I.]

4 John. 23 Feb., 1203.

Johannes Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie . Dux Normannie . Aquitannie et Comes Andegavie . archiepiscopis . episcopis . abbatibus . comitibus . baronibus . justiciariis . vicecomitibus . ballivis . et omnibus ministris et fidelibus suis salutem.

Sciatis nos dedisse concessisse et presenti carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro . Willelmo de Braosa totam terram de Guher cum omnibus

pertinenciis suis in WALLIA. Habendam et tenendam sibi et heredibus suis de nobis et heredibus nostris per servicium unius militis pro omne servicio. Quare volumus et firmiter precipimus . quod predictus WILLELMUS de BRAOSO et heredes sui post ipsum habeant et teneant totam predictam terram de GUHER cum omnibus pertinenciis suis in WALLIA de nobis et heredibus nostris per pre dictum servicium . sicut predictum est bene . et in pace . libere et quiete. Integre plenarie . et honorifice . cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis in omnibus locis et omnibus rebus ad predictam terram pertinentibus. Hiis testibus . BALDEWINO comite ALBEMARLIE . WILLELMO de HUMET . constabulario NORMANNIE . RADULPHO TACONE . tunc senescallo NORMANNIE . ROBERTO de HARECURT . HUGONE de GORNACO . JOHANNE de PRATELLIS . PETRO de STOKES.

Datum per manum HUGONIS de WELL' apud ROTHOMAGUM . XXIIJ. die Februarij . anno regni nostri . quarto.

LOGHERNE va desques a AMMAN e parte la terre de GOUHER e la terre de CARNEWALDHAU . AMMAN parte parentre GOUHER e ISKENNYN et le COMMOD P'UED desques a LLEUENEDH. E LLEUENETH desques a CLAUDHOWEYN. E CLAUDHOWEYN desques a TOURTHE. TOURTHE departe entre GOUHER et la terre de BRECKENEU desques a TAWY. TAWY departe entre GOUHER e la terre le counte de GLOUCESTRIE desques a ABER GLEYS . [De] GLEYS . desques a MEYNHIRYON . De MEYNHIRION . desques a CRIMELYN . De CRIMELYN . desques a PULCANAN . De PULCANAN desques a NETH . desques a la MEER . et cetera.

Marginal title—' La chartre de la terre de Gouher. E les bundes . de meime la terre.'

This is a very important document, and was frequently cited in law proceedings long afterwards.

# CCLXXXIV.

## AGREEMENT BETWEEN THE HOUSES OF CAERLEON AND MARGAM CONCERNING DIVISION OF LANDS BETWEEN THE RIVERS NEATH AND TAFF.

[HARL. CHARTER, 75 A. 32.] 1203.

In nomine Sancte et individue trinitatis controversia que inter domum de KAERLYUN et domum de MARGAN mota fuit super HENEYSNAWEHT et pasturis inter NEHT et TAPH hoc modo sopita est . et per assensum utriusque conventus finali concordia terminata. Scilicet quod sicut ROTHENI MAUR a primo capite suo cadit in fluvium TAPH . et ab illo capite in directum usque ad FENNAUN ARTHUR . et a FENNAUN ARTHUR usque ad MAGNAM POLAM . et ab illa pola sicut aqua de WRELEC cadit in fluvium de NEHT. Quicquid est infra hos terminos versus mare inter fluvium de THAPH et fluvium de NEHT totum remanebit domui de MARGAN tam illud quod adquisierunt quam quod sibi adquirere poterunt. Ita quod infra hos terminos nichil remanebit domui de KAERLIUN . neque de hoc quod ante hanc conventionem adquisierunt . neque de hoc quod postea adquirere poterunt. Ex alia vero parte quicquid est inter fluvium de THAPH et fluvium de ROTHENI 'MAUR' totum remanebit domui de KAERLIUN . tam illud quod adquisierunt quam quod sibi adquirere poterunt . ita quod illi de MARGAN ibidem nichil sibi retinebunt de eo quod adquisierunt vel adquirere poterunt . excepta communa de HYRWENUNWORGAN . á rivulo WRELEC usque ad ABERDAR . et nominatim quitum clamaverunt illi de MARGAN domui de KAERLIUN totum clamium suum quod habuerunt de HENESNAWYT et infra predictos terminos sine omni retenemento in perpetuum excepta predicta communa de HIRWENUNWORGAN. Et pro hac quita clamatione dedit domus de KAERLIUN domui de MARGAN in capitulo suo . VJ. libras argenti. Anno ab incarnatione Domini M°. CC°. IIJ°.

1. Seal wanting.

2. Seal, dark brown wax, fragmentary, 1⅛in. diam. A right hand and vested arm, tasselled and cuffed, issuing from the right side, and holding a pastoral staff in pale. In the field three stars.

'. . . . . . L' ABB'IS DE CARLIO . . . . . .'

The word CYROGRAPHUM cut through at the top.

Endorsed—'Compositio inter domum de Margan et domum de Kaerliun.'

## CCLXXXV.

## ROYAL ORDER TO THE SHERIFF OF GLOUCESTER TO PAY TEN MARKS TO W. DE BRAOSE FOR THE USE OF LEISAN, SON OF MORGAN, WHO IS BRINGING TWO HUNDRED WELSHMEN TO JOIN THE KING'S FORCES.

[ROTUL. DE LIBERATE, p. 88.] 1204.

Rex etc . . . . vicecomiti GLOUCESTRIE etc . . . . Liberate dilecto et fideli nostro W. de BREOSA X. marcas ad opus LEISANI WALENSIS filii MORGANI qui veniet in servicium nostrum cum CC. WALENSIBUS, et computate etc. Teste G. filio PETRI, apud WINDESORES, XXVIII. die Marcii. Per eundem. [Petrum de Rupibus.]

## CCLXXXVI.

## THE ABBOT OF MARGAM PAYS A FINE OF TWENTY MARKS AND A PALFREY FOR A ROYAL CHARTER.

[ROTUL. DE FIN., p. 269. 6 JOHN.] 1205.

Abbas et monachi de MORGAN dant XX. marcas et II. palefredos pro habenda carta domini Regis de protectione et quod quieti sint de theloneo et omni alia consue[tudine] per omnes terras domini Regis de blado et de omnibus aliis rebus que ad opus suum proprium emerint vel de suo proprio vendiderint et pro confirmanda carta sua de possessionibus suis. Abbas de FORD est plegium. [Quia pacaverunt in camera apud STOK'].

## CCLXXXVII.

## KING JOHN'S CHARTER TO MARGAM ABBEY.

[Rotul. Chart., p. 149.] 1205.

Johannes Dei gratia etc. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, Deo et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Morgan et monachis ibidem Deo servientibus omnes subscriptas donationes eis rationabiliter factas, scilicet ex dono R. comitis Glocestriæ et Willelmi filii ejus terras inter Avene et Kenefeg' cum pertinentiis, et unum burgagium in Kenefeg, et unum burgagium in Kaerdif, et unum burgagium in Novo Burgo, et unum burgagium in Bristoll', ex dono eorundem. Ex dono Hugonis de Hereford c. acras. Ex dono Retherech et heredum ejus c. acras. Ex dono Gilberti gramus et heredum ejus l. acras. Ex dono Willelmi Gille et heredum ejus xl. acras. Ex dono Warini filii Kadigan xx. acras. Ex dono burgensium et liberorum hominum de Kenefeg quicquid habent in villa de Kenfeg vel extra. Ex dono Morgani filii Oeni Havedhaloch quicquid continetur inter Kenefeg et Baytham. Ex dono Willelmi Scurlagge et heredum ejus feodum de Langwy. Ex dono Nicolai Puinz et concessione David Scurlagge totum feodum illud de Langwy. Ex dono Thome Lagthles c. acras. Ex dono Morgani filii Cradoci et hominum ejus quicquid habent in territorio Novi Castelli. Ex dono Henrici de Humfravilla apud Landinatum c. et lx. acras. Et dono Johannis de Bonevilla c. acras Ex dono Templariorum xl. acras. Ex dono Morgani filii Cradocy Puntlimor. Ex dono Hugonis Langkarvan et heredum ejus xxxiii. acras. Ex dono Urbani sacerdotis de Pondewelin xii. acras. Ex dono burgensium sive liberorum hominum de Kaerdif quicquid habent in villa de Kaerdif vel extra. Ex dono Morgani filii Cradoc' quicquid habent in marisco de Aven et Rossaveru et communem pasturam in montanis inter Taf et Neth. Ex dono Gis[telard et heredum] ejus terram quam idem Gistelard tenuit de Kenefeg.

Habenda et tenenda in perpetuum sicut carte donatorum quas inde habent rationabiliter testantur.

Concessimus etiam et confirmamus eis omnes alias donationes, vendiciones, et invadiationes, eis rationabiliter factas vel faciendas, sicut cartæ donatorum, venditorum, et invadiatorum quas inde habent vel habituri sunt, testantur vel testabuntur. Quare volumus, etc. Testibus . domino H. CANT. archiep. Domino E. ELYENSI episcopo . G. filio PETRI . SAHERO de QUENCY . SIMONE de PATESHILL . PETRO de STOK' . REGINALDO de CORNHILL . FULCONE de KANTILUPO. Datum per manum J. de WELL', apud WESTMONASTERIUM, XV. die Maii, anno regni etc. VI.

A former confirmation [CCIII.] was granted by John as Earl of Moreton. The present (as King) descends far more into particulars. It is remarkable how few of the donors are known as county landowners. The exceptions are the Earls of Gloucester, Morgan of Avan, Humfraville, Bonville, and Scurlagge. Most of the rest are either unknown, or known only by these donations, such as Sturmy, Burdin

It appears by an inquisition dated 15th June, 1400, that Richard Scurlag the younger died on 25th July, 1390, seized of a mill, lands, and tenements in Lanrythian in Gower, and that Richard Mansell, his next heir, was a minor in the hands of the King, represented by William Stradling, Seneschal of Gower. The Wardship fell first to Thomas Beauchamp, Earl of Warwick, and on his death to Thomas de Mowbray, and then to Thomas, his son, Duke of Norfolk, who being under age, the King stepped in and acted by the Seneschal. Mansel was grandson of a Richard Mansell, who married Lucy Scurlag, eventual heiress. Lucy Scorlag, or Scurlag, thus carried her lands to the Mansels, who still, as Mansel-Talbots, retain them Scurlag Castle is close west of Penrice Church. No masonry is in *situ*, but there is a moderate-sized moated mound. It is a Manor, and there is another Manor of the same name a little south of Llantrisant, probably founded by the same family before they passed into Gower. A branch migrated into Ireland, and became Scurlock.

## CCLXXXVIII.

## KING JOHN'S CHARTER OF PROTECTION TO MARGAM ABBEY.

[ROTUL. CHART., p. 149.] 1204.

Rex omnibus etc. Sciatis quod abbas, et monachi, et conversi, et domus de MORGAN, et grangiæ ejusdem domus sunt in custodia et protectione nostra et ideo vobis mandamus etc. quod eos et omnia sua custodiatis, manuteneatis, et defendatis sicut dominica nostra, et non faciatis aut fieri permittatis eis aliquam

injuriam, gravamen, vel molestiam, et si eis in aliquo forisfactum fuerit id eis sine dilatione faciatis emendari. Et concessimus eis quod sint quieti de theloneo et omni alia consuetudine per omnes terras nostras, de blado et de omnibus aliis rebus, quæ ad opus suum proprium emerint vel de suo proprio vendiderint, et prohibemus ne quis eos super hoc impediat super forisfacturam x. librarum ad opus nostrum et xxs. ad opus vicecomitis nostri, et prohibemus ne ponantur in placito de aliquo tenemento suo nisi coram nobis vel coram capitali justiciario nostro. Testibus G. filio PETRI comite ESSEX . SAHERO de QUENCY . PETRO de STOK' . FULCONE de CANTILUP. Apud WINDES. xx. [ ? die Maii].

The Mise and Prestite Rolls state that King John was in Cardiff in 1210, on the Tuesday before Ascension Day [25th May], and at Margam on the Thursday following, when he went to Swansea, was there Saturday, and on Monday was at Haverford on his way to Ireland. The record that fixes his presence at Margam is as follows :—

'Die Veneris in erastino Ascensionis Domini apud Margan. Johanni filio Cardonis de Fresenevilla de prestito super terram patris sui x. marcas pro Rege liberatas eidem Johanni.' [Rot. de Prest. Memb. 8, 12 Joh.]

In the same year another entry shews the King to have visited Margam on his return to England. On Tuesday, the Feast of St. Bartholomew, he was at Dublin ; on the following Thursday at Fishguard : next day at Haverford ; on the Saturday at Margam, and on Monday at Newport, on his way to Bristol. The Margam entry is very brief.

'Die Sabbati proxima [29th August] apud Margan Ricardo de Samford militi ij marcas liberatas Stefano de Bayusa.' [Ibid. Memb. 3, 12 Joh.]

It is recorded that John was so satisfied with his reception, that he excepted Margam from his extortions on the Cistercian Monasteries ; the only other exception being Beaulie, his own foundation. If the royal visits were on the scale of that paid by John to Bury Abbey, Margam must have been a flourishing corporation to bear the expenses.

## CCLXXXIX.

## KING JOHN'S CHARTER OF A FAIR IN THE CITY TO THE BISHOPS OF LLANDAFF.

[ROTUL. CHART., p. 159.] 1205.

JOHANNES D. g. Rex etc. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse domino HENRICO episcopo LANDAVENSI et successoribus suis, quod habeant I. feriam apud LANDAVIAM singulis annis per IIII. dies duraturam, scilicet, in crastino Pentecosti et tribus diebus sequentibus, et quod habeant ibidem I.

mercatum qualibet septimana per diem Dominicam, ita tamen quod predicta feria et predictum mercatum non sint ad nocumentum vicinarum feriarum et vicinorum mercatorum. Quare etc. quod predictus episcopus et successores sui habeant et teneant predictam feriam et predictum mercatum in predicto loco bene, et in pace, et integre, in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi feriam et mercatum pertinentibus sicut predictum est. Testibus . W. Comite marescallo . Comite ALBRIC' Comite DAVID . P. de STOK' . ROB. de ROPPELL' . G. de LUCY . FULCONEL de CANTILUPO. Datum per manum H. de WELLES archidiaconi WELLENSIS, apud BRISTOLL' IX. die Septembris, anno etc. VII. [Ista carta facta fuit et concessa dum sigillum fuit in manu domini Regis.]

## CCXC.

## NOTICE OF THE GRANT BY KING JOHN TO HENRY OF ABERGAVENNY, BISHOP OF LLANDAFF, OF AN ANNUAL FAIR ON WHIT-MONDAY AND THREE FOLLOWING DAYS, AND A MARKET EVERY SUNDAY AT LLANDAFF.

[EX ARCHIVIS IN TURR. LOND. CART. 7 JOHN, m. 5.]

[B. WILLIS, SURVEY OF LLANDAFF, p. 112.]

9 SEPT., 1205.

Rex concessit H. episcopo LANDAVENSI quod ipse et successores sui haberent unam feriam singulis annis per quatuor dies in crastino Pentecostes, et tribus diebus sequentibus, et mercatum qualibet septimana per diem Dominicam apud LANDAVIAM.[1]

Datum apud BRISTOLLIAM IX. Septembris.

Title—'Episcopo Landavensi Landaviæ Feria concessa.'

Cf. No CCLXXXIX.

Which fair, having become a very serious nuisance, was abolished towards the middle of the nineteenth century

(1) 'Landaven.' in error, in the Survey

## CCXCI.

## SUIT BETWEEN HENRY DE ST. QUINTIN AND STEPHEN DE ST. HILLARY.

[Rotul. de Fin., 323. 7 John.] 1205.

Glanmorgan. Herbertus de Sancto Quintino dat quinque marcas pro convincendo xii. juratores per xxiv. qui fuerunt recognitores in assaisa nove dissaisine arrainiata inter ipsum Herbertum et Stephanum de Sancto Hillario de libero tenemento ipsius Herberti in Lamblethyam.

Herebert de St. Quintin tests a Charter by R. de Haia in the time of Fitzhamon [N. Mon., iv., 633]. Richard de St. Quintin, in the time of William, Earl of Gloucester, gave the Church of Frome St. Quintin to Tewkesbury; and Richard de Granville gave to Neath the mill of Pandelia, which he held of Richard de St. Quintin [N. Mon., v., 58]. They were a wealthy and numerous race, holding lands in Wilts, Dorset, Essex, and Yorkshire, in which last County the name is still found. In Glamorgan they built the Castle of Llanblethian, of which a good Edwardian gate-house remains.

1205. Herbert gave 30li for his holding of ten fees of the Honour of Gloucester in Wilts [R. de Oblatis, 3 John]. 5 John, he is rated upon one fee in the same Honour. Also another Herbert held lands, 43 Edward III., under Hugh de Audley and Margaret, his wife [A.R.O. 11].

In 1201 he holds the ten fees in Wilts, and in 1205 Herbert de St. Quintin and Agnes, his wife, held lands in Yorkshire, and probably this is the Herbert referred to in the Charter. Herbert de St. Quintin was summoned to Parliament in 1294, and in consequence the Earl of Pembroke, who married his heir general, assumed the creation of a Barony in fee; but the connexion with the Glamorgan family, though highly probable, has not been proved.

## CCXCII.

## GRANT BY MORGAN, SON OF OWEN, TO MARGAM ABBEY OF THE LAND OF HAVEDHALOK, BETWEEN THE WATERS OF KENEFIG AND BAITHAN.

[Margam Charter.] Ante 1205.

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego Morganus filius Oweny consilio et consensu parentum et heredum meorum dedi et concessi et hac carta mea confirmavi D. e. B. M. de Margan et m. i. D. s. in perpetuam elemosinam totam terram meam de

Havedhalok que jacet inter duas aquas scilicet Kenef' et Baithan . et vadit in montana usque ad crucem que sita est . juxta magnam viam . per easdem divisas per quas unquam eam melius et liberius tenuit Owenus pater meus. Habendum et tenendum de me et heredibus meis imperpetuum. Reddendo inde michi et heredibus meis annuatim viginti solidos . octavo scilicet die ante natali Domini pro omni servicio . consuetudine . et seculari exactione. Hanc autem terram dedi eis cum bosco et plano . cum moris et mariscis . cum pratis et pasturis . in longum et latum cum omnibus aisiamentis et libertatibus suis . ut habeant et teneant eam de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius vel quietius potest teneri imperpetuum. Salvo michi et heredibus meis annuo redditu viginti solidorum sicut predictum est. Et ego et heredes mei hanc terram prefatis monachis warantizabimus et adquietabimus contra omnes homines tam propinquos quam extraneos imperpetuum. Et si aliquod servicium de prefata terra aliquando requisitum fuerit ego et heredes mei illud omnino faciemus et adquietabimus. Et sciendum quod ego Morganus affidavi et super sacrosancta ecclesie de Margan . juravi quod hec omnia predicta fideliter et sine dolo servabo et tenebo predictis monachis imperpetuum. Et ad majorem securitatem salvo tenore carte mee eis nos plegios inveni . scilicet Hoel filium Traharn . et Griffinum filium Meuric . et Willelmum et Hoelum fratres ejus . et Ricardum filium Mored' et Morganum Kam . et Alaith filium Ythenardi . et Resum Choch. Hiis testibus . domino Gervasio . Menevensi episcopo . in cujus presencia hec facta fuerunt . et qui in hujus rei testimonium huic scripto sigillum suum apposuit. Martino Menevensi archidiacono . Magistro Mathia de Brechen' . Magistro H. de Clune . Magistro Willelmo de Capella . Henrico de Umframvilla . Reimundo de Sulie . Willelmo de Sumery . Willelmo de Reigny . Willelmo de Cantelo . Petro Buteller . Waltero Luvell . Magistro Radulfo Mailoc . Thoma clerico . Roberto Samson . Griffino ab Kanaith' . et multis aliis.

Two seals in green wax.

1. Pointed oval, 2$\frac{3}{4}$in. by 1$\frac{3}{4}$in. A Bishop, standing on a pedestal, left hand grasping a plain staff, right hand and side gone.

Legend—'. . . . SIGILLUM . GERVASII . M . . . . .'

Reverse—a smaller pointed oval counterseal, 2in. by 1$\frac{1}{4}$in. A Bishop.

'. . . . . . . NSIS . EPISCOPUS.'

2. A fragment, 1$\frac{1}{4}$in. by $\frac{3}{4}$in. Device, a lily.

Legend—' + s' . . . . . . AB . OEIN.'

Endorsed—' Carta Morgani filii Oweni de Hefedhaloch.'

This grant is included in King John's confirmation of 1205.

## CCXCIII.

## GRANT BY MORGAN SON OF CARADOC TO MARGAM ABBEY, OF LAND AT CLAKESTON NEAR LLANGEWI, AND AT LAGELESTON OR LALESTON.

[Margam Charter.] 1205.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. Morganus filius Caradoci salutem.

Sciatis me c. et d. e. h. c. c. Deo et beate Marie et ecclesie de Margan et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio consuetudine et exactione quinquaginta acras terre arabilis juxta Clakeston proximiores terre de Langewi. Concessi etiam eis donationem quam fecit Robertus filius Wian per easdem divisas sicut carta ipsius quam monachis inde habent testatur. Preterea concessi et dedi eis quater viginti acras in elemosina habendas et tenendas de me et heredibus meis imperpetuum inter Clakeston et Lageleston . reddendo annuatim pro omni servicio et consuetudine et exactione quadraginta denarios ad festum Sancti Michaelis. Ex quibus pre manibus accepi redditus quinque annorum anno ab incarnatione Domini M$^{o}$. cc$^{o}$. v$^{o}$. Et ego et heredes warantizabimus eis imperpetuum sicut elemosinam nostram. Hiis testibus . Wilfridus sacerdos . Lucas clericus . Robertus Segin . Robertus

Samson . Alaithur . Resus Coh . Rogerus Wian . Rogerus Aithan . David Puinel . Wrunu filius Cadugan . Meuric filius Luarh . Youaf frater ejus . Rogerus Cam . Anaraud filius Cnaithur . Ysaac Rohhan . Seisil filius Luarch . Traharn filius Seisil . et multi alii.

Seal, in red wax, of Morgan ap Caradoc. Fine impression. Equestrian type.

'+ sigillum margani filii caradoci.'

Endorsed—'Donatio Morgani de terra quam nobis dedit apud Novum Castellum.'

## CCXCIV.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, TO MARGAM ABBEY, OF LAND IN THE MARSH OF AVENE.

[Harl. Charter, 75 B. 30.] 1205.

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Morganus filius Cradoci salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam pratum quod fuit Coh in marisco de Avene juxta Bergas . habendum et tenendum de me et heredibus meis libere et quiete reddendo annuatim pro omni servitio ad festum Sancti Michaelis . xv. denarios. Et ego pre manibus accepi redditum trium annorum anno ab incarnatione Domini . m°. ducentesimo . v$^{to}$. Et sciendum quod Philippus Moel quitum clamavit predictum pratum coram Morgano domino suo et juramentum prestitit et plegios dedit quod nunquam illud calumniabit nec ipse nec heredes ejus. Hiis testibus . David Puignel . Hereberto filio Palmari . Ithenard filio Ithel . Philippo . Ricardo Waleis.

A bright red seal, 2¼in. by 2in. Device, an equestrian figure riding towards the proper left.

Legend—'+ sigillum margani filii ca . . . . ci.'

Endorsed—'Donatio Morg' de prato Cohd,' and later, 'In marisco de Avan.'

## CCXCV.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CARADOC, TO MARGAM, OF LAND AT NEWCASTLE, Etc.

[Margam Charter.] 1205.

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis p. e. f. Morganus filius Caradoci salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. e. e. B. M. de Margan et m. i. D. s. in feudo-firmam totam terram et pratum infra hos terminos . scilicet a terra quam monachi habent de Pagano de Turberewile sicut rivulus qui dicitur Witherel vadit ad magnam viam que dicitur Grenewei. Et sicut eadem via vadit ad terram Scurlage que dicitur Crokerehille. Preterea partem more a rivulo qui descendit de Treikic ultimus versus occidentem usque ad terminos terre Scurlage. Et inde usque ad rivulum qui descendit de Treikic versus orientem. Et inde usque ad magnum lapidem ex hest (for *est*) parte rivuli. Et inde usque ad dumetum Altherelin. Et a rivulo ex hest (for *est*) parte de Redeforde usque ad Torres. Et ex north de la more usque ad terram arabilem subtus Treikic. Hec omnia ego Morganus concedentibus filiis meis Leisan et Owein et omnibus aliis concessi predictis monachis habenda et tenenda in perpetuum de me et heredibus meis reddendo annuatim pro omni servicio consuetudine et exactione decem solidos tantum . ad festum Sancti Michaelis. Ex quibus pre manibus accepi redditus quinque annorum anno ab incarnatione Domini m$^{o}$. cc$^{o}$. v$^{o}$.

Concessi etiam eis aisiamenta terre mee apud Novum Castellum in bosco et in plano in moris in pasturis in aquas in semitis in viis. Et preterea terram que fuit Walteri Lageles tenendam de me et heredibus meis per eandem firmam quam reddere solebant Willelmo comiti . scilicet octo solidos et iiij$^{or}$. denarios ad iiij$^{or}$. terminos anni. Et sciendum quod ego et filii mei juravimus nos hec omnia fideliter et absque dolo servaturos in perpetuum. Hec omnia ego et

heredes mei dedimus predicte domui in elemosinam perpetuam liberam et quietam ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione preter nominatam firmam. Hiis testibus . Wilfridus sacerdos . Lucas clericus . Robertus Segin . Robertus Samson . Alaithur . Resus Coh . Rogerus Wian . Rogerus Aithan . David Puignel . Wrunu filius Cadogan . Meuric filius Luarch . Youuaf frater ejus. Rogerus Cam . Anaraud filius Cnaithur . Ysaac filius Rohhan . Seisil filius Loharch . Traharn filius Seisil . Walterus prepositus . Ricardus Faber . Walterus de Marcros . Cradoc frater Resi Coh . Madoc filius Wrunu . Meuric filius Cadugan . et multi alii.

Seal of Morgan ap Caradoc in red wax, chipped.

Endorsed—'Donatio Morgani in feudo Novi Castelli.'

## CCXCVI.

## GRANT BY GRIFFIN AND OTHER SONS OF KNAITUR TO MARGAM ABBEY OF KNAITUR'S LAND AT KILLECULM.

[Harl. Charter, 75 B. 33.] Circa 1205.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Griffinus filius Knaituri et fratres ejus scilicet Madocus . Kadaith . Anauroth . Ener salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totam terram de Killeculm quam pater noster Knaiturus et avunculi nostri dederunt predictis monachis cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et sciendum quod servitium quod antecessores nostri solebant facere ad coquinam comitis de predicta terra . nos et heredes nostri amodo faciemus de hereditate nostra de Traikie . ita ut predicta terra libera penitus et quieta

prefatis monachis remaneat in eternum. Notandum etiam quod super sanctuaria ecclesie prescripte juravimus ad warantizandum hanc cartam predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus . Waltero de Sulia tunc vicecomite de Glammorgan . Ernaldo constabulario de Kenefeg . Stephano clerico . Ricardo de Dunestore . Osmero Cucian . David filio Hely . Alaithu filio Ythenard . Reso Coh . Eniau et Tuder Cam filiis Riered . Retherec et Ythel filius Riul.

Seal, brown wax, 1½in. diam., a rosette.

'+ sigill' grifini.'

Endorsed in late writing—'By frodelle,' and 'Kyllekulm.'

An excellent example of fine handwriting.

Killeculm is identified by Birch, *Hist. of Margam Abbey*, as Gallt-y-Cwm in Dyffryn Ffrwdwyllt, and this is corroborated by the endorsement 'by frodelle,' on this deed.

## CCXCVII.

### MORGAN AB KADWATHL', OR KADFY, TAKES THE GRANGE OF EGLISKEINWER, AND THE STOCK OF THE ABBEY OF MARGAM, UNDER HIS PROTECTION AGAINST THE MEN OF BRECKNOCK AND SENGHENYDD AND THE SONS OF SEISIL AB LOWAR.

[Harl. Charter, 75 C. 19.] Circa 1205.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Morganus ab Kadwathl' recepi in custodiam meam grangiam de Egliskeinwer et omnia averia monachorum de Margan . que sunt in terra mea vel prope terram meam ad warantizandum contra omnes homines meos et omnes alios qui voluerunt mecum esse vel circa me frequentare . et maxime contra homines de Brechineoch . et de Seingehény . et contra filios Seisil ab Lowar'. Et si aliquis predictorum ceperit averia eorum . ego ponam fidele posse meum ad ea liberanda. Quod si non fecero . ego pepigi cum eis quod reddam eis damnum suum de meo proprio.

Preterea sciendum quod non permittam aliquem hominum meorum vel aliquem alium qui mecum esse voluerit vel circa me frequentare . terram ab eis calumniare . nisi in curia illa ubi debent rectum facere et accipere. Et ego MORGANUS juravi super sanctuaria ecclesie de MARGAN . quod hec omnia predicta servabo et tenebo prefatis monachis fideliter et sine malo ingenio. Hiis testibus . WILLELMO de LICHESFELD . RADULFO portario de MARGAN . fratre JUSTINO . WALTERO LUUEL . STEPHANO clerico . ALAITH' . RESO COCH . GRIFFINO ab KANAITH' . ENEROUD fratre ejus . ROGERO KAM . et multis aliis.

Round seal, red wax, $1\frac{1}{4}$in. diam. A lion passant contourné.

'+ SIGILL' . MORGANI . FILII . KADFY.'

Endorsed—'Protectio Morgani ab Cadwal.'

## CCXCVIII.

## GRANT BY JORVERTH, SON OF TUDYR CHAM, TO MARGAM ABBEY OF LAND IN NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1205.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. salutem JORVERTH filius TUDYR CHAM . salutem.

Sciatis me consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessisse . et dedisse . Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . totam terram que fuit KETHERECH DU . in territorio NOVI CASTELLI . quam habuit pater meus TUDYR CHAM . ex dono MORGANI filii KARADOCI domini sui . tenendam de me et heredibus meis . liberam et quietam ab omni servitio consuetudine et exactione seculari . in perpetuum. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes homines warentizabimus. Set et sciendum quod quando feci predictis monachis hanc donationem dederunt michi in magna necessitate mea xx. solidos argenti. Unde ad hanc donationem meam firmiter illam

tenendam et conservandam . ego et fratres mei juravimus super sanctuaria ecclesie de MARGAN. Insuper et inveni hos plegios . scilicet GRIFFINUM . et RIRID fratres meos . ALAYTHUR avunculum meum . RESUM CHOCH . ENEAUN filium RIRID . et ITEL ab RIUL . et fratres ejus. Hiis testibus . ALAYTHUR . RESO COCH . GRIFFINO filio KANAYTHUR . GALFRIDO filio KANAYTHUR et filiis BLETHEN et multis aliis.

Seal in dark green wax. A star of six rays.

Legend—'+ SIGILL . . . . ERTH FILII TUDUR.'

Endorsed—'Carta Jorvard filii Tudur Cham.'

## CCXCIX.

## GRANT BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM ABBEY, OF THE LAND OF PULTHIMOR.

[HARL. CHARTER. 75 C. 35.] CIRCA 1205.

Sciant presentes et futuri quod ego LEISANUS filius MORGANI . concessi . et hac presenti carta confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. terram de PULTHIMOR cum pertinentiis suis . reddendo mihi et heredibus meis annuatim . dimidiam marcam argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servitio . sicut carta predicti MORGANI patris mei testatur . et similiter sicut carta mea quam inde habent cum parvo sigillo meo testatur quod primo habui. Nam ante hoc sigillum quo presens carta sigillatur habueram duo sigilla quibus predicti monachi habent diversas cartas sigillatas . quas eis confirmo. Et sciendum quod ego affidavi et juravi super sanctuaria ecclesie de MARGAN . quod hec omnia servabo eis fideliter et sine malo ingenio. Hiis testibus . MAURICIO capellano de Sancto CADDOCO . ROGERO ab YUOR . et ENEA . et MADDOCO filiis ejus . ERNALDO tunc constabulario de NETH . HENRICO capellano de PONTE . ALUREDO de DUNMOC . et PHILIPPO de BERKELAY . servientibus REGINALDI de BRAUSE . STEPHANO clerico de KENEF[EG] . ALAITHUR filio YTHENARDI . RICARDO de

SELEBI tunc suppriore de MARGAN . WILLELMO de LICHEFELD . WALTERO de KARD[IF] . HELYA de BRISTOLLIA . monachis . JUSTINO et ESPUS . conversis de MARGAN et multis aliis.

Fine round seal, green wax, $2\frac{1}{8}$in. diam. A knight riding to the right, hauberk of mail, coif, cap with nasal, sword, shield, etc.

'+ SIGILLWM . LEISAUN . FILII . MORGAN.'

Endorsed—' Ultima confirmatio Leisan de Pultimor.'

CCC.

## CONFIRMATION BY A[RNALDUS] ABBOT, AND THE ASSEMBLED ABBOTS OF THE CHAPTER GENERAL OF CITEAUX, OF THE AGREEMENT BETWEEN TEWKESBURY AND MARGAM CONCERNING THE TITHES OF KENFIG.

[MARGAM CHARTER.] 1206.

Frater A. dictus abbas CISTERCII totusque conventus abbatum capituli generalis . omnibus hec visuris in posterum salutem et omne bonum.

Sciatis nos concessisse et confirmasse compositionem factam inter domum de MARGAN et domum de THEOKESBERI super decimis et aliis pertinentibus ad ecclesiam de KENEFEC sicut scriptum autenticum assensu utriusque capituli compositum attestatur.

Datum anno Dominico incarnationis millesimo ducentesimo sexto.

Seal gone.

Endorsed —' Confirmatio capituli generalis Cisterciensis de ecclesia de Kenefeg.'

Arnaldus I., 17th Abbot of Citeaux, A.D. 1206—1212.

## CCCI.

## SUIT OF GILBERT DE TURBERVILLA, FOR HIS FATHER'S LAND.

[ROTUL. DE FIN., 373.] 1207.

GLANMORGAN. GILLEBERTUS de TURBERVILLA dat quinquaginta marcas et unum equum pro habenda tota terra unde PAGANUS pater suus fuit saisitus in dominico suo ut de feodo die qua obiit. Et mandatum est FALKESIO servienti domini Regis quod, accepto ab eo securitate de illis L. marcis et equo, tunc ei de predicta terra cum pertinenciis in balliva sua saisinam habere faciat.

This is a writ to give livery of seisin to Gilbert, son of Pagan de Turbervill, of his father's lands, for which he is to pay 50 marcs and a horse, giving security for the payment. When the fine was paid does not appear, but he obtained a quittance for the horse in December in the same year [CCC.]. The Turbervilles of Coyty were members of a Norman family, holding lands in Devon, Dorset, and at Abergavenny, where they established branches at an early period. The founder of the Glamorgan branch was Sir Pagan de Turberville, known by the Welsh as Sir Pagan Cythrawl, or the Devil, first mentioned in 1126, and said to have died about 1207. He seems to have acquired Coitif, or Coyty, and Oldcastle before 1199, and Gilbert, probably his son, held the Honour of Coyty, as it was then called, 'per serjantiam venatus,' in 1264, also of the new feofment a tenth part of a fee in New Castle. At Coyty the family built a strong Castle, subsequently added to. Seventh in descent from Pagan was Richard, whose sister and co-heir broke up the property, Coyty going to the eldest, who married Berkerolles, whose heiress married Gamage of Rogiad, whose heiress, Barbara, married Sydney, by which family the property was broken up and sold. The Coyty Turbervilles gave off branches at Tythegston, Penllyne, Llanblethian, Llantwit Major, Sutton, Ewenny, Heol Las, Wattrail, Llandevodog, and Picketston, all now, in the male line, extinct. The Castle seems to have been built in a Welsh earthwork. The Turbervilles strengthened their position by intermarrying with the Welsh, with whom they often sided in their local rebellions. Of the Castle, no doubt built by them, at Newcastle, a Late Norman entrance remains. The original estates were very considerable, and included Coychurch, Llanhary, Newcastle, Newland, and Llampha.

A Close Roll, 1 Edward III., 24th February, 1327, states that it is found by inquisition that William de Turberville holds tenements in Llanhary by feofment from Gilbert de Turberville by the service of half a fee, and also in Newland.

## CCCII.

## GLAMORGAN AND WENTLOOG COMMITTED BY THE KING TO FAULKES [DE BREAUTE.]

[Rotul. Patent. I. 68.] Feb. 1207.

Glanmorgan et Wentloch cum pertinentiis suis commissa sunt Faukesio servienti domini regis custodienda quamdiu domino regi placuerit, et id mandatum est omnibus militibus et libere tenentibus de Honore illo etc . . . Et Willelmo de Braosa quod ea habere faciat custodienda quamdiu domino regi placuerit et habet II. brevia patentia.

## CCCIII.

## SUIT OF WALTER DE SULLY CONCERNING THE KING'S MILL AT LECKWITH.

[Rotul. de Fin. p. 391.] 1207.

Glanmorgan. Walterus de Sully dat xx. marcas ut dominus rex eum quietum clamet [de] deterioramento et ruina molendini domini regis de Lequid et de jactura redditus domini regis et molture sue dum molendinum illud fuit in custodia ipsius Walteri, et quod non distringatur ad capiendum de cetero molendinum illud ad firmam, ita scilicet quod idem Walterus reperiet predictum molendinum de eo quod deterioratum fuit. Et inde habet litteras domini regis patentes quod dominus Rex de predictis eum quietum clamavit sicut predictum est.

## CCCIV.

## WRIT TO THE BAILIFF OF GLAMORGAN TO PUT WALTER LUVEL INTO POSSESSION OF LAND AT KENFIG.

[Rotul. Claus. I. 81.] 15 April, 1207.

Rex ballivo Glavmorgan etc. Precipimus tibi quod habere facias Waltero Luvel decem solidatas terræ cum pertinentiis in Kenefeg, quas ei dedimus dum essemus comes Moretonie, que est in manu nostra. Teste G. filio Petri apud Lameh[ithe]. xv. die Aprilis.

John, while Earl of Moreton, had become possessed of 10 solidatos of land in Kenfig, which he granted and now confirms to Walter Luvel, who appears elsewhere as Lupel. See No DXX.

## CCCV.

## KING JOHN'S CONFIRMATION TO MARGAM ABBEY OF LAND AT KENFIG.

[Rotul. Chart., p. 167.] 22 July. 9 John. 1207.

Johannes Dei gratia etc. Sciatis nos intuitu Dei, et pro salute anime nostre, et animarum antecessorum et heredum nostrorum, dedisse, concessisse, et hac carta nostra confirmasse, Deo et ecclesie beate Marie de Margan, et monachis ibidem Deo servientibus, easdem terras Walensium in territorio de Kaenefeg, pro quibus ipsi monachi solebant nobis reddere per annum xxx. solidos per manus ballivorum nostrorum de Glanmorgan, habendas sibi et tenendas de nobis et heredibus nostris in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, quietas ab omni servitio et exactione seculari. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti monachi habeant et teneant predictas terras, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie, et honorifice, in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut predictum est. Testibus Will. Briwer. Euth'. de Vescy . Rob. de Turneham . Gaufr. de Nevill . Will. de Cantilup . Gaufr. de Lucy . Petro

de Maulay. Datum per manum H. de Well'. archidiaconi Wellensis, apud Broc' xxii. die Julii, anno regni nostri ix.

The great seal of John, imperfect, of pale green wax, held by a plaited cord of taffeta, diapered yellow and green, unplaited below the seal. See CCCXIV. [Birch, *Catal. of Seals.*]

Endorsed—'Confirmatio Domini Johannis Regis de Havedhaloc, et de terra Poitevin.'

This Seal appears on a Copy of this Charter at Margam Abbey but not on the original.

## CCCVI.

## KING JOHN'S CONFIRMATION CHARTER TO MARGAM ABBEY.

[Rotul. Chart., p. 167.] 22 July 9 John. 1207.

Johannes D. g. etc. Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, abbati et monachis de Morgan, ex dono et concessione Gaufr. Sturmy, totam terram illam que est inter terram Huberti filii Godwinet et rivum Knihwini, sicut rivus ille per montem descendit in moras usque ad inferiorem aquam, et ab aqua inferiori usque ad viam que vadit per montana et dividit terram comitis et suam, tam in pratis quam in terra arabili et terra morosa; ex dono et concessione Rogeri Sturmi filii ejus, totam reliquam partem terre quam tenuit pater ejus de feodo comitis Gloucestrie in Morgan vel idem Rogerus post patrem suum; preterea ex dono et concessione Resi Coh, medietatem terre que fuit Kethereh in territorio de Novo Castello; et ex dono et concessione Enyon filii Ririd, aliam medietatem terre que fuit predicti Kethereh in territorio de Novo Castello; preterea ex dono et concessione Willelmo de Londoniis quicquid continetur inter duas aquas de Ugemor' et Garewe, sicut carte predictorum donatorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti abbas et monachi habeant et teneant omnia predicta, cum omnibus pertinentiis suis, bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie, et

honorifice, in omnibus locis et rebus, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad ea pertinentibus, sicut predictum est. Testibus WILL. BRIWER. EUSTACH. de VESCY, etc. ut supra.

This is a confirmation of the grant of Geoffrey Sturmy to Margam [CCL.], as well as of one by Res Coh. not before recorded, in Newcastle. Eynon ap Ririd, who gave the remainder of the same land, was possibly a relation, probably both descending from heiresses of Kethereh. William de London occurs many times elsewhere. He was son of Adelays [CXXIII.] and father of Maurice [XCVIII.]. His grant of the land between the Ogmore and the Garw is not before mentioned.

## CCCVII.

## KING JOHN'S CONFIRMATION CHARTER TO NEATH ABBEY.

[ROTUL. CHART., p. 168.] 5 AUG. 9 JOHN. 1207.

JOHANNES D. g. etc. Sciatis nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancte Trinitatis de NETH et monachis ibidem Deo servientibus locum ubi castellum RICARDI de GRANAVILLA quondam fuit cum omnibus pertinentiis suis, et totam terram quam idem RICARDUS habuit inter THAWY et NETH, in bosco et plano cum omnibus pertinentiis suis; habenda et tenenda in liberam puram et perpetuam elemosinam, quieta ab omni servicio sicut predictus RICARDUS ea illis prius dedit et carta sua confirmavit. Salvis tenementis burgensium nostrorum de NETH. Ita quod predicti monachi eos sine judicio amovere non possint, sed tantum homagium et redditum illorum habeant. Salvis etiam tenementis WALENSIUM nostrorum de predicta terra. Ita quod dicti monachi eos sine judicio amovere non possint sed tantum homagium et redditum illorum habeant, et nos habeamus servicium quod nobis debent. Quare volumus, etc. Datum per manum W. de GRAY cancellarii nostri, apud WUDESTOCK, v. die Augusti, anno regni nostri IX.

The terms of this Charter have given rise to the notion that the Granvilles' Castle no longer existed, and had been placed west of the river Nedd, between it and the Tawe, no doubt on the right bank of the former river. The remains of the present Castle are later than the Granvilles, as late perhaps as the reign of Edward II., but it is singular that there should be no local tradition of a preceding Castle on another site [LXVII.].

Charter CCCIX. shews that the Monks of Neath paid 100 marcs and a palfrey for the Castelwick and its appurtenances, and for all Richard de Granville's land between Nedd and Tawe. The tenements of the King's burgesses were reserved, the Monks receiving their homage and rent and the King the service due. Half the fine and the palfrey were already paid.

## CCCVIII.

## ROYAL WRIT TO THE EXCHEQUER TO PAY FALKES, BAILIFF OF GLAMORGAN, ONE HUNDRED MARKS.

[ROTUL. CLAUS. I. 89.] 8 AUGUST, 1207.

Rex baronibus de scaccario etc. . . . . Computent FALCONI ballivo nostro de GLAVMORGAN in firma sua centum marcas quas liberavit in camera nostra per preceptum nostrum die Lune proxima ante festum beati LAURENCII apud WUDESTOK anno regni nostri IX. Teste me ipso apud SELVEST.[1] VIII. die Augusti. Per RICARDUM de MARISCO et R. PARMENTARIUM.

(1) Silverstone, co. Northampton.

## CCCIX.

## GRANT BY KING JOHN OF THE MOOR OF LAWARETH TO MARGAM ABBEY.

[ROTUL. CHART., 168.] 11 AUGUST. 9 JOHN. 1207.

JOHANNES D. g. etc. Sciatis etc. dedisse etc. Deo et ecclesie beate MARIE de MORGAN, et monachis etc. pro salute anime nostre et antecessorum et heredum nostrorum, in puram, liberam, et perpetuam elemosinam, totam moram LAWARETH de HEVEDHALOC cum pertinentiis suis, et similiter terra de PEYTEUN cum omnibus etc. Quare volumus et firmiter precipimus quod predicti monachi de MORGAN habeant et teneant predictam moram et predictam terram, cum etc., in perpetuum, bene et in pace, libere et quiete, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eas pertinentibus, sicut predictum est. Testibus . SAHERO de QUENCY comite WINTON' . W. BRIWER' . PETRO filio HERBERTI . THOMA BASSET . ALANO BASSET . THOMA de SANFORD'. W. de CANTILUP'. Datum per manum HENRICI de WELL' archidiaconi WELLENSIS. Apud OCCHAM XI. die Augusti anno regni nostri nono.

King John's dealings with Margan were by no means concluded. He here grants the moor of Lawareth, of Hevedhaloc, and the land of the Peytevin. Hevedhaloc is a hamlet of Margam, and lies towards the sea coast. Nothing is here said of a fine, which however a later document [CCCXX.] shews to have been 100 marcs. Peyteun is clearly the terra Peitevin of CCCXX.

## CCCX.

## SUIT OF NEATH ABBEY FOR POSSESSION OF THE CASTLEWICK OF RICHARD GRANAVILLE, AND THE LAND BETWEEN THE TAWE AND THE NEATH RIVERS.

[ROTUL. DE FIN., p. 389.] 1207.

GLANMORGAN.] Monachi de NETH dant C. mareas et unum palefredum pro habenda castellaria que fuit RICARDI GRANAVILLE cum omnibus pertinentiis suis, et pro habenda tota terra quam idem RICARDUS habuit inter THAWY et NETH, salvis tenementis burgensium domini Regis ita quod predicti monachi eos sine judicio amovere non possint, sed tantum homagium et redditum illorum habeant, salvis tenementis WALENSIUM domini Regis de predicta terra, ita quod dicti monachi eos sine juditio amovere non possint, sed tantum homagium et redditum illorum habeant, et dominus Rex habeat servicium quod ei debent. Teste ad scaccarium Sti. MICHAELIS anno regni domini Regis IX. L. marcas et palefredum, et ad scaccarium Pasche proximo sequens L. marcas.

## CCCXI.

## THE MONKS OF NEATH PAY A FINE FOR HOLDING THE CASTLEWICK AND LANDS OF RICHARD DE GREINVILL.

[PIPE ROLL, 9 JOHN, ROTUL. 21 b.]

[B.M., MS. LANSD. 219, f. 5.] 9 JOHN. 1207—1208.

Idem [FALKES de BREAUTE] reddit compotum de C. marcis et I. palefrido de monachis de NETH pro habenda castelaria quæ fuit RICARDI de GREINVILL cum omnibus pertinentiis suis, et pro habenda tota terra quam idem RICARDUS habuit inter TAWI et NETH, salvis tenementis burgensium Regis.

Entitled—'Honor de Glamorgan.'

## CCCXII.

## ROYAL WRIT TO RECOUP THE BAILIFF OF GLAMORGAN FOR HIS OUTLAY ON THE CASTLES IN GLAMORGAN.

[ROTUL. CLAUS. I. 92.] 19 SEPTEMBER, 1207.

Rex baronibus etc. Computate FALKESIO ballivo nostro de GLAVMORGAN id quod posuit per visum et testimonium legalium hominum in emendacione castellorum nostrorum de GLAVMORGAN per preceptum nostrum. Teste me ipso apud BRIWTON . XIX. die Septembris anno regni nostri IX.

## CCCXIII.

## ROYAL WRIT TO RECOUP THE BAILIFF OF GLAMORGAN, FOR HIS OUTLAY ON THE KING'S SERJEANTS.

[IBID. I. 92.] 20 SEPTEMBER, 1207.

Rex baronibus etc. Computate FALKESIO ballivo nostro de GLAVMORGAN triginta libras et undecim solidos et VIII*d*. pro liberacionibus viginti dierum quas fecit servientibus nostris cum eo morantibus per preceptum nostrum. Teste me ipso [apud] BRIWTON . XX. die Septembris. Per W. de SANCTO MAXENTIO.

## CCCXIV.

## ROYAL ACQUITTANCE FOR THE FINE DUE BY MARGAM ABBEY FOR THE WELSHMEN'S LAND AT KENFIG.

[ROTUL. CLAUS., I. 92.] 24 SEPTEMBER, 1207.

Rex baronibus etc. Sciatis quod monachi de MORGAN pacaverunt nobis in camera nostra per manum WILLELMI celararii sui apud BRADENESTOK dominica proxima post festum Sancti MATTHEI apostoli anno regni nostri IX. quinquaginta marcas de fine quem nobiscum fecerunt pro terris WALENSIUM in KENEFEG, et

dedimus eis respectum de duobus palefredis quos nobis inde debent usque a die Sancti MICHAELIS in XV. dies. Et ideo vobis mandamus quod illos de L. marcis quietos esse faciatis, et de duobus palefredis predictum respectum eis habere permittatis. Teste me ipso apud BRADENESTOK', XXIV. die Septembris.

## CCCXV.

## SUIT OF THE ABBOT OF MARGAM TO THE KING FOR THE WELSHMEN'S LANDS IN KENFIG.

[ROTUL. DE FIN., I. 386.] 1207.

GLANMORGAN. Abbas de MARGAN dat centum marcas et II. equos bonos pro habendis terris WALENSIUM in territorio de KAENEFEG in perpetuam elemosinam, unde ipsi solebant reddere domino Regi per annum XXX. solidos per manus ballivorum domini Regis de GLANMORGAN, et pro habenda inde carta domini Regis et pro habenda confirmatione domini Regis de aliis terris et tenementis que tenent in balliva de GLANMORGAN, sicut carte donatorum rationabiliter testantur. Et mandatum est FAUKESIO tunc vicecomiti quod, accepta ab eo securitate de illis C. marcis reddendis ad festum Sancti MICHAELIS anno regni Regis IX, L. marcis et duos equos (*sic*) infra predictum festum Sancti MICHAELIS, et ad Pascha proximo sequens L. marcis, tunc ei sine dilacione habere faciat plenariam saisinam de predictis terris et si eum de aliquo tenemento suorum dissaisivit contra libertates cartarum et confirmationum quas de domino Rege habent, eum sine dilacione reseisiet et in bona pace tenere permittat.

It appears that the Monks of Margam, though with strong Welsh sympathies, were not above profiting by the confiscation of their brethren at the hands of King John's most unpopular Bailiff. The acquisition was confirmed in 1207 by King John himself, whence it appears that the lands were in Kenfig, at that time a very discontented district, encouraged, no doubt, by the Lords of Avan.

## CCCXVI.

## ROYAL ACQUITTANCE TO MARGAM ABBEY FOR TWO HORSES, FINE FOR THE WELSHMEN'S LAND AT KENFIG.

[ROTUL. CLAUS., I. 94.] 28 OCTOBER, 1207.

Rex baronibus de scaccario etc . . . . Sciatis quod abbas et monachi de MORGAN pacaverunt nobis per manum cellararii sui fratris WILLELMI apud LUTEGAR' die VENERIS proxima post festum Sancti LUCE, anno regni nostri IX., duos equos quos nobis debuerunt de fine quem nobiscum fecerunt pro terra WALENSIUM de KENEFEG, et ideo vobis mandamus quod illos inde quietos esse faciatis. Teste me ipso apud WESTM' . XXVIII. die Octobris . Per ipsum Regem.

## CCCXVII.

## WRIT TO THE SHERIFF OF GLAMORGAN TO ACQUIT GILBERT DE TURBEVILLA FOR A HORSE, PART OF THE RELIEF DUE FOR HIS INHERITANCE.

[ROTUL. CLAUS., I. 99.] 27 DECEMBER, 1207.

Rex etc. . . . . ballivo de GLAMORGHAN etc. . . . . . Scias quod GILBERTUS de TURBEVILLA pacavit nobis in vigilia natalis Domini anno etc. . . . . . IX. I. equum quem nobis debuit de fine quem nobiscum fecit de relevio terre sue, et hoc vobis mandamus ut inde quietus sit. Teste me ipso apud GELDEFORD, XXVII. die Decembris.

## CCCXVIII.

## KING JOHN'S CHARTER OF CONFIRMATION TO NEATH ABBEY.

[ROTUL. CART., p. 174.] 1208.

JOHANNES D. g. etc . . . . Sciatis nos pro Dei amore, et salute anime nostre, et animarum omnium antecessorum et heredum nostrorum, concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et abbatie de NETH, et monachis de ordine de SAUVENNEIE ibidem Deo servientibus, omnes terras et ecclesias, molendindina, et forestas, et omnes tenuras suas quas habent de dono, vel emptione, vel commutatione sibi cartis suis confirmatas, ex dono RICARDI de GRENVILLA. totum vastum in bosco et plano inter has quatuor aquas, videlicet, THAWI, et CLEUDACH,[1] et NETH, et PULKANAN, cum terra que est inter rivulum crucis CONSTANTIO[2] et CLEUDACH, capellam quoque castelli de NETH, cum omni decima procurationis domus sue in annona ceterisque rebus, et cum omni decima hominum terre illius, FRANCORUM, ANGLORUM, et WALENSIUM, et dimidiam partem totius piscis qui eidem castello pertinet, totum etiam feudum de AISSA[3] cum ecclesia et cum omnibus pertinentiis suis, et molendinum de PENDELINO[4] cum XXIII. acris terre, et mansura molendinarii, et moltura ADE et hominum suorum, willam quoque de LITTEHAM[5] cum omnibus appendiciis ejus quam dederunt SANSONI de ALLWEIA in excambium pro terra sua de KILTICAR, concessu WILLELMI comitis GLOUCESTRIE, et WILLELMI filii HENRICI, et JOHANNIS SORI, quod excambium postea inter abbatem de NETH et WILLEMUM filium predicti SANSONIS coram H. rege patre nostro determinatum fuit, et ipsum feudum de KILTICAR cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis supradictis monachis ab eodem rege patre nostro in perpetuum confirmatum; ex dono ROBERTI comitis GLOUCESTRIE terram de PONTE[6] cum ecclesia quam tenuit RADULFUS heremita in elemosinam; ex dono ejusdem comitis et WILLELMI comitis filii ejus terram BLAKESKARRA;[7] ex dono predicti comitis GLOUCESTRIE totum wreccum terre ipsorum; ex dono [ejusdem comitis] mansionem[8] unam in villa de KAERDIF. Ex dono WILLELMI MOION

concessu filiorum suorum EXEFORDAM et CUBEHIETE cum omnibus pertinentiis suis; ex dono HENRICI de VILIERS concessu domini sui HENRICI de WAREWICH' grangiam de LOCHOR[9] cum capella Sancti MICHAELIS et cum terra que ad eandem grangiam pertinet; ex dono MAURICII de LONDONIA concessu filiorum suorum partem terre sue juxta AISSAM; ex dono GILBERTI de TURBERVILLA exclusagium molendini de KILTECAR; ex dono RESI filii JUSTINI,[10] concedentibus filiis suis JOVERD et OEYNO et HOEL, terram de Sancto ILITH[11] cum ecclesia et omnibus pertinentiis suis.

Concedimus etiam et confirmamus eisdem monachis ex dono nostro proprio dum essemus comes MORETONII, HUNTINGESHILL' cum pertinentiis, et C. acras de mariscis proximis terre eorum de BRIGETON'.[12] et preterea TURGEHILL'[13] cum pertinentiis suis. Ex dono LISANTI filii MORGAN[14] totam terram quam idem MARGO dedit in perpetuam elemosinam inter AVENE et NETH videlicet, PORTWER,[15] et inde usque ad mare, sexaginta quinque acras terre arabilis proximas domibus suis; et insuper totam insulam illam que est intra magnam pullam et totam terram que est extra valdam et etiam communionem pascuarum, et totam terram ipsius inter AVENE et THAWI; ex dono WALTERI filii GILEBERTI et fratrum suorum terram de BARNOTESDONE cum pertinentiis suis; ex dono THOME de CORNHELY, X. acras terre arabilis in feudo suo de COR[N]HELY; ex dono GALTERI BURDUN decem acras terre in feudo de NOVA VILLA; ex dono THOME de SAUNFORD' quitanciam II. solidorum quos debebant ei reddere pro L. acris terre et una acra et dimidia supra mare apud BLAKESCHERE; ex dono GALFRIDI THALEBOT totam terram suam de NIVELANDE cum pratis et pascuis et omnibus aliis aisiamentis ad eandem terram pertinentibus; Ex concessione et confirmatione WILLELMI de STAVER donum quod frater suus GERVASIUS eis dedit, videlicet totam terram quam pater suus tenuit de feudo RADULFI filii WILLELMI inter ecclesiam Sancti DECUMANI et KANISFORD'; ex dono WILLELMI de BARRI[16] XXX. acras terre de feudo suo in GUER; ex dono JOHANNIS de la MARE totam terram que fuit OSMUNDI GROSSI quam mater sua tenuit in dotem; ex dono THAIN' BLAN-

TAGMEL[17] XL. acras terre arabilis juxta PORTENMAYN, et insuper aeisiamenta terre sue in aquis et viis, et semitis, et communione pasture sue; ex dono ROGERI et KENEWREC filiorum WIAN totam terram quam pater eorum tenuit de MORGANO filio KARADOCI in marisco de AVENE;[18] ex dono eorunden communionem pascuarum totius terre eorum in bosco et plano, et aisiamenta in aquis et viis et ceteris necessariis; ex dono WGAN' DROYN VIII. acras terre arabilis de terra qua vocatur LAMPEDER in CUMTIOCH;[19] ex venditione JOHANNIS de GRENEHILL', et ALIENORE sponse sue terram suam apud Sanctum AUGUSTINUM,[20] et cum domo lapidea que in ea fundata est.

Volumus etiam sicut predictum est et firmiter precipimus quod predicta abbatia de NETH et monachi ejusdem loci et omnes possessiones eorum sint in manu et custodia et protectione nostra, et quod nulla eis injuria vel contumelia inferatur; sed si quis eis in aliquo forisfecerit plenaria eis sine dilatione justicia fiat. Et prohibemus ne ipsi de aliquo dominico suo ponantur in placitum unde habeant cartam suam nostram nisi coram nobis vel coram justiciariis nostris capitalibus. Volumus etiam et precipimus quod equi et homines et omnes res eorum quas homines sui poterunt affidare suas esse proprias sint quiete de theloneo et passagio et pontagio et omni consuetudine per totam terram nostram, et prohibemus super forisfactum x. librarum ne quis eos inde injuste disturbet. Hec omnia eis concessimus et confirmavimus sicut carte et litere patentes Regis H. patris nostri et carte et aliorum omnium tam donatorum quam confirmatorum vel venditorum quas inde habent rationabiliter testantur. Quare volumus etc. . . . . . . Datum per manum H. de WELL. archidiaconi de WELL. apud BURBECHE VI. die Januarii anno regni nostri IX.

The ancestor of the de la Mare family seems to have held three fees in the Honour of Gloucester and one in capite de Corona soon after the Norman Conquest. The family spread rapidly and widely, and in the eleventh and twelfth centuries are found not only in Gower but in five or six English counties, especially in Gloucester and Wilts. Whether those in Wales represented the main trunk or a cadet branch is uncertain, but probably the latter. The head of the Oxfordshire branch had a writ of summons from Edward I. and II.

In 1201 Robert de la Mare held the four fees as above. In 1208 King John confirmed to Neath, ex dono Johannis de la Mare, the land which his mother had from Osmund Gros and held in dower. Gros was

probably her second husband. Another version makes Agnes, the daughter of Osmund le Gros, marry John de la More, or Mare, of Oxwich and Portynon, in Wales. Their grandson married at Neath, whose heiress married a Mansel The male heir married Avene, daughter of Sir John Penrice of Gower, and was ancestor of the de la Mores of Aldermaston, Berks. It seems probable that de la More and de la Mare are different renderings of the same name. William, Earl of Gloucester, confirmed a gift by Robert de la Mare—probably the same person—of Burdecomb to the Convent of St. Mary de Brueria—witnessed by Robert de la Mare, William and Robert, his sons, Richard, William, and Simon de Cardi [Madox, Formul Angl., p. 46].

John de la Mare held half a fee in Langonydd [see MCCIV.] in 1161-2 In 1300 they seal with two lions passant in pale

Le Sor, Sor, Soor, were of Backwell-le-Sor, co. Somerset, and probably came with Fitz Hamon, or soon after him, into Glamorgan, where they had Peterston and St. Fagans, and Kilticar, otherwise Kelligarn, and now St Mary Hill. They also held land in Gloucestershire, and were connected with Devon and Cornwall. Robert le Sor witnessed a de Haia Charter in 1102, and John le Sor held land in Kelligarn before the reign of Henry II Sir Peter no doubt gave name to Peterston. Kelligarn seems to have been acquired by Sir Richard Pincerna and so inherited by Sir Samson de Halweia, who, with the permission of Sir John, son of Sir Odo le Sor, granted it to Neath Abbey, and it was confirmed by King John in 1208

In 1201 they held 15 fees in the Honour of Gloucester, and paid an aid on the marriage of the Earl's eldest daughter, in 1251 In 1202 and 1262 they held a fee in St Fagans, valued at £10.

Sir Mayo, or Matho, le Sore of St. Fagans, Knight, was Sheriff of Glamorgan 20 Edward III. His descendant of the same name is said to have had a feud with David ap Gwilim about the capacity of a drinking cup; and to have been besieged in Peterston Castle by Owain Glendowr, who took the place, dismantled it, and cut off Sir Mayo's head The hill from which Owain descended upon the Castle is called in consequence 'Allt Owain.' This final Sir Mayo was probably the last male, as Peterston escheated to the Lord. He married Maud, daughter and co-heir of Philip Huntley, who bore 'sable ar goble argent y 3 chorn sable rhwng y 3 phen karwst gardant' (*argent*, on a chevron *gules* between three stags' heads caboshed *sable*, as many hunting horns *argent*, stringed *or*) Sir Mayo seems to have left three daughters, co-heirs :—

I Wenllian, married Sir Wm (John) Wolf of Wolf's Newton, who bore '3 wolff pais Rodri gules llew saliant or' in a border engrailed *or*; and their descendant, Barbara Wolf, married Sir Henry Seymour of Wolf Hall, whence the ducal family. In the Seymour escutcheon appear the arms of Huntley, miscalled 'Le Sor of St Fagans.'

II Sarah, married Howell ap Griffith, whence Lewis of Van, Llanishen, etc. Her descendants have usually quartered Le Sore, and still do so.

III. Co-heiress of St. Fagans, married Peter le Vele, from whom came John Vele, who, by *Inq. p. Mortem*, 9 Henry VI., died seized of St. Fagans Castle and Manor, and a member of the Manor of Llysworney.

The Veles, who were a Gloucestershire family of Tortworth, there continued; but the St. Fagans branch ended in Alice Vele, an heiress, who married David Mathew, and had four daughters, co-heirs, who seem to have sold the property. Charter L. shews that Sir Peter de Veel was in possession before 1377 St Fagans was sold to Dr. John Gibbon in 1578, and became the residence of the Lewis' of Van

For the Le Sore pedigree see Sir S Meyrick, i., 13; Coll. *Top*, iii, 73; v., 19, 22; Rees Meyrick, p. 11; *I p M.*, ii. 129; Hearne, *Liber Scacc.*, i, 161; Collinson's *Somerset*, ii., 148, 306, 320, 453, 545.

(1) Clendach in the Record Edition, but an error.

(2) Constance Cross, which seems a name applied to a brook, is lost, but Clendach is Nant Clydach. The Chapel of Neath Castle seems to have been endowed: if so, it is the solitary instance in this county.

(3) Aissa is Monk Nash, where, in 1290, the Abbey had a grange, and where are still remains of the Abbey barn. The farm included 10 carucates of land.

(4) Pendelin, Pandelia of LXVII., can scarcely be Pendoylan as has been supposed; it may be the Pondewelin [CCLXXXVII.] and Urban de Penducaet [CCXII.] Urban de Pendiuelin.

(5) Litteham, given by Samson de Allweia of St. Donats, in exchange for Kiltic[ar], and confirmed by William, his son, was in Somerset, as were Extord and Cubehietu. Kilticar is unknown, but it is mentioned in Pope Nicholas' taxation. It was in Groneath Deanery. The Abbot of Neath was patron of its Church. The House retained Exford Manor to the Dissolution, when it yielded 10s. annually. 1s. 2d., possibly for its care, was paid to the Abbot of Clyve.

(6) De Ponte is probably the land whence the Moricius de Ponte derived his name.

(7) Blakescarra, or Blackscar, now Sker, is a village among the Kenfig sands. The right of wreck is admitted to belong to the present Lord of the Manor, derived through the Evans' of Gnoll.

(8) The Mansion, in Cardiff, is probably that called by Meyrick the 'House de Villarys,' of which the Monks never got possession.

(9) The Castle, Grange, and now destroyed Chapel of Loughor was in part of the Lordship of Gower, within which Villiers held of Henry, Earl of Warwick.

(10) Rees ap Jestyn held land in the Neath Valley, and is said to have given name to Resolven. His sons, Jorverd, Oeyno and Hoel, are not elsewhere named.

(11) St. Ilith is Llanilid, near Llanharran. Huntingeshill is near Cwm Sarth, in the Lordship of Neath-citra, and which, in the presentment of 1628, is named as a part of the Abbey estate, but in the Manor of Cadoxton.

(12) Brigeton is probably Briton Ferry.

(13) Turgehill is probably Takkard of the Dissolution records; it may be Craigmawr.

(14) Leyson ap Morgan was Lord of Avene, as was his father, Morgan ap Caradoc.

(15) Portwer, Portenmayn, Barnotesdone, St. Decumanus, and Kanisford are lost.

(16) Barri held a fee in Gower.

(17) Error for Blancagnel.

(18) Aicene, error in the Record Edition.

(19) Cwmtioch, or Cwmturch, is in the Neath Valley.

(20) St. Augustine's was in Bristol, where J. de Grenehill and his wife, Alienore, held a messuage at the Dissolution, yielding £1 11s. 8d. annually.

## CCCXIX.

## SUIT OF AGNES DE TORINGTON.

[Rotul. de Fin., p. 423.] 9 John, 1208.

Glanmorgan. Agnes que fuit uxor Hamelini de Torinton dat viginti marcas pro habenda terra sua que ei hereditarie de[s]cendit, et quam idem Hamelinus cum ea habuit cum bladis et catallis ejusdem terre que eam contingunt. Et mandatum est Faukesio tunc ballivo quod accepta ab ea securitate de fine illo, faciat ita ei habere saisinam de predicta terra.

## CCCXX.

## SUIT OF THE ABBOT OF MARGAM FOR THE MOOR OF LAWARETH.

[Rotul. de Fin., p. 424.] 9 John. 1208.

Abbas de Morgan dat centum marcas pro habenda in liberam elemosinam tota mora de La wareth' de Houodhaloc cum pertinenciis suis, et similiter terra Peitevin cum omnibus pertinenciis suis sicut continetur in carta domini Regis quam inde habuit.

## CCCXXI.

## ROYAL WRIT TO THE BARONS, ETC., OF THE HONOURS OF GLAMORGAN AND CARDIFF FOR BUILDING HOUSES IN THE BAILEY OF CARDIFF CASTLE.

[Rotul. Lit. Pat., I. 79.] 1208.

Rex omnibus baronibus et militibus de Honore de Glanmorgan et de Honore de Kaerdif etc. Mandamus vobis quod faciatis fieri domos nostras in ballio castri de Kaerdif sicut ibi fieri debent et solent et faciatis ibi wardas sicut facere debetis et consuevistis sicut diligitis feoda vestra. Teste me ipso apud Harpetre. v. die Marcii.

An Honour, says Madox, was the name given by the Normans to some considerable signory conferred by the Sovereign upon a great noble. It is sometimes styled a Barony, a Terre, or a fee, names also applied to a much smaller estate. Usually its name is derived from the land, as of Gloucester, but sometimes from the name of its Lord, as the Honour of Giffard, or Clare, or de Aquila.

The Lord of an Honour was bound to do personal service to the Crown, and to provide as many Knights as the Honour was rated at. When he paid scutage to the Crown, he received it from the Knights, his tenants. The Honour of Gloucester was rated at 327 Knights' fees, that of Clare at 136 fees, that of St Hilary at 131 fees, all held by the family of le Clare, who also inherited a moiety of that of Giffard. Every Honour had a caput or chief residence, most commonly a Castle, as the Honour of Richmond, of Clare, and that of Dunster. The tenants of an Honour were not bound to give personal service: they had the option of paying scutage.

When the Lord of an Honour was a minor, the Crown had the wardship; on the failure of heirs it escheated to the Crown, but in such case it was not absorbed, but held as detached and distinct, and the sub-tenants held 'in Capite de Corona,' while the ordinary tenants of the Crown held 'de Corona' only.

Strictly speaking, Glamorgan, though held with the Honour of Gloucester, was not an Honour nor included in that of Gloucester, though the distinction was sometimes neglected.

Probably, when the estates of the Saxon Brictrie were granted to Fitz Hamon, they were erected into the Honour of Gloucester. John detached the Castle of Bristol from the Honour; the Castle of Gloucester never belonged to it. The statute 'Quia emptores terrarum' put an end to subordinate tenures in Capite, confining it to holdings direct from the Crown.

Henry II. died seized of the Honour of Gloucester by escheat. It descended to Richard I., who enfeoffed Prince John of it, who held it in fee 'per Baroniam' by homage and service. John was afterwards disseized of it in the Royal Court, but it was restored to him by his brother Richard. When John became King, the Honour vested in the Crown, and the homage and service ceased on the part of the Lord, but the tenants held 'ut de Honore in Capite.' Fiefs held at second hand, being held of the Lords, who held of the Crown. On the Continent they were styled 'Arriere-fiefs.'

The Lordship of Glamorgan seems to have passed into a sort of abeyance between the co-heiresses of Earl Robert, until the Crown determined which sister should inherit.

KNIGHTS' LODGINGS, CARDIFF CASTLE.

The maze of fable that has invested the early settlement of the Lordship of Glamorgan has thrown doubt upon all statements not absolutely proven, and among others upon the belief that the Knights who held by Castle Guard were bound to maintain houses within the Castle precincts. The matter is however set at rest by this document, by which the King calls upon the Barons and Knights of the Honour of Glamorgan and Cardiff (a phrase here used carelessly) to maintain the houses within the Castle Bailey, and to keep ward there, as they were wont to do. The houses were within the outer ward of the Castle, where their foundations were lately laid open, and where also was originally the Town Hall, of Cardiff. The houses, being within the Castle, were the property of the Lord, but the tenants were to keep them in repair.

The Pipe Roll of 1208 shews that John was expending £22 10s. on the repairs of the Castles of Cardiff and Neath, and he therefore with some reason called upon the chief tenants to do their duty.

## CCCXXII.

## ROYAL GRANT OF PRIVILEGES TO THE WELSHMEN OF GOWER.

[Rotul. Lit. Pat., Vol. I., p. 87.]

10 Nov. 10 John. 1208.

Johannes Dei gratia, etc. Sciatis nos ac quietasse Walenses de Goher de consuetudine quam servientes nostri de castello de Swenes' habuerunt cum predictis Walensibus comedendi, et nolumus quod ipsi super hoc decetero ab aliquo molestentur vel graventur. Teste domino Wintonensi episcopo apud Cristcheriche, xi. die Novembris. Et anno Regni nostri x$^{mo.}$

## CCCXXIII.

## ROYAL GRANT OF PRIVILEGES TO THE ENGLISHMEN OF GOWER.

[ROTUL. LIT. PAT., VOL. I., p. 87.] 1208.

Rex omnibus etc. Sciatis nos quietasse ANGLICOS de GOIHER de consuetudine quam servientes nostri de castello de SWENES' habuerunt cum predictis ANGLICIS comedendi, et nolumus quod ipsi super hoc etc. Ut supra.

A very curious pair of documents. The garrison of Swansea Castle seems to have been composed of Welsh and English soldiers, who were accustomed to mess together, and probably quarrelled over their viands.

## CCCXXIV.

## CHARTER BY ISABELLA, COUNTESS OF GLOUCESTER, AFTER THE RUPTURE OF HER MARRIAGE WITH KING JOHN AND BEFORE THAT WITH THE EARL OF ESSEX.

[MARGAM CHARTER.] POST 1208.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego ISABEL comitissa GLOUCESTRIE concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de KENEF[EG] scilicet et totam terram PETETEUINI[1] per divisas suas cum pertinenciis suis et totam terram HUGONIS de HEREFORD' per divisas suas cum pertinenciis suis et totam terram WALLENSIUM[2] pro qua solebant reddere annuatim XXX. duos solidos ballivis de KENEF[EG] et totam Moram de HAVEDHALOC inter duas aquas scilicet KENEF[EG] et BAITHAN. Tenendas de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius et quiecius potest teneri. Et ex dono WILLELMI de

LOND' et heredum ejus totam terram de EGLESKEYNWIR[3] cum pertinenciis suis sicut carte ipsorum testantur et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLA et heredum apud LANDMEUTH[IN].[1] Testibus etc.

(1) Cf. No. CCCXX. (2) Cf. No CCCL. (3) No. CCCCLXII. (4) No. CCXII.

Isabel, third daughter and co-heir of William, Earl of Gloucester, married John, Earl of Moreton, and was divorced soon after his accession to the throne in 1199. She then married Geoffrey, Earl of Essex, and in her right Earl of Gloucester, and after his death, in 1216, she married Hubert de Burgh, created Earl of Kent, who died 1243. She died s.p., and was succeeded by her nephew, Almeric d'Evreux, who died 1226, s.p., when another nephew, Gilbert de Clare, succeeded.

## CCCXXV.

## CHARTER BY THE SAME COUNTESS CONFIRMING LANDS, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1200—1214.

Sciant omnes p. et f. quod ego ISABEL comitissa GLOUCESTRIE concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de KENEFEG. Scilicet totam terram PEITEVIN' per divisas suas cum pertinenciis suis. Et totam terram HUGONIS de HEREFORD per divisas suas cum pertinenciis suis. Et totam terram WALENSIUM pro qua solebant reddere annuatim xxx. IJ. solidos ballivis de KENEFEG. Et totam Moram de HEVEDHALOK inter duas aquas scilicet KENEFEG et BAITHAN . tene[n]das de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servicio . consuetudine . et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. Preterea concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes quas eis fecerunt ROBERTUS comes avus meus . et WILLELMUS comes pater meus . scilicet omnes terras cum pertinenciis suis inter KENEFEG . et ulteriorem ripam aque de AVENE ulterioris . que est ad occidentem hermitagii THEODORICI. Et sicut montana tendunt a sursa aque de KENEFEG . usque ad locum MIDDELCROS . et inde tunc sursum usque ad BLAIN-NANT-DISCULUA . et inde usque ad RIDKE-

velechy . et inde sicut Avene descendit in mare. Et totam Wrek inter Kenefeg et Avene. Et unum burgagium in Kenefeg. Et unum burgagium in Kaerdif. Et unum burgagium in Novo Burgo. Et unum burgagium in Bristollia. Insuper etiam concessi eisdem monachis et confirmavi donationes liberorum hominum meorum . scilicet terram Sturmy per divisas suas cum pertinenciis suis . unde habent confirmationem patris mei. Et quicquid habent ex dono Gilleberti Gramus et heredum ejus. Et quicquid habent ex dono burgensium de Kenefeg et liberorum hominum in villa de Kenefeg . vel extra in eodem feudo. Et ex dono Morgani filii Oweni Hevedhalok. Et totum feudum de Landgewy ex dono David Scurlag et antecessorum et heredum ejus . et concessione Nicholai Puinz . sicut carte ipsorum testantur. Et quicquid habent ex dono Pagani de Turberuilla et heredum ejus in Koithcarth. Et ex dono filiorum Herberti Kithlecullum per divisas suas. Et terram Lacheles et alias[1] donationes ibidem sicut carte donatorum testantur. Et quicquid habent ex dono Morgani filii Caradoci et heredum ejus in marisco de Avene . et Berchis . et Rossaulin . et communem pasturam in montanis inter Taf et Neth . et Pultimor aput Landmeuthin. Et ex dono Willelmi de London' totam terram de Egliskainwyr cum pertinenciis suis sicut carte quas inde habent testantur. Et quicquid habent ex dono Henrici de Umframville et heredum ejus aput Landmeuthin et Bradingtone. Et xii. acras quas ibidem habent ex dono Urbani sacerdotis de Pendivelin'. Et ex dono Hugonis de Landkarvan et heredum ejus xxx$^{ta}$ iij. acras. Et ex dono Ade de Sumery xij. acras. Et ex dono Jorvarth filii Justini ij. acras. Et quicquid habent ex dono Johannis de Bonevilla et heredum ejus aput Bonevillestone. Et ibidem ex dono Templariorum xl. acras. Et ex dono Maredu et heredum ejus communam terre sue in boscis et pasturis quantum opus habuerint ad graugiam suam de Landmeuthin. Et quod habent ex dono Roberti Samsonis in feudo Sancti Nicholai. Et quicquid habent ex dono burgensium de Kaerdif . vel liberorum hominum in eadem villa vel extra.

Hec omnia concessi et confirmavi predictis monachis de Margan . habenda et tenenda in perpetuum sicut karte donatorum quas inde habent testantur. Concessi etiam eis et confirmavi omnes alias donationes eis rationabiliter factas vel faciendas simul et venditiones et invadiationes . sicut carte donatorum . venditorum . et invadiatorum . quas inde habent testantur vel testabuntur. Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant omnia predicta bene et in pace . libere et quiete . integre et plenarie . et honorifice . in bosco et plano . in viis et semitis . in aquis et molendinis . in vivariis et stagnis . in moris et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis locis et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis . sicut predictum est. Hiis testibus . domino Henrico Landavensi episcopo . Urbano Landavensi archidiacono . Nicholao Puinz . Henrico de Umframvill' . Johanne de Sancto Quintino . Waltero de Sulie . Baldewino de Swinesheued tunc vicecomite . Gilleberto de Turberuill' . Ricardo Flammang' . Willelmo de Cantelw . Radulpho Mailok . Reimundo de Suly . Willelmo le Sor . Radulpho de Clivedun . et multis aliis.

Seal of the Countess, imperfect and indistinct.

'[+ sigill]um . isabel' . comiti[isse . g]loecestrie . et . mor[etunie].'

Reverse, as described further on.

Endorsed—'Confirmatio Generalis Ysabele comitisse de Gloecestria de omnibus tenementis nostris,' etc.

(1) 'ailias' MS

## CCCXXVI.

## CHARTER BY GEOFFREY, EARL OF GLOUCESTER AND ESSEX, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego . Gaufridus de Mandevilla . comes Gloucestrie et Essexie . consensu et consilio . Isabel uxoris mee

comitisse GLOUCESTRIE . concessi et dedi . et hac presenti carta mea confirmavi . pro salute anime mee . et antecessorum et successorum meorum . Deo et beate MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus . in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de KENEF[EG]. Scilicet totam terram PEITEUINI . per divisas suas cum pertinentiis suis. Et totam terram WALLENSIUM . pro qua solebant reddere annuatim xxxij. solidos . ballivis de KENEF[EG]. Et totam terram HUGONIS de HEREFORDIA per divisas suas cum pertinentiis suis. Et totam moram de HAVEDHALOC . inter duas aquas scilicet KENEF[EG] . et BAITHAN . tenendas de me . et heredibus meis . libere et quiete . ab omni servitio consuetudine . et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. Preterea concessi eisdem monachis . et confirmavi omnes donationes ques eis fecerunt ROBERTUS . et WILLELMUS comites GLOUCESTRIE. Scilicet omnes terras cum pertinentiis suis inter KENEF[EG] . et ulteriorem ripam aque de AVENE ulterioris que est ad occidentem hermitagii THEODERICI . Et sicut montana tendunt a sursa aque de KENEF[EG] . usque ad locum MIDDELCROS . et inde in transversum usque ad BLAINANT DISCULUA . Et inde usque ad RIDKEUELECHI. Et inde sicut AVENE descendit in mare . Et totum wrek inter AVENE . et KENEF[EG]. Et unum burgagium in KENEF[EG] . et unum burgagium in KAERDIF . et unum burgagium in NOVO BURGO . et unam burgagium in BRISTOLLIA. Insuper concessi eisdem monachis et confirmavi donationes liberorum hominum meorum . scilicet terram STURMI . per divisas suas cum pertinentiis suis . unde habent confirmationem WILLELMI comitis GLOUCESTRIE . Et quicquid habent ex dono GILLEBERTI GRAMMUS . et heredum ejus . Et quicquid habent ex dono burgensium de KENEF[EG] . et liberorum hominum in villa de KENEF[EG] . vel extra in eodem feudo . Et ex dono MORGANI filii OWENI . HAVEDHALOC . Et totum feudum de LANGEWI . ex dono DAVID SCURLAG . et antecessorum et heredum ejus . et concessione NICHOLAI PUINZ . sicut carte ipsorum testantur . Et quicquid habent ex dono PAGANI de TURBERVILLA in COITHCARTH . Et ex dono filiorum HEREBERTI . KILLECULUM per divisas suas.

Et terram LAGELES . apud LAGELESTUN . Et quicquid habent ex dono MORGANI filii CARADOCI . et heredum ejus in marisco de AVENE . et BEREGHES . et ROSSAULIN . et communam pasturam (*sic*) in montanis inter THAF et NETH . Et PULTIMOR apud LANMEUTHIN . Ex dono WILLELMI de LOND[ONIIS] et heredum ejus totam terram de EGLISKEINWIR cum pertinentiis suis sicut carte ipsorum testantur . Et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLA . et heredum ejus apud LANMEUTHIN . et XIJ. acras quas ibidem habent ex dono URBANI sacerdotis de PENDEULIN . Et ex dono HUGONIS de LANCARVAN . et heredum ejus XXXIIJ. acras . Et ex dono ADE de SUMERI XIJ. acras . Et ex dono JORUARDI filii JUSTINI duas acras . Et quicquid ex dono JOHANNIS de BONEVILESTUN et heredum ejus apud BONEVILLESTUNAM . Et ibidem ex dono TEMPLARIORUM XL.ª acras . Et ex dono MAREDUTH et heredum ejus . communam terre sue in boscis . et quantum opus habuerint ad grangiam suam de LANMEUTHIN . Et quod habent ex dono . ROBERTI SANSON' . in feudo Sancti NICHOLAI . Et quicquid habent ex dono burgensium de KARDIF vel liberorum hominum in eadem villa vel extra.

Quare volo et firmiter precipio quod predicti monachi habeant et teneant omnia predicta . bene et in pace . libere et quiete . integre et plenarie et honorifice . in bosco et plano . in viis et semitis . in aquis et molendinis . in vivariis et stagnis . in moris et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis locis . et rebus . cum omnibus libertatibus . et liberis consuetudinibus suis. Hec omnia concessi et confirmavi predictis monachis de MARGAN . habenda et tenenda imperpetuum . sicut carte donatorum quas inde habent testantur . Concessi etiam eis et confirmavi . omnes alias donationes eis rationabiliter factas . vel faciendas . sicut carte donatorum . venditorum . et invadiatorum quas inde habent . vel habituri sunt . testantur . vel testificabuntur. Hiis testibus . domino . HENRICO LANDAVENSE episcopo . URBANO LANDAVENSE archidiacono . NICHOLAO POINZ . HENRICO de UMFRAMVILLA . JOHANNE de Sancto QUINTINO . WALTERO de SULLIE . RADULFO de SUINESHEUED' . tunc vicecomite . RICARDO

FLAMANGO. GILLEBERTO de TURBERVILLA. WILLELMO de CANTILUPO. REIMUNDO de SULLIE. RADULFO MAYLOC. WILLELMO le SOR. RADULFO de CLIVEDUN. et multis aliis.

Round seal in green wax, 1⅝in. diam. Device, a heater-shaped shield of arms: quarterly, 1 and 4 plain, 2 and 3 vair (?).

Legend—'+ SIGILL'. GALFR .... DE. MAUNDEVIL'.'

Endorsed—'Carta G. de Mandevilla generalis,' and in a later hand, 'de tota terra de Margan cum Wrecke ab ulteriori Ripa de Aven ad Kenfige.' 'Taff. Nethe.' 'before date.' 'Terram in feodo de Kenfigg.'

Henry, Prior of Abergavenny, consecrated to Llandaff before 1196, died November, 1218.

Geoffrey Fitz Piers, or de Mandeville, Earl of Essex, married Countess Isabel in 1213. Killed in a tournament, 1216.

## CCCXXVII.

## GRANT BY MARGAN, SON OF CARADOC, TO MARGAM ABBEY, OF LAND AT WEST LALESTON, ETC.

[MARGAM CHARTER.] 1208.

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. e. f. MARGANUS filius KARADOCI salutum.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et e. Sancte M. de MARGAN et m. i. D. s. quater xx[ti.] acras terre arabilis ex westparte de LAGHELESTUNE et ex northparte vie que vadit de LAGHELESTUNE versus KENEFEG et ex estparte illarum L. acrarum quas ante dederam eis in elemosina. Has ergo quater xx[ti.] acras infra has metas jacentes dedi in elemosinam ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni seculari servitio et consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. reddendo annuatim michi et heredibus meis solummodo quadraginta denarios. ad festum Sancti MICHAELIS. Et sciendum quod totam firmam pre manibus accepi VIII[to.] annorum quorum primus fuit annus M[us.] C[us.] C[us.] VIIJ[us.] Et hoc totum warentizabimus eis ego et heredes mei in perpetuum. Hiis testibus. HELIA decano. HENRICO monacho. WILLELMO

de Bedinctuna . Johannes Sor . David Puinel . Madoc filio Meileri . Hernaldo converso . Jordano converso.

Seal of Morgan ap Caradoc, red wax, chipped.

Endorsed—'Morgani de quater xx[ti.] acris.'

## CCCXXVIII.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, OF LAND IN LAHELESTUN, OR LALESTON, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos p. s. p. Morganus filius Cradoci salutem.

Sciatis me consilio et consensu Leisan et Owein filiorum meorum dedisse et concessisse et hac carta confirmasse D. et e. B. M. de M. e. m. i. D. s. . totam terram que fuit Walteri Laheles cum omnibus pertinentiis suis in p. e. pro anima mea et pro animabus predecessorum et successorum meorum. Habendam et tenendam libere et quiete sicut ulla elemosina potest liberius haberi et teneri. Et ego et heredes mei warantizabimus eis hanc donationem sicut elemosinam nostram contra omnes homines in perpetuum. Et totum annuum redditum quem comes solebat accipere et ego post ipsum de illa terra. Scilicet viii. solidos et iiii[or.] denarios . ego et heredes mei predictis monachis quitum clamavimus in perpetuum. Si vero aliquod servitium sive domini Regis sive alicujus alterius de illa terra fuerit aliquando requisitum . ego et heredes mei illud faciemus . ita quod monachi quieti erunt et liberi ab omni servitio . exactione . et consuetudine seculari . in perpetuum. His testibus . Willelmo de Licheveltт . et Roberto de Pultimor converso . de Margan . Wurgano presbitero . Madoco filio Grif[fini] . Hoel filio Rogeri . David Pugneil.

Seal of Morgan f. Cradoc, green wax, chipped.

Endorsed—'Morganus de viij. solidis et . iiii[or.] denariis de Lahelestuna.'

## CCCXXIX.

## ARBITRATION BY THE ABBOTS OF FOUNTAINS, WARDON, AND BOXLEY, UNDER MANDATE OF THE ABBOT AND GENERAL CHAPTER OF CITEAUX, IN A DISPUTE BETWEEN THE ABBOTS OF MARGAM AND NEATH.

[MARGAM CHARTER.]

WEDN. AFTER ST. JULIAN'S DAY, 28 MAY, 1208.

CY——RO——GRA——PHUM.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit . frater J. de FONTIBUS . L. de WARDONE . et R. de BOXLEY dicti abbates salutem.

Mandatum domini . A. CISTERTIENSIS et capituli generalis suscepimus in hec verba :—

Frater A. dictus abbas CISTERTII totusque conventus abbatum capituli generalis dilectis in CHRISTO abbatibus de FONTIBUS . de BOXLEY . et de WARDONE salutem . et sincere plenitudinem caritatis.

Querela que vertitur inter domum de MARGAN et domum de NETH vobis commissa est á capitulo generali. Rogamus ergo dilectionem vestram benigne mandantes . quatinus assumptis vobiscum de vicinis abbatibus aliquibus eam usque in Pascha terminetis . super ambiguitate scripte transaccionis utramque partem certificantes . et quod factum fuerit sequenti capitulo nuntietis. Domnus abbas RIEVALLIS hoc vobis denuntiet . abbas de TYNTERNE et abbas de KAERLEON . abbas de CUMBERMAR . et abbas de CUMHYR vocentur . et sint assessores non judices . valete.

Hujus igitur auctoritate mandati . anno ab incarnatione Domini M$^{o}$. CC$^{o}$. VIIJ$^{o}$. feria IIIJ$^{ta}$ post festum beate JULIANE virginis . tam partibus quam assessoribus aput grangiam de MARGAN que vocatur ORCHARD in nostra presencia constitutis . dicta querela que vertebatur inter domum de MARGAN et domum de NETH . et omnes alie querele tunc et ante diem illum mote sub hac pacis forma amicabili compositione quieverunt.

Scilicet quod domus de Margan jure perpetuo et sine reclamatione domus de Neth libere possidebit duas partes pasture sibi viciniores in montanis de feudo Morgani inter Avene et Neth. Et domus de Neth eadem libertate et sine reclamatione domus de Margan possidebit terciam partem ejusdem pasture sibi viciniorem. Et sciendum quod hec divisio fieri debet ubique in montanis de feudo Morgani in longum et in latum á superiori origine magne Avene que vocatur Blainavene recta linea in transversum usque in aquam de Neth. Et ab eadem origine usque ad villam de Avene . salvis proprietatibus utriusque domus. Scilicet domui de Margan Roshaulyn . cum ejus pertinenciis. Scilicet quicquid continetur inter aquam que dicitur Wrach et aquam que dicitur Cleodocumchach . et inter aquam de Neth et viam magnam que vadit per montana de Thorrebethel usque in Bleinwrach. Salvis etiam proprietatibus utriusque domus quas tempore hujus transaccionis habuerunt . tam in mariscis quam in melis in hac divisione non computandis. Ceteris etiam omnibus utrique domui inconcusse permanentibus . sicut in transaccione in capitulo generali prius inita . continetur . excepto eo quod abbas de Neth . x. marcas argenti de illis xxx. quas de abbate de Margan secundum priorem compositionem recipere debuerat . remisit. Preterea de pastura Cadwathlani inter eos ita convenit . quod illa in duas medietates dividi debet . et domus de Margan medietatem sibi proximiorem in longum et latum perpetuo sine reclamatione domus de Neth possidebit. Et domus de Neth eodem jure aliam medietatem grangie eorum de Killekar viciniorem habebit. Ita tamen quod utraque domus de uno pullo duorum annorum Morgano et heredibus suis annuatim pro hac pastura solvendo communiter satisfaciet. Insuper autem utriusque partis assensu ad perpetue pacis observanciam provisum est . quod domus de Neth nichil de pastura Gilleberti de Turbervilla . neque de terra Moredu . neque de aliqua pastura vel possessione quam domus de Margan tunc temporis habuit . sine assensu abbatis et conventus domus de Neth sibi appropriabit vel occupabit. Similiter domus de Margan nichil de pastura vel possessione aliqua quam domus de Neth

tunc temporis habuit . sine assensu abbatis et conventus domus de Neth sibi appropriabit vel occupabit. Si quis autem monachus vel conversus domus de Margan . sive de Neth . scienter contra hanc compositionis formam que pro perpetua caritatis et pacis observantia inita est venire presumpserit . penam quam in memorata transactione auctoritate capituli generalis confirmata . expressa est . sine omni dispensatione sustineat. Et ut hec compositio rata et inconcussa imperpetuum permaneat . sigillorum nostrorum attestatione et appositione eam corroboravimus.

Four pointed oval seals. red wax.

1. Imperfect, $1\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{8}$in. An abbot standing on a corbel, holding a pastoral staff in the right hand and a book in the left. The abbot of Fountains, co. York.

'+ SIGILLUM . ABBAT[IS . DE . FO]NTANIS.'

(See Birch, *Catal.* No. 3,170.)

2. Perfect, $1\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{8}$in. An abbot standing on a corbel, holding a pastoral staff in the right hand and a book in the left. The abbot of Wardon, *al.* de Sartis, co. Bedf.

'+ SIGILLUM . ABBATIS . DE . SARTIS.'

3. Fragmentary, about $1\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in. An abbot standing on a corbel, holding a staff in right hand. The abbot of Boxley, co. Kent.

'. . . . . . BBATIS . DE . BOXEL . . .'

(See Birch, *Catal.* No. 2,693.)

4. Fragmentary, about $1\frac{3}{8}$in. by 1in. An abbot standing on a corbel, holding a pastoral staff obliquely with both hands. The abbot of Neath.

'[+ SI]GILL' ABBATIS . . . . . .'

Endorsed—'Compositio inter domum de Margan et domus de Neth facta per abbates exequutores . prima.' And later—'de metis feodi de Margam ultra Avan et Kellygar.'

## CCCXXX.

## CUSTOMS LEVIED BY THE KING'S SERGEANTS OF SWANSEA CASTLE.

[From the Great Roll of the Pipe. 11 John. Rot. 16 b.]

[Brit. Mus., MS. Lansd. 219, f. 3.]

11 John. A.D. 1209—1210.

Anglici[1] et Walenses de Gohier debent . l. marcas et ii. chasceuros quod Rex eos quietos clamet de consuetudine quam servientes Regis de Castello de Sweinesei habuerunt comedendi cum predictis Anglicis et Walensibus.

(1) Vid. Nos. CCCXXII. CCCXXIII. Vid. etiam Add. MSS., 4,562. f. 262

## CCCXXXI.

## DOCKET OF THE ACCOMPT FOR THE HONOUR OF GLAMORGAN.

[From the Great Roll of the Pipe. 11 John. Rot. 16 b.]

[Brit. Mus., MS. Lansd. 219, f. 3.]

11 John. 1209—1220.

Falques[1] de Breaute . Johannes de Torsue pro eo, reddit compotum [to King John] de cli. de Honore de Glamorgan.

(1) Vid. etiam Add. MSS., 4,562, f. 262

## CCCXXXII.

## THE SAME.

[From the Great Roll of the Pipe. 12 John. Rot. 10 b.]

[Ibid., f. 4.] 12 John. A.D. 1210—1211.

Falques de Breaute . Joannes de Torsue pro eo, reddit compotum de cli de Honore de Glamorgan.

## CCCXXXIII.

## KING JOHN'S WRIT TO THE BAILIFF OF GLAMORGAN TO REINSTATE WILLIAM DE CARRIO IN HIS HOUSE OF CARRI.

[ROTUL. LIT. PAT., VOL. I., PART I., p. 92.]

21 MAY. 14 JOHN. A.D. 1212 or 1213.

Rex dilecto et fideli suo FALKESIO ballivo de GLANMORGAN etc. Sciatis quod reddidimus WILLELMO de CARRIO domum suam de CARRIO cum terris quas habuit die quo venimus ultimo usque PENBROC' ad transfretandum in HYBERNIAM . anno regni nostri xij$^{mo}$. Et ideo vobis mandamus quod domum illam cum terris illis que sunt in balliva vestra ei habere faciatis etc.

Teste WILLELMO BRIWERR apud WESTMONASTERIUM . xxj. die Maii . anno xiiij$^{mo}$.

The name of Carrio for either person or place has not been recognised in Glamorgan. The reference is probably to Carew, in Pembrokeshire, and the writ addressed either in error to Glamorgan, or it may be that the then Bailiff of Glamorgan, who was much in John's favour, was in charge of all South Wales.

## CCCXXXIV.

## CHARTER OF THE COUNTESS ISABEL TO THE PRIORY OF BASSALECH, COUNTY MONMOUTH.

[NOV. MONASTICON, IV. 634.] 1213—1216.

Sciant presentes et futuri quod ego ISABELLA, comitissa GLOUCESTRIÆ et ESSEXIÆ, consensu et assensu domini mei GALFRIDI de MAUNDEVILLE, Comitis ESSEXIÆ et GLOUCESTRIÆ, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesiæ beatæ MARIÆ in ecclesia Sti. BEISILII juxta EBOD et monachis ibidem Deo servientibus pro anima JOHANNIS TRAVAIL qui ibidem in servicio nostro decessit, tres acras quas JOHANNES HAYERLEWINE tenuit;

tenendas et habendas in puram et perpetuam elemosinam in perpetuum liberos et quietos ab omni servicio et exactione seculari. Ut hæc autem libera mea concessio et confirmatio stabilis et illæsa permaneat, presens scriptum sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus . domino HENRICO comite de HERFORDE . WILLELMO BLUNDO . MORGAN de KARLION . RADULPHO de SWINNER tunc vicecomite . WALTERO de SULIE . WILLELMO de BERCEROLES . Magistro RADULPHO MAILOC . et multis aliis.

It is certain that a Blount married either the daughter or granddaughter of the last Avene, and inherited the large possessions of that ancient family. It is also known that the Blounts exchanged those possessions with Despenser, the Lord of Glamorgan, for lands, it is said, in the North of England, but who Blount was, or how nearly allied to the great English family of that name whose chief seat was in Staffordshire, and who had a cadet branch at Bitton, in Gloucestershire, is not known. Pedigrees of the family are sufficiently ample and numerous, but they do not notice the marriage.

Blund, or Blunt, was a name strong about Bitton, in Gloucestershire, where they held land under Henry de Newmarch, not unknown in Glamorgan. Morgan of Caerleon held the town and Castle under the Countess, and was a well-known Welsh chieftain. Walter de Sully was probably the Lord of Sully, whose daughter, Maud, married Morgan Gam de Avan, in 1276. Ralph Mailoc was an ecclesiastic, whose name makes a figure in the annals of Tewkesbury in connection with the Church of Llanblethian. Ebod is the river Ebbw.

Morgan Gam d 1240

## CCCXXXV.

## CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, TO MARGAM ABBEY, OF VARIOUS GRANTS IN NEWCASTLE, ETC.

[MARGAM CHARTER.] CHRISTMAS DAY, 1213.

Sciant tam p. q. f. quod ego LEISSANUS filius MORGANI concessi et hac mea carta confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam . omnes donationes quas eis fecerunt ROGERUS filius WIAN et fratres ejus . de tota terra ipsorum filiorum WIAN in meo feodo NOVI CASTELLI . ut habeant et teneant predicti monachi predictam terram libere et quiete ab omni servicio . consuetudine . et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest imperpetuum . per omnia sicut carte filiorum WIAN quas prefati monachi inde

habent testantur. Preterea concessi eisdem monachis et hac carta confirmavi quod nunquam ipsos monachos vexabo vel vexare permittam de orto suo in villa NOVI CASTELLI . quem eis WALTERUS LAGHELES dedit in puram et perpetuam elemosinam . Concessi etiam sepedictis monachis et hac mea carta confirmavi omnes donationes et confirmationes terrarum quas fecit eis MORGANUS pater meus et homines sui . et omnes donationes terrarum quas eisdem monachis fecerunt homines mei in feodo NOVI CASTELLI . ut habeant et teneant predictas terras in perpetuam elemosinam . per omnia sicut carte donatorum testantur. Et hec omnia ego et heredes mei predictis monachis warantizabimus in perpetuum. Concessi insuper eisdem monachis et hac mea carta confirmavi quod nunquam in posterum sepedictos monachos vel res ipsorum vexabo vel inquietabo pro redditu pre manibus accipiendo . de terris quas tenent in feodi NOVI CASTELLI . nec redditum ab ipsis monachis accipiam de eisdem terris . antequam veniat terminus in cartis ipsorum constitutus et nominatus. Et sciendum quod quando eis hanc cartam dedi . tunc ipsi monachi dederunt mihi XL[ta] solidos . anno scilicet incarnationis Domini M[o] CC[o] tercio decimo . ad natale Domini . et tunc eis remisi omnes querelas et calumpnias quas habui versus illos ante illum diem. Et ut hec mea concessio et confirmatio firma permaneat imperpetuum . eam presenti scripto confirmavi et sigillo meo roboravi. Insuper me hec omnia servaturum . salvos plegios inveni. Scilicet magistrum RADULFUM MAILOC . GILLEBERTUM de TURBERUILLA . WALTERUM LUUEL tunc constabularium de KENEFEG. Hiis testibus . magistro RADULFO MAILOC . GILLEBERTUM de TURBERUILLA . HENRICO de UMFRANVILLA . WALTERO LUUEL . ALAITHUR filio YTHENARD · GRIFFINO filio KNAITHUR . MADOC fratre ejus . et multis aliis.

Seal of Leysan ap Morgan, as in next deed, green wax.

'+ SIGILLWM . LEISAUN . FILII . [MOR]GAN.'

Endorsed—'Carta Leisani de redditu pre manibus nox exigendo.' 'Confirmatio terre in feodo suo de Novo Castello et de orto in villa Novi Castelli ex dono W. Laheles.'

## CCCXXXVI.

## CONFIRMATION BY LEISAN, SON OF MORGAN, OF ALL HIS FATHER'S AND HIS OWN GRANTS, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Oct. of SS. Peter and Paul. 6 July, 1213.

Sciant omnes tam p. q. f. quod ego Leisanus filius Margani concessi et hac karta mea confirmavi D. et B. M. de Margan et m. i. D. s. omnes donationes patris mei et hominum ejus et omnes donationes meas et hominum meorum sicut karte mee et karte eorum testantur. Et sciendum quod quando hanc kartam predictis monachis dedi remisi eis omnes querelas et omnes exactiones que fuerunt inter me et predictos monachos. Et pro hac concessione et confirmatione dederunt michi predicti monachi v. libras argenti in octava apostolorum Petri et Pauli anno incarnationis domini m°. cc°. xiij°. Remisi etiam eis terram eorum in territorio de Novo Castello quam injuste aravi et seminavi . scilicet Argolesull' et bladum ejusdem terre ut habeant et teneant eam et omnes alias terras suas libere et quiete cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis. Insuper juravi super sacrosancta ecclesie de Margan quod hec omnia predicta fideliter et firmiter observabo in perpetuum. Hiis testibus . Mauritio presbitero . Wilfrido presbitero . Radulfo clerico . Grifino ab Kneithur . Alaithur . Rogero ab Iuor . Radulfo Mailoc . Adam filio Ailwardi . Alewi Ruht . Roberto Samson . Thoma Asketil.

Seal, dark green wax, 2in. diam. A mounted knight galloping to the left, arm extended, sword uplifted.

Legend—' + sigillwm leisavn filii . morgan.'

Endorsed—' Leisan de Argolesille.'

## CCCXXXVII.

## SUIT OF REIMAND SON OF MARTIN FOR A KNIGHT'S FEE IN KADINGAN.

[Rotul. de Fin., I. 535.] 16 John. 1214.

Glamorgan. Reimand' filius Martini dat x. marcas ut possit deduci secundum consuetudinem Honoris de Glamorgan, de feodo unius militis cum pertinentiis in Kadingan, unde dicit quod Martinus pater ejus obiit saisatus.

Kadingan has not been identified; it has been supposed to be Cadoxton-juxta-Neath, but the name as it stands appears to be an error in the original transcript.

Martin was a Pembroke family of Baron's rank, holding also Combmartin, in Devon, but no Raymond appears in the pedigree.

## CCCXXXVIII.

## WRIT BY KING JOHN TO F. DE BREAUTE. THE KING HAS GIVEN ISABELLA COUNTESS OF GLOUCESTER (HIS DIVORCED WIFE) TO GEOFFREY DE MANDEVILLE, EARL OF ESSEX, WHO IS TO HAVE SEISIN OF THE HONOUR OF GLAMORGAN.

[Rotul. Lit. Pat., Vol. I., p. 109.] 26 Jan. 15 John. 1214.

Rex Falkesio de Breaute, etc. Scias quod dedimus Isabellam comitissam Gloucestrie cognatam nostram Galfrido de Mandevilla comiti Essexie cum omnibus terris tenementis et feodis ejusdem comitisse. Et ideo tibi mandamus quod eidem Galfrido de honore de Glanmorgan cum omnibus castris terris et tenementis et feodis et omnibus aliis ad honorem illum pertinentibus sine dilatione plenariam saisinam habere facias. et in hujus rei testimonium, etc., tibi mittimus. Teste me ipso apud Porecestriam, xxvi. die Januarii, anno regni nostri xv.

The family of Breaute is Norman, from William Sieur de Breaute, who founded two Chapels in Rouen Cathedral, and was father of Roger and Luce de Breaute, who married Jean Makerel Seigneur de Hermanville, whence descend the family of Hastings and Carleton [Moren II., 248]. Falk, or Foulkes de Breaute held Chilham, Kent, and was much employed by King John. Henry III., 1219, gave him the third

penny from the county of Devon, with the wardship of the son of the Earl [Rot. de Fin., 293, 301]. He was finally exiled, and died 1228. His daughter married Prince Llewelyn. He was John's Custos, and Sheriff for Glamorgan in 1207, and Ballivus Regis 1208. He held lands forfeited by the Welsh rebels, fining 100 marcs and two horses; half the money was paid in 1207. The Monks of Margam shared in the spoil and paid a similar fine [CCCXIV. and CCCXVI.]. As Serviens Regis, in 1207, he was directed to take security from Gilbert de Turberville for 50 marcs and a palfry, and to give him seizin of his dead father's land. He also, as Ballivus Regis, had credit with the Exchequer for £30 11s. 8d. for liveries for the King's servants for 20 days sojourn with him. Also, he is allowed for works at the Castles of Cardiff, Newport, and Neath, £58 18s. 6d. The general rule, when a Crown Castle needed repairs, was to called upon a jury to declare their extent, and to form an estimate of the cost. The repairs were executed by the Sheriff; the certificate is 'per visum of Galfrid de Caerdif, Gilbert the Palm-bearer, and Master William Carpenter.' John seems to have included Glamorgan in the Honour of Gloucester, to which Falk was appointed in succession to William Falais [Rot. de Fin., 293, 301].

Affixed to CCCII. is a fragment of an oval seal in brown wax with the figure of an Abbot. Falk had a brother living in 1224.

Upon King John's accession he divorced Countess Isabel, May, 1200, and at once married Isabel of Angoulesme, and in 1201 the Countess was allowed to hold her lands, 'sicut antecessores suos'; nevertheless, John continued to exercise the powers of Chief Lord, and to apply the revenues as he pleased for about 13 years, when he permitted the Countess, January, 1214, to marry Geoffrey de Mandeville, Earl of Essex, of which the record is here announced to the Custos of the Lordship. The sum charged against Geoffrey was a heavy one, 20,000 marcs, and nearly at the same time he was charged a similar sum on entering upon his Earldom. Nothing is here said of security for the Glamorgan payment, and two days later the same announcement is made to the free tenants of the Lordship, from whom probably some assistance was expected, on the part of their new Lord.

Shortly afterwards, Isabel commences her new reign by a gift to the Church of St. Basil, or Bassaleg, on the Ebbw, of three acres, to support an obit for an old servant. She styles herself Countess of Gloucester and Essex, whereas her husband is Earl of Essex and Gloucester. William de Berkerolles, of East Orchard, who was Lord of Bassaleg, witnessed the grant. De Mandeville died, 1216, childless, when Isabel married her third husband, Hubert de Burgh.

## CCCXXXIX.

## ROYAL MANDATE TO THE TENANTS IN THE HONOUR OF GLOUCESTER, TO OBEY THEIR NEW LORD, GEOFFREY DE MANDEVILLE, NEWLY MARRIED TO THE COUNTESS ISABEL.

[ROTUL. LIT. PAT., I. 109.] 28 JAN. 1214.

Rex omnibus militibus et libere tenentibus de Honore GLOUCESTRIE, etc. Sciatis quod dedimus ISABELLAM comitissam GLOUCESTRIE cognatam nostram GALFRIDO de MANDEVILLA comiti ESSEXIE in uxorem, cum omnibus terris et

tenementis et feodis ejusdem comitisse. Ita tamen quod excaete et custodie que inde exciderunt ante tempus hujus concessionis illis remaneant quibus eas assignavimus salvo inde ipsis GALFRIDO et ISABELLE servicio suo. Et ideo vobis mandamus quod eidem GALFRIDO tanquam domino vestro sitis intendentes. Et in hujus rei testimonio, etc., vobis transmittimus. T. me ipso apud PORECESTRIAM XXVIII. die Januarii, anno regni nostri XV.

## CCCXL.

## WRIT BY KING JOHN TO F. DE BREAUTE. THE KING HAS COMMITTED TO W. EARL MARSHAL THE CASTLES OF CARMARTHEN, CARDINAN, AND GOWER.

[ROTUL. LIT. PAT., VOL. I., p. 109.] 29 JAN. 15 JOHN. A.D. 1214.

Rex FALKESIO de BREAUTE etc. Sciatis quod commissimus dilecto et fideli nostro W. comiti Marescallo castra de KAERMERDIN . CARDINAN et GOHER cum omnibus pertinentiis suis custodienda quamdiu nobis placuerit. Et ideo vobis mandamus quod eidem WILLELMO predicta castra de KAERMERDIN . CARDINAN et GOHER cum omnibus pertinentiis suis sine dilatione liberetis. Et in hujus rei testimonium etc. vobis mittimus. Teste me ipso apud PORECESTRIAM . XXIX. die Januarij . anno regni nostri . XV°.

## CCCXLI.

## THE SAME.

[ROTUL. DE FIN., p. 522.] A.D. 1214.

De fine quem WILLELMUS Mar[escallus] fecit cum domino Rege pro CASTRO de HAVERFORD pardonavit ei dominus Rex cc. marcas pro custodia castrorum KAERMERDIN et KARDIVAN et GOHER cum pertinenciis. Et mandatum est baronibus de saccacio quod in prima pacatione facta de centum marcas et secunda pacatione de aliis centum marcas inde quiete esse faciant. Teste Rege apud PORC' XXXI. die Januarii.

Kardivan in this is Cardinan in the preceding document.

## CCCXLII.

## CHARTER OF CONFIRMATION BY THE COUNTESS ISABEL TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] 1214—1216.

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego Isabel . comitissa Gloucestrie et Essex' consilio et consensu domini mei Gaufridi de Mandeuilla comitis Gloucestrie et Essex concessi et dedi hac presenti carta mea confirmavi pro salute animarum nostrarum et antecessorum et successorum nostrorum Deo et beate Marie de Margan et monachos ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras in feudo de Kenefeg. Scilicet totam terram Peitevini per divisas suas cum pertinentiis suis . Et totam terram Hugonis de Hereford per divisas suas . Et totam terram Wallensium pro qua solebant reddere annuatim xxx^{ta} ii. solidos baillivis de Kenefeg . Et totam moram de Havedhaloc inter duas aquas scilicet Kenefeg et Baithan . tenendas de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servitio consuetudine et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius et quietius potest teneri. Preterea concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes quas eis fecerunt Robertus comes avus meus et Willelmus comes pater meus . scilicet omnes terras cum pertinenciis suis inter Kenefeg et ulteriorem ripam aque de Avene ulterioris que est ad occidentem hermitagii Theodorici . et sicut montana tendunt a sursa aque de Kenefeg usque ad locum Middelcros et inde in transversum usque ad Blainnant Disculva et inde usque ad Ridkevelechy et inde sicut Avene descendit in mare . Et totum wrek inter Avene et Kenefeg . Et unum burgagium in Kenefeg . Et unum burgagium in Kardif . et unum burgagium in Novo Burgo . Et unum burgagium in Bristollia. Insuper etiam concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes liberorum hominum meorum. Scilicet terram Sturmy per divisas suas cum pertinenciis suis . unde habent confirmationem patris mei . Et quicquid habent ex dono Gilleberti Grammus et

heredum ejus . Et quicquid habent ex dono burgensium de KENEFEG et liberorum hominum in villa de KENEFEG vel extra in eodem feudo . Et ex dono MORGANI filii OWENI HAVEDHALOC . Et totum feudum de LANGEWI ex dono DAVID SCURLAG et antecessorum et heredum ejus . et concessione NICHOLAI POINZ sicut carte ipsorum testantur . Et quicquid habent ex dono PAGANI de TURBERVILL' et heredum ejus in KOITHKARTH . Et ex dono filiorum HERBERTI . KILLECULUN per divisas suas . Et quicquid habent ex dono MORGANI filii CARADOCI et heredum ejus in marisco de AVENE et BEREGES et ROSSAULIN et PULTHIMOR apud LANDMEUTHIN . Et communam pasturam in montanis inter THAF et NETH . et terram WALTERI LAGELES apud LAGELESTON . Et ex dono WILLELMI de LOND' et heredum ejus totam terram de EGLISKAINWIR cum pertinenciis suis sicut carte ipsorum testantur . Et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLA et heredum ejus apud LANDMEUTHIN. Etiam XII. acras quas ibidem habent ex dono URBANI sacerdotis de PENDIUELIN . Et ex dono HUGONIS de LANDKARVAN et heredum ejus XXXIII. acras . Et ex dono ADAM de SUMERY XII. acras . Et ex dono JORVARTH filii JUSTIN III. acras . Et quicquid habent ex dono JOHANNIS de BONEVILESTON et heredum ejus aput BONVILESTON . Et ibidem ex dono TEMPLARIORUM XL[a.] acras . Et ex dono MAREDU et heredum ejus communam terre sue in boscis et pasturis quantum opus habuerint ad grangiam suam de LANDMEUTHIN . Et quod habent ex dono ROBERTI SANSON' in feudo Sancti NICHOLAI . Et quicquid habent ex dono burgensium de KARDIF vel liberorum hominum in eadem villa vel extra.

Hec omnia concessi predictis monachis et confirmavi . habenda et tenenda imperpetuum sicut carte donatorum quas inde habent testantur. Quare volo et firmiter precipio . quod predicti monachi de MARGAN habeant et teneant omnia predicta bene et in pace libere et quiete integre et plenarie et honorifice in bosco et plano in viis et semitis in aquis et molendinis in vivariis et stagnis in moris et mariscis in turbariis et piscariis in pratis et pasturis et in omnibus aliis locis et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Concessi etiam et

confirmavi eis omnes alias donationes venditiones et invadiationes eis rationabiliter factas vel faciendas sicut carte donatorum venditorum et invadiatorum quas inde habent vel habituri sunt testantur vel testabuntur. Hiis testibus . domino HENRICO LANDAVENSE episcopo . URBANO LANDAVENSE archidiacono . NICHOLAO POINZ . HENRICO de UMFRAMVILLA . JOHANNE de Sancto QUINTINO . WALTERO de SULLIE . RADULFO de SUUYNESHEVED tunc vicecomite . RICARDO FLAMANG' GILLEBERTO de TURBERVILLA . WILLELMO de CANTILUPO . WILLELMO le SOR . RADULFO MAILOK et multis aliis.

Seal in dark green wax, a rounded oval, about $3\frac{1}{2}$in. by 2in. Device, a female figure standing, full-faced, girt at the waist; the forearms extended, with long hanging sleeves. In the right hand a lily, the left hand gone.

Legend—' [ . . . . . UM . ISABEL] . COMI . . . . [GLOECEST] . . . MORETUN . . .'

Counterseal, impression of an antique oval intaglio gem, bearing an imperial bust to the right, below it an eagle, at each side a standard topped with a figure of Fortune, saluting the imperial head on the right; Victory placing a wreath on the head, on the left.

'+ EGO SU' AQ'LA CUSTOS D'NE MEE.'

The seal is of much interest. It appears to bear the full inscription of 'Sigillum Isabelle Comitis Gloucestrie et Moretunie,' and was therefore anterior to the divorce. Isabella, third daughter and co-heir of William, Earl of Gloucester, has her pedigree and marriages set out below, in explanation of these titles, and that of Countess of Essex in the exordium of this Charter

William, Earl of Gloucester.=
ob. 1173.

Mabel. | Amicia. | (1) John, Earl of Moreton,=ISABELLA=(2) Geoffrey de Mandeville.=(3) Hubert de Burgh, ob 1243.
(1) John, Earl of Moreton, afterwards King. Divorced before 1200.
(2) Geoffrey de Mandeville, Earl of Essex, about 1213-14, ob. 1216.
(3) Hubert de Burgh, ob 1243.

## CCCXLIII.

## GRANT BY MORGAN, SON OF OWEN, TO MARGAM ABBEY, OF ALL HIS LAND OF HAVEDHALOG, BETWEEN THE WATERS OF KENEFEG AND BAITHAN.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1215.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego MORGANUS filius OWEN' consilio et consensu parentum et heredum meorum dedi et concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie B. M. de M. et m. i. D. s. i. p. e. totam terram meam de HAVEDHALOG que jacet inter duas aquas scilicet KENEF'. et BAITHAN . et vadit in montana usque ad crucem que sita est juxta magnam viam . per easdem divisas per quas unquam eam melius et plenius tenuit OWEINUS pater meus . habendam et tenendam de me et heredibus meis inperpetuum . reddendo inde michi et heredibus meis annuatim solummodo viginti solidos . octavo scilicet die ante natale Domini pro omni servicio . consuetudine et seculari exactione. Hanc autem terram dedi eis cum bosco et plano . cum moris et mariscis . cum pratis et pasturis . in longum et latum . cum omnibus pertinentiis et libertatibus salvo mihi et heredibus meis annuo redditu viginti solidorum sicut predictum est. Et ego et heredes mei hanc donationem nostram prefatis monachis warantizabimus contra omnes homines tam propinquos quam extraneos inperpetuum. Et si aliquid servicium de prefata terra aliquando requisitum fuerit . ego et heredes mei illud omnino faciemus et acquietabimus. Et sciendum quod ego MORGANUS affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAM juravi quod hec omnia predicta fideliter et sine dolo servabo et tenebo predictis monachis inperpetuum.

Hiis testibus . domino GERVASIO MENEVENSI episcopo . MARTINO MENEVENSI archidiacono . HOEL' ab TRAHARN . GRIFFINO ab MEURIC . RICARDO ab MOREDU'. MORGANO KAM . ALAITHUR . REIMUNDO de SULIE . WILLELMO de SUMERY . WILLELMO de REIGNY . WILLELMO de CANTEL . PETRO BUTELLER' . WALTER

Luuel . magistro Radulpho Mailoc . Willelmo Luuel . Thoma clerico . Roberto Samson . Reso Koch . Griffino ab Kanaithur . et multis aliis.

Seal, green wax, pointed oval. An ornamental fleur-de-lis.

'+ s' morgani . ab oein.'

Endorsed—'Carta Morgani filii Oweni de Hauodhaloch,' and in a later handwriting, 'Circa 1215.'

## CCCXLIV.

## GRANT BY PHILIP, SON OF WURKENI, OF TEN ACRES OF LAND TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 D. 22.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Philippus filius Wurkeni dedi abbati et monachis de Margan in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione x$^{cem.}$ acras terre de terra quam comes dedit mihi et aliquantulum eo amplius. Scilicet inter viam que vadit inter terram meam et terram Pagani de Turbervilla et fossatum quod descendit ab eadem via inter terram meam et terram Willelmi Scurlage usque ad metas in signum positas in planitie ejusdem campi versus orientem, et hinc usque ad bosculum recta linea qui est in descensu versus aliam viam que vadit inter terram meam et terram Willelmi Scurlage. Hanc totam terram dedi eis in terra arabili et pratis et morosis. Testes. frater Rogerus cellararius de Margan . Jordanus et Ricardus de Bada fratres de Margan . Gilebertus presbiter de Novo Castello . Walterus Laheles . Normannus prepositus . Eilmerus palmerus . Codwinus de Novo Castello . Rodbertus nepos meus.

A pointed oval seal, 2¼in. by 1¼in , in a fine style of work, in bright red wax. Device, a dexter hand and arm, issuing from the proper left, holding a lance-flag.

Legend—'+ sigill' filippi f' wurkeni.'

Endorsed—'Carta Philippi filii Gurgeni.'

## CCCXLV.

## GRANT BY PHILIP, SON OF WRGEN, OF TEN ACRES OF LAND TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

[Sc]iant omnes presentes et futuri quod ego Philippus [filius] Wrgeni . de[di] abbati et monachis de Margan . in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . [x. a]cras terre de terra quam comes dedit michi . et aliquantulum eo amplius . scilicet . inter viam que vadit inter terram meam et [terram] Pagani de Turbervilla . et fossatum quod descendit ab eadem via inter terram meam et terram . W. Scurlag' . usque [ad meta]s in signum positas . in planicie ejusdem campi versus orientem . et hinc usque ad bosculum recta linea [qui est in] descensu versus aliam viam que vadit inter terram meam et terram . W. Scurlag'. Hanc totam terram. . . . . . . . terra arabili et pratis et morosis. Testibus.

Entitled—'Carta Philipi filii Wrgeni de x. acris.'

There is another copy of this Charter giving witnesses. See No. CCCXLIV.

## CCCXLVI.

## GRANT BY CARADOC VERBEIS TO BROTHER MEILER AND THE BRETHREN OF PENDAR, OTHERWISE MARGAM, OF LAND BETWEEN THREE WATERS, FRUTSANANT, CLEUDAC, AND NANTCLOKENIG.

[Margam Charter.] Circa 1147.

Sciant omnes tam presentes quam posteri quod ego Caradoc Verbeis dedi Deo et Sancte Marie et ordini Cisterciensi et fratri Meilero . et fratribus de Pendar terram meam totam que jacet inter tres aquas . scilicet Frutsanant et Cleudac et Nantclokenig in bosco et in plano . qui boscus Hlowenroperdeit

nominatur . hanc terram totam dedi eis in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari exactione . concedentibus MARGAN et CADUWALAN et MERIEDOC . filiis CARADOCI . de quorum feudo terra illa erat et concedentibus fratribus meis . scilicet JOAF . et GRUNU . et MEURIC . et filio meo . et uxore mea GLADUS . qui omnes abjuraverunt terram predictam cum omnibus parentibus suis. Et si contigerit quod aliquis calumpniatus fuerit terram illam . ego et omnes parentes mei stabimus pro fratribus ad warezizandum (*sic*) eam illis. Pro hac donatione dederunt mihi MEILERUS et fratres de PENDAR . xx^ti.^ solidos. Hanc etiam pactionem confirmavi sub juramento et sub sigillo domini mei MORGAN filii CARADOCI quia ego sigillum non habui. Hujus rei testes sunt Magister PETRUS de LANDAF et JOAF EDIGHET . et ROGERUS filius ENIAN . et KELIN WENDOT . et JERVERT filius MADOC . et JOHAN LANDAF . MAREDUD filius OWENI . ENIAUUN presbiter de PENTIRECH . PHILIPPUS clericus frater ejus . RIS filius JOAU . ADAM filius MEILERI.

Seal, red wax, 2in. diam. Equestrian type. Variant.

Legend—'+ SIGILLUM MORGANI FILII CRATOCI.'

Endorsed—'Carta Cradoci Verbeis.'

Caradoc Verbeis.=Gladus. | Joaf. | Grunu | Meuric.

The Caradoc whose sons are mentioned was the Lord of the fee.

## CCCXLVII.

## MEMORANDUM AS TO CANAYTHEN AB ROBERT AB EYNON, AND HOW HE ACQUIRED ROSSOWLIN AND GRANTED IT TO MARGAM ABBEY.

[COLL. TOPOG. ET GEN. V. 20.]

CANAYTHEN primo dedit terram de ROSOWLIN domui de MARGAN consensu domini sui et postea factus ei conversus vir . . . et tutissime vixit omnibus diebus vite sue.

MORGAN ab CRADOC tradidit CANAYTHEN filium ROBERTI ab EYNON obsidem pro se domino suo WILLIMO comiti GLOVERNIE [et] per modicum tempus rebellavit contra dominum suum.

Hoc audito comes precepit erruere oculos obsidis et remittere ad .... In recompensatione oculorum MORGAN dedit ei terram de ROSSOWLIN et ille ex consensu domini sui dedit ecclesie beate MARIE de MARGAN.

[1] The original is endorsed in red ink upon one of the cartulary rolls of Margam, and is supposed by Mr. Traherne to have been taken from the register at Neath, extant at St. Donats in 1574, but now lost.

[2] Rossowlin, now Resolven, lies in the vale of Neath. Bryn Kynhaythwydd occurs in an old survey of it. A rude cross, on which the words 'proparavit hanc' are alone legible, is attributed to Canaythen' Coll Top

## CCCXLVIII.

## ROYAL ORDER TO JORDAN DE SAUKEVILLA RESPECTING THE WINES AND CHATTELS OF MEN OF DUBLIN AND DROGHEDA IN A SHIP OF CARDIFF ARRESTED AT PEMBROKE.

[ROTUL. LITT. CLAUS., VOL. I., p. 271.] 19 MAY. 17 JOHN. 1216.

Rex JORDANO de SAUKEVILLA etc.

Mandamus vobis quod vina et catalla proborum hominum nostrorum de DUBLINIA et de DROGHEDA que sunt in navi inimicorum nostrorum de KAERDIF quam arestatis apud PENBROCIAM . eisdem hominibus nostris sine dilatione deliberari faciatis . navem illam ad opus domini vestri WILLELMI marescalli comitis PENBROCIE [retinentes] . et ita quod dicti homines nostri eidem domino vestro rationabile inde frettum faciant.

Teste me ipso apud FOLKESTANUM . xix. die Maii.

## CCCXLIX.

## GENERAL CONFIRMATION TO MARGAM BY ISABELLA, [DOWAGER] COUNTESS OF GLOUCESTER AND ESSEX, DURING HER SECOND WIDOWHOOD.

[MARGAM CHARTER.] POST 1216.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego YSABELLA comitissa GLOUCESTRIE et ESSEXIE in libera viduitate mea concessie et hac presenti carta mea confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. in puram et perpetuam elimosinam omnes donationes . concessiones et confirmationes quas eis fecit ROBERTUS comes GLOUCESTRIE avus meus . et WILLELMUS comes GLOUCESTRIE pater meus . scilicet omnes terras cum pertinentiis suis inter KENEFEG et ulteriorem ripam aque de AVENE ulterioris que est ad occidentem hermitagii THEODORICI . et sicut montana tendunt a sursa aque de KENEFEG usque ad locum MIDDELCROS . et inde in transversum BLAINANT DISCULUA et inde usque ad RIKEVELECHI . et inde sicut AVENE descendit in mare . et totum wrec inter AVENE et KENEFEG . et unum burgagium in KAERDIF . et unum burgagium in NOVO BURGO . et unum burgagium in BRISTOLLIA. Concessi eciam predictis monachis et confirmavi donationes liberorum hominum meorum . scilicet terram STURMY per divisas suas cum pertinenciis suis unde habent confirmacionem patris mei . et totum forinsecum servitium ejusdem terre STURMY ad me vel ad heredes meos pertinens eisdem monachis dedi in puram et perpetuam elemosinam . et relaxavi in perpetuum. Et quicqnid habent ex dono GILEBERTI GRAMUS et heredum ejus . et quicquid habent ex dono burgensium de KENEFEG et liberorum hominum in villa de KENEFEG vel extra in eodem feodo . et totum feodum de LANGEWI ex dono DAVID SCURLAGGE et antecessorum ejus. Et concessionem NICHOLAI PUINZ. Et totum forinsecum servitium ejusdem feodi de LANGEWI ad me vel heredes meos pertinens prefatis monachis dedi in perpetuam elemosinam. Et quietum clamavi et relaxavi in perpetuum preter

dimidiam marcam argenti quam pro warda et omni alio servitio ad me vel ad heredes meos pertinente annuatim nobis reddent . et terram Walteri Lageles . et quicquid habent ex dono liberorum hominum meorum vel antecessorum suorum in feodo Novi Castelli . et quicquid habent ex dono Pagani de Turbervilla aut heredum ejus in Koithkarth. Et ex dono filiorum Herberti Kithleculum . per divisas suas cum pertinenciis suis et forinsecum servicium scilicet . tres . solidos . et sex . denarios qui de eadem terra reddi solebant ad coquinam cum omni alio servitio ad me vel ad heredes meos pertinente eisdem monachis dedi et relaxavi in puram et perpetuam elemosinam . et ex dono Morgan filii Oeni Hevedhaloc . et quicquid habent ex dono Morgan filii Caradoci vel heredum ejus in marisco de Avene et Berghes et Roshaulin . et communem pasturam in montanis in Thaf et Neth . et terram que appellatur Pultimor apud Landmeuthin. Et si aliquid forinsecum servitium pertinuerit michi vel antecessoribus meis de ipsa terra de Pultimor . illud totaliter dedi et remisi prefatis monachis in puram et perpetuam elemosinam et quietam clamavi in perpetuum . et ex dono Willelmi de Lond[oniis] vel heredum ejus totam terram de Egleskeinwer cum pertinenciis suis sicut carte quas inde habent testantur . et decem solidatas terre apud Marcros ex dono Philippi de Marcros . et quicquid habent ex dono Henrici de Umfranvilla vel heredum ejus apud Landmeuthin . et Bradintona . et duodecim acras quas habent ex dono Urbani sacerdotis de Pendiuelin et ex dono Hugonis de Lankeruan triginta tres acras . et ex dono Ade de Sumery quodecim acras . et ex dono Joreuarch filii Justini duas acras . et quicquid habent ex dono Johannis de Bonevilla et heredum ejus apud Bonevill[ston] . et ex dono Templariorum quadraginta acras ibidem . et ex dono Moreduh communam terre sue in boscis et pasturis quantum opus habuerint ad usum grangie sue ad Landmeuthin . et quicquid habent ex dono Roberto Sansun in feodo Sancti Nicholai . et quicquid habent ex dono burgensium de Kaerdif vel liberorum hominum in eadem villa vel apud Listelebon. Preterea dedi eisdem monachis communam in toto

marisco meo ad occidentalem partem ville de KAERDIF inter TAF et ELEY. Ita quod pro singulis capitibus animalium suorum tantum reddent michi et heredibus meis annuatim quantum burgenses de KAERDIF pro singulis capitibus animalium suorum reddere solebant baillivis de KAERDIF tempore patris mei.

Hec omnia concessi et hac carta confirmavi prefatis monachis habenda et tenenda in perpetuum per omnia. Concessi eciam eis et confirmavi omnes alias donationes . venditiones . et invadiationes eis rationabiliter factas vel faciendas. Quare volo et precipio quod dicti monachi habeant et teneant omnia predicta . bene . et in pace . libere . et plenarie . et honorifice . in bosco et plano . in viis et semitis in aquis et molendinis in vivariis et stangnis . in moris . et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis cum omnibus pertinenciis et libertatibus suis sicut predictum est. Hiis testibus . HENRICO de FURNEAUS . WILLELMO de TICHES' . domino WILLELMO canonico de KAINESHAM . NICHOLAO priore de MARGAN . JOHANNE monacho de NETH . ERNALDO converso de MARGAN . MARTINO hostiario . JOHANNE de SWINESHEVED . et multis aliis.

The fine but imperfect oval seal of the Countess bears on the obverse, which is about 3½in. by 2in., a full-length figure of the lady in a tightly-fitting dress, with long maunches at the wrists.

'[+ S]IGILL[UM] . . . . . [CO]MITIS[SE] . . . . [GLO]ECE[STRIE].'

On the reverse a small oval counterseal, 1¼in. by ⅞in., bears the impression of an antique oval intaglio gem. An imperial eagle between two standards.

'+ . . . . . . [A]Q'LA . CUSTOS . D'NE . MEE.'

It is appended to the charter by a variegated bobbin, hanked in the middle of the seal where the fracture took place.

Endorsed at various times—'Ysabele generalis confirmacio.' 'Avan Berches et Pultimor . wreckum inter Anan et Kenfigg.'

This must have been granted during Countess Isabella's second widowhood, after the death of Earl Geoffrey, 1216, and before her marriage with Hubert de Burgh, who died 1243.

## CCCL.

## CONFIRMATION BY THE COUNTESS ISABELLA OF LANDS AND PRIVILEGES TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] Sine Dato.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Ysabella comitissa Gloucestrie et Essexie in libera viduitate mea dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus pro salute mee et antecessorum et successorum meorum et domini comitis Galfridi de Mandevill' quondam mariti mei in puram et perpetuam elemosinam has terras in feodo de Kenefeg. Scilicet totam terram Peitevini per divisas suas cum pertinenciis suis; et totam terram Hugonis de Hereford cum pertinenciis suis et totam terram Walensium pro qua solebant reddere annuatim triginta duos solidos ballivis de Kenefeg' et totam terram de Hevedhaloc inter duas aquas scilicet Kenefeg' et . . . . . . . . Habendas et tenendas de me et heredibus meis inperpetuum libere et quiete ab omni servicio consuetudine et exaccione sicut ulla elemosina libere et quiete potest teneri. Preterea remisi eis et quietum clamavi inperpetuum totum forinsecum servicium de feodo de Langewy in omnibus que ad me vel heredes meos vel antecessores de eodem servicio pertinent vel pertinere solebant, preter dimidiam marcam argenti quam sol[ebant reddere] pro omni forinseco servicio ad nos pertinente . reddendo annuatim mihi et heredibus meis . . . . . . Preterea de omnibus tenementis que prefati monachi tenent de liberis hominibus meis tam militibus quam aliis totum forinsecum servicium militis sive venatoris vel al . . . . . . servientis . . . . . . quod ad antecessores meos pertinere solebat vel quod ad me vel heredes meos pertinet eisdem monachis relaxavi et quietum clamavi inperpetuum. Preterea dedi eisdem monachis in perpetuam elemosinam communem pasturam in toto marisco meo ad occidentalem partem ville de Kaerdif. Ita quod pro singulis capitibus animalium suorum . . . . . . . . . michi reddent

annuatim et heredibus meis quantum burgenses de KAERDIF reddere solebant pro singulis capitibus animalium suorum annuatim ballivis de KAERDIF tempore WILLELMI comitis GLOUCESTRIE patris mei. Ut autem hec mea donatio firma et stabilis sit in perpetuum eam presenti carta mea confirmavi et sigilli mei appositione munivi. Hiis testibus . SAIHERO de QUENCY comite WINTON' . HENRICO de FURNELL' . WILLELMO de TICHES' . MARTINO hostiario . JOHANNE de SWINESHEVED . WILLELMO canonico de KAINESHAM . NICHOLAO priore de MARGAN . fratre THOMA converso . THOMA [PIRUM ?] . et multis aliis.

## CCCLI.

## DECLARATION BY CLEMENT, ABBOT OF NEATH, OF THE GRANT TO NEATH ABBEY BY PHILIP DE MARCROSS OF LAND IN MARCROSS.

[MARGAM CHARTER.] OB. 1218.

Universis ad quorum noticiam presens carta pervenerit. Frater CLEMENS dictus abbas de NETH . totusque loci ejusdem conventus . salutem.

Universitati vestre significamus quod PHILIPPUS de MARCROS dedit nobis . XXXVI. acras terre in feudo suo de MARCROS . tenendas libere et quiete ab omni servitio et seculari exactione . exceptis VI. solidis . argenti quos annuatim reddemus ad festum Sancti MICHAELIS . domui de MARGAN pro predicta terra. Et ut de pensione ista monachos prenominate domus securos faciamus . hanc presentem cartam sigillo nostro munitam illis dedimus . spondentes quod quamdiu prenominatam terram tenuerimus . predictam pensionem singulis annis illis persolvemus. Hiis testibus.

Entitled—' Carta Abbatis de Neth de VI. solidis nobis persolvendis.'

A Clemens was also Prior of Neath in 1201, and P. de Marcross witnessed charters between 1201 and 1230.

## CCCLII.

## FROM THE ACCOUNTS OF THE HONOUR OF GLAMORGAN, TEMP. JOHN.

[Brit. Mus., Add. MSS., 4,561, f. 347.]

Titulus—'Honor de Glamorgan.'

Idem [id. est. Falkes de Breaute] reddit compotum de . v. marcis de Hereberto de S. Quintino pro convincendis [for conveniendis] . xij. per xxiiij. de assisa novæ dissaisinæ arainiatæ inter ipsum Herebertum et Stephanum de S. Hylario.

Vid No. CCXCI.

## CCCLIII.

## ACCOMPTS FOR WORK AT CARDIFF CASTLE, Etc.

[MS. Lansd. 219, f. 6.]

Honor de Glamorgan. Circa 1216.

Falkes de Breaute reddit compotum de lxxv$^{li.}$ scilicet de termino Paschæ anni noni . et termino Sancti Johannis et Sancti Michaelis. In thesauro nichil, et ipsi Regi in camera sua c. marcas per breve Regi apud Wudestok . et in liberationibus servientium morantium cum eodem Falk' xxx$^{li.}$ et xi$^{s.}$ et viij$^{d.}$ per xx. dies per breve Regis. Et in operatione trium castellorum . scilicet Caerdiff . Noburg (for Novo Burgo) . et Neth lviij$^{li.}$ et xviij$^{s.}$ et vj$^{d.}$ per breve Regis et per visum Galfridi de Caerdif . et Gileberti Palmerio (*sic*) et magistri Willelmi Carpentarij et Elye de Neth.

Titulus—' Honor de Glamorgan.'

Vide etiam 'Add. MSS., 4,561. f. 347.' et No. CCCX

## CCCLIV.

## GRANT IN TAIL BY JOHN, ABBOT OF MARGAM, TO ROBERT CURTEYS, OF LAND HELD OF RICHARD DE DUNSTERRE.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1216.

Universis CHRISTI fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris frater JOHANNES dictus abbas de MARGAN et ejusdem loci conventus eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse ROBERTO CURTEYS tres acras terre et dimidiam quas habuimus de RICARDO de DUNSTERRE habendas et tenendas de nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis de se procreatis libere et quiete bene et in pace in perpetuum . reddendo inde annuatim quatuor denarios et unam libram cimini vel duos denarios pro omni servicio ad festum Sancti MICHAELIS. Ita tamen quod predictam terram nemini vendere poterunt nec alienare. In hujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus. RICARDO clerico de KENEFEG . WILLELMO COLE . WILLELMO FRANKELEYN . HENRICO de NETH . et multis aliis.

Seal of the abbot: pointed oval, the Abbot, half-length, with staff in the right hand. $1\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in.

'. . . . . . . . M. . BBA. . . . . . . . . . .'

Endorsed—'Hec fuit carta Roberti Curteis de tribus acris et dimidia . quam terram nobis resignavit.'

## CCCLV.

## GRANT BY RICHARD DE DUNESTER TO MARGAM ABBEY OF A BURGAGE, ETC., IN KENFIG.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1216.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . RICARDUS de DUNESTER salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu uxoris mee et heredum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari burgagium meum in villa de KENEFEG . cum terra mea juxta castellum ejusdem ville . et unam acram terre extra villam juxta malederiam. Et ego warantizabo predictis monachis hoc totum contra omnes homines. Testibus . THOMA Capellano de KENEFIG . OSMERO CUUIAN . WALTERO LUUEL . DAVID filio HELY . WASMERO . TOMA filio RICARDI . ROBERTO filio RADULPHI et ROGERO fratre ejus . WALTERO de SABULO.

Seal dark wax, a lozenge, ¾in. square, with a sort of fleur-de-lis. No legend.

Entitled—' Carta Ricardi de Dunestor de Burgagio suo in Villa de Kenef.'

## CCCLVI.

## CONFIRMATION BY HENRY, BISHOP OF LLANDAFF, OF THE LANDS OF HAUDHALOC AND ROSSAULIN, THE CHAPELS OF HAUDHALOC AND ROSSAULIN, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] BEFORE 1218.

CONFIRMACIO DOMINI HENRICI LANDAVENSIS EPISCOPI DE HAUDHALOC ET ROSSAULIN . ET DE CAPELLIS EARUM.

HENRICUS Dei gratia LANDAVENSIS episcopus . archidiaconis . decanis . personis . vicariis omnibus tam clericis quam laicis in sua diocesi constitutis salutem et benedictionem.

Universitati vestre notum facimus quod nos divine intuitu pietatis . paci et quieti monachorum de MARGAN infuturum prospicientes . confirmamus ec. S. M. de MARGAN et m. i. D. s. terram de HAUDHALOC cum omnibus pertinenciis suis sicut carte donatorum testantur. Et terram de ROSSAULIN cum omnibus pertinenciis suis s. c. d. t. Et capellam de HAUDHALOC c. o. p. s. Et capellam de

Rossaulin cum omnibus pertinenciis suis liberas et quietas ab omni servicio et exaccione et consuetudine tam ecclesiastica quam seculari. Hec omnia predictis monachis sigilli nostri appositione et testium inscriptione confirmamus auctoritate qua fungimur sub anathematis attestatione inhibentes nequis predictis monachis contra cartas donatorum seu privilegiorum suorum tenorem . vexationem . molestiam aut gravamen inferre presumat. Hujus confirmationis testes hii sunt . Nicholaus thesaurarius de Landavia . Ricardus decanus de Bonevilest' . Helyas decanus de Novo Castro . magister Rogerus de Culn' . magister Walterus de Bergeveni . Robertus de Bergeveni . Johannes frater domini episcopi . Phillipus de Marcros.

For the Bishop's licence to Margam to celebrate at Rossaulin Chapel see No. CCCXC

For a quit-claim of the Chapel of Havedhaloc by Philip, the priest there, and John his nephew, to Margam, see No. CCLIV.

## CCCLVII.

## AGREEMENT CONCERNING LAND AT BRADINGTON BETWEEN HENRY DE UMFRAMVILLE AND MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 D. 14.] 1217.

Cy——ro——gra——phum.

Sciant presentes et futuri quod ita convenit inter Henricum de Umframville et monachos de Margan anno incarnationis domini m°. cc°. xvij°. quod scilicet idem Henricus remisit totam calumpniam quam habuit adversus eos de terra de Bradingtone cum pertinenciis suis, et idem Henricus recepit pre manibus totam firmam suam viginti annorum de eadem terra. De quibus xx. annis, octo anni tunc fuerunt elapsi, et duodecim anni adhuc erant venturi, unde predicti monachi quiti sunt usque ad terminum duodecim annorum futurorum perimpletum, nec reddent predicto Henrico aliquam firmam pro eadem terra ante Passcha anni supradicte incarnacionis m°. cc°. xxx°. et si forte aliquis diracionaverit illam terram de predictis monachis infra predictos xij annos, prenominatus

Henricus vel heredes sui redditum cujuslibet anni de predictis xij. annis reddet eis quamdiu illam non poterunt warantizare. Hiis testibus . Oeno decano. Magistro Radulpho Mayloch . Willelmo de Renny . Raimundo de Sull' . David de Burhull' tunc vicecomite de Kaerdif . Roberto Sampsonis . Willelmo de Lichefeld . Nicholao et Waltero monachis de Margan . Gaufrido monacho de Neht . et multis aliis.

Small seal ; a rose of seven leaves.

'+ secretum . henrici.'

Bradington, an unknown place, eight years of the lease had expired, leaving 12 to run and for which the Monks had paid the whole sum. Oeno, is probably Rural Dean. Renny, is de Reigni. David de Burhull, Sheriff, is a name otherwise unknown.

## CCCLVIII.

### CONFIRMATION BY AMICIA, COUNTESS OF CLARE, WIDOW, TO MARGAM ABBEY, OF THE GRANTS MADE BY ROBERT, EARL OF GLOUCESTER, HER GRANDFATHER, WILLIAM, EARL OF GLOUCESTER, HER FATHER, AND GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, HER SON.

[Margam Charter.] 1217—1236.

Confirmatio Amicie comitisse de Clare in libera viduitate sua.

Sciant p. et f. q. ego Amicia comitissa de Clare in libera viduitate mea concessi et hac carta mea confirmavi D. et ec. B. M. de Margan et m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum omnes donationes . concessiones . et confirmationes quas eis fecerunt Robertus comes Glocestrie . avus meus et Willelmus comes Glocestrie . pater meus et Gilbertus de Clare comes Glocestrie et Hertfordie . filius et heres meus . ut prefati monachi habeant et teneant omnes predictas donationes in perpetuum . in omnibus et per omnia . sicut carte predictorum comitum . quas predicti monachi habent testantur.

Hiis testibus.

## CCCLIX.

## MANDATE BY GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, TAKING MARGAM ABBEY UNDER HIS PROTECTION.

[Margam Charter.] Circa 1218.

Protectio G. de Clare.

G. de Clare comes Glocestrie et Hertfordie . omnibus baillivis suis et liberis hominibus suis . Francis et Anglicis et Wallensibus salutem.

Sciatis quod abbas et conventus de Margan . et omnia tenementa et res ipsorum sunt sub custodia et protectione nostra. Et ideo firmiter precipimus quatinus eos et omnia sua custodiatis manuteneatis et defendatis tanquam dominica nostra propria et omnes libertates contentas in cartis eorum . eis a nobis aut antecessoribus nostris concessis aut datis conservetis illesas et ab aliis conservari faciatis. Et si eis in aliquibus forisfactum fuerit . plenariam inde justiciam eis sine dilatione faciatis. Valete.

(Birch, *Margam Abbey*, p. 236.)

## CCCLX.

## MANDATE BY GILBERT DE CLARE, FIFTH EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, TO THE SHERIFF OF GLAMORGAN, THAT HE DO NOT PERMIT THE ABBEY OF MARGAM TO BE IMPLEADED OF THEIR TENEMENTS OR SECULAR PROPERTY EXCEPT BEFORE THE EARL HIMSELF OR THE SHERIFF BY MANDATE OF THE EARL.

[Margam Charter.] 1218—1229.

G. de Clare comes Glocestrie et Hertford' . vicecomiti de Glamorg' salutem.

Mandamus tibi quod non permittas quod abbas et monachi domus nostre de MARGAN qui sunt de speciali elemosina nostra ponantur in placitum de tenementis suis . nec de aliquibus que ad curiam secularem pertinent . nisi coram nobis vel coram vicecomite nostro ex mandato nostro. Valete.

Seal, dark wax, 2¾in. diam. The Earl, with a hauberk of mail, surcoat, flat-topped helmet, vizor closed, right arm extended, sword uplifted; shield covering his breast, slung with strap round his neck; on a horse galloping to the proper left; caparisons charged with the chevrons of Clare.

Legend—'SIGILL . . . . . RTI . DE . CLARE . CO . . . . S' . HE . . . . E.'

Counterseal, 1⅛in. diam. Heater-shaped shield, with three chevrons as above.

Legend—'+ SIGIL' GILEBERTI DE CLARA.'

Endorsed—'Quod non placitemur nisi coram comite . vel vicecomite ex mandato ejus.'

## CCCLXI.

## A LETTER BY THE SAME EARL TO THE ABBOT OF MARGAM, TOUCHING THE HOSPITALITY OF THE ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 38.] 1218—1230.

G. de CLARE comes GLOCESTRIE et HERTFORDIE abbati et conventui de MARGAN salutem.

Quia volumus domum vestram que est de speciali elemosina nostra et antecessorum nostrorum in antiquas libertates suas servari, vobis mandamus quatinus non permittatis venientes ad parlamentum vel exercitum hospitari vel comedere in abbatia vestra contra antiquas consuetudines et assisas . quas habuit domus vestra tempore antecessorum nostrorum. Viciniis etiam WALLENSIBUS nimis per adventum suum frequentem domum vestram honerantibus antiqua consuetudo que tempore antecessorum nostrorum fuit teneatur. Si quis vobis propter hoc

gravamen intulerit precipimus vicecomiti nostro, ut id sine dilatione vobis faciat emendari. Valete.

Seal, dark green, fine but imperfect, 3in. diam. Device, the Earl in armour, riding to the proper left; on his shield three chevrons.

Legend—'. . SIGILL' G . . . . . .'

Reverse, a heater-shaped shield of arms: three chevrons.

'+ SIGILL' GILEBERTI DE CLARA.'

Endorsed—'Quod exercitus vel venientes ad parlamentum non comedant in abbatia nostra.

## CCCLXII.

## DECISION CONCERNING THE CHAPEL OF COGAN.

[COTT. MS. CLEOP. A. VII., fol. 69 b.]

Decisio WILLELMI episcopi de LANDAVIA et WALTERI abbatis de NETH et W. prioris de GHOLCLIVA de capella de COGAN et de duabus partibus omnium decimarum R. de SUMERI, quæ omnia R. de SUMERI clericus filius suus auctoritate literarum domini Papæ exigebat ab abbate ALANO et conventu THEOKESBURIÆ, et omnia adjudicata fuerunt prædictis abbati et conventui. Adjudicatum fuit illam capellam pertinere ecclesiæ de LANDOCHAM sicut ad matricem ecclesiam, et decimæ ecclesiæ de CAIRDIF.

Ralph de Sumeri, Baron of Dudley, held the manor and Castle of Dinas Powis, west of Cardiff, a reputed seat of the Welsh Princes of Glamorgan. He was of age before 1194-5, and died 1210-11. He was grandson of Roger de Sumeri who witnessed No. XXXV., was a donor to Tewkesbury, and held lands in the forest of Kibor. The chief seat of the Sumeris' was at Dudley, where they had a large property; they also held land in several counties, and of the Earls of Gloucester in Essex and Herts. They married the heiress of Paganel and so obtained Dudley, and their co-heiress (*temp.* Henry V.) married John de Sutton (who died *temp.* Henry V.) seized of the Castle of Dinas Powis, and half the Manor of Lanedern; and 'redditus in forinsico de membris castri de Duddeley' shews their identity with the Worcestershire Baron. In 1201, Roger de Sumeri held 50 Knight's fees in capite in Gloucestershire. The Suttons sold Dudley, and probably the Glamorgan estates. Their heiress married Sir Humble Ward, afterwards, Baron Ward, in 1644.

Temp. Edw. II and John de Sutton d. 1330

Alan, Prior of Canterbury, became Abbot of Tewkesbury in 1187, and died early in May, 1202. The Bishop was certainly William de Saltmarsh, consecrated 1185, and who died about 1191.

See No. CLXXVIII.

## CCCLXIII.

## GRANT BY WRONU BIL OF LAND BETWEEN BALLES AND GOYLAKE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] Whitsunday. 1219.

Omnibus Ch. f. p. et f. ad q. p. s. p. Wronu Bil . eternam in Domino salutem. Noveritis me pro salute a. m. et o. anteccs. m. donasse et p. c. m. confirmasse D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam septem acras terre mee arabilis. Quarum quinque jacent . in parte australi . juxta terram Willelmi Cole. Et incipiunt ad locum qui dicitur Balles . et extendunt se usque in Goyelake. Due vero alie acre jacent ex parte orientali juxta terram Rogeri Gramus. Et incipiunt ad Louelis Groue . ex parte australi. Et extendunt se usque in Goylake in parte aquilonari. Et ego et heredes mei . predictas septem acras . predictis monachis . contra omnes homines in perpetuum warantizabimus. Liberas et quietas ab omni exaccione et demanda . et omni servicio sicut ulla elemosina liberius et quiecius . donari poterit aut teneri. Facta est autem hec mea donacio et confirmacio Anno Domini m°. cc°. nono decimo . Circa festum Pentecostes. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Domino Waltero Luuel milite . Stephano clerico . Henrico forestario . Johanne de Croili . Willelmo de Corneli et aliis.

Seal in dark wax, 1¼in. diam. A cross formed of four shields in outline, points meeting at the centre, and three pellets (∴) in the four intermediate spaces.

Legend—' + sigil . . . . wronu bil.'

Endorsed—' Carta Wronu Bil de vij^tem^ acris terre.' ' Ballas.'

## CCCLXIV.

## QUIT-CLAIM BY CADI[V]OR, SON OF RALPH, OF HIS RIGHTS ON KEVENMAHHAJ, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus s. e. f. p. et f. CADIVOR filius RADULFI salutem.

Sciatis me dedisse et [hac] carta confirmasse Deo et ecclesie S. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam quicquid juris unquam plenius habui vel habere clamavi in KEVENMAHHAJ inter aquam de VGKEMOR et aquam de GARWE usque ad illud quo aque conveniunt sine aliquo retinemento. Habendum et tenendum de me et heredibus meis libere . quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri imperpetuum. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes homines warantizabimus sicut elemosinam nostram . et ut hec donatio rata et inviolabilis perseveret . juramento et sigillo et testibus eam confirmavi. Hi[is] testibus . WILLELMO de LICHEFELD . HENRICO de KAIRDIF . WILLELMO de BRISTOLLIA monachis de MARGAN . fratre RI[CARDO] tunc portario . fratre JUSTINO . fratre KNAITHUR conversis de MARGAN . MORGANO filio KRADOCI . DAVID PUI[NEL].

Endorsed—'Concessio Cadivor filii Radulfi.'

## CCCLXV.

## QUIT-CLAIM BY KENEWRECH, SON OF RALPH, TO AND OF THE SAME.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus S. e. f. p. et f. KENEWRECH filius RADULFI salutem.

Sciatis me dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie S. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam quicquid

juris unquam plenius habui vel habere clamavi in KEVENMAHHAJ inter aquam de VGKEMOR et aquam de GARWE usque ad illud quo aque conveniunt sine aliquo retinemento . habendum et tenendum de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice . sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri imperpetuum. Et ego et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes homines warantizabimus sicut elemosinam nostram. Et ut hec donacio rata et inviolabilis perseveret, juramento et sigillo et testibus eam confirmavi. Hiis testibus . WILLELMO de LICHEFELD . HENRICO de KAIRDIF . WILLELMO de BRISTOLLIA monachis de MARGAN . fratre RICARDO tunc portario . fratre JUSTINO . fratre KNAITHUR conversis de MARGAN . MORGANO filio KRADOCI . DAVID PUIGNEL.

Endorsed—'Concessio Kenewrech filii Radulfi.'

## CCCLXVI.

## GRANT BY RES COH AND HIS BRETHREN OF THEIR LAND IN KEVENMAHHAJ TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus S. e. f. p. et f. RESUS COH salutem.

Sciatis quod ego et fratres mei scilicet ROGERUS et KRADOCUS et YTHENARD . KETHERECH et WRUNU concessimus et dedimus et hac carta nostra confirmavimus Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis qui ibidem Deo serviunt in elemosinam totam terram nostram in KEVENMAHHAJ . scilicet quicquid unquam habuimus inter aquam de GARWE et aquam de VGKEMOR in bosco et plano cum omnibus libertatibus et aisiamentis et pertinentiis suis ad habendum et tenendum libere et quiete et pacifice sicut ulla elemosina liberius haberi potest et teneri imperpetuum. Et nos omnes juravimus super sacrosancta quod predictis monachis predictam terram warentizabimus contra o. h. imperpetuum . sicut elemosinam nostram. Hiis testibus . GRIFFINO filio KNAITHUR . ANARAUD fratre

ejus . Ythel filio Rul . Eneaun filio Rired . Knaithur filio Maderod . Gaufrido filio Knaithur . Meuric filio Loarch . Iwrain filio Wair . Goithel fratre ejus . Madoc filio Knaithur.

Endorsed—'Carta Resi Coh et fratrum suorum scilicet Rogeri . Kradoci . Ythenard . Ketherech et Wronu.'

## CCCLXVII.

## GRANT BY KENEWRIC, SON OF HERBERT, OF LAND IN HAVEDHALOC TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

. . . . . ecclesie filiis presentibus et futuris. Kenewreic filius Herberti salutem.

Sciatis . . . . . isse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et M . . . . . . [Hev]idhaloc cum omnibus pertinentiis suis in elemosinam puram et perpetuam liberam et quietam ab . . . . . . . . . . [secu]lari. Et ego super sanctuaria ecclesie juravi quod predictam terram ego et heredes mei pre . . . . . . . [om]nes homines in perpetuum. Hiis testibus. Helia decano de Novo Castello . Philippo de Lanb . . . . . . . . . . o filio Cnaituri . Blethin filio Wilfred . Philippo forestario.

Endorsed—'Carta Kenewreic filii . . . . . .'

## CCCLXVIII.

## GRANT BY RES COH OF LAND AT CORNELLI TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Resus Coh . salutem.

Sciatis me consilio et consensu fratrum et parentum meorum concessisse et dedisse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo

servientibus omnes donationes quas ESPUS filius CARADOCI DU avunculus meus predictis monachis fecit. Scilicet totam partem suam terre PEITEUIN que fuit KETHERICI patrui sui et totam terram suam de CORNELI que fuit CARADOCI DU patris sui cum omnibus aisiamentis et pertinenciis suis ut habeant et teneant eas in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest . sicut carta ESPUS testatur . Et sciendum quod super sanctuaria ecclesie de MARGAN ego et fratres mei juravimus ad warantizandum prefatis monachis predictas donaciones contra omnes homines in perpetuum. His testibus. ERNALDO constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico . RICARDO de DUNESTER . OSMERO CUUIAN . MADOC filio CNAITHURI et GRIFFINO fratre suo . KENEWREIC filio HEREBERTI . ESPUS et JOREUUORT filiis GISTELARD . . . . . RETHERECH filiis RIWEL.

Endorsed—'Carta Resi Coh de donationibus Espus.'

## CCCLXIX.

## GRANT BY RES COH OF A MOIETY OF KETHEREC'S LAND IN NEWCASTLE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit . RESUS COH salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et h. c. conf. D. et e. S. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest in perpetuum concessione MORGANI filii CRADOCI . et parentum et amicorum meorum . medietatem terre que fuit KETHERECH in territorio de NOVO CASTELLO . que me ex hereditate contingit . quam habui ex dono predicti MORGANI domini mei. Et ego et heredes mei eis predictam terram warantizabimus contra omnes homines imperpetuum. Et servicium quod debetur MORGANO faciemus scilicet custodiam hominum de NOVO CASTELLO in bosco. Quod si forte eis warantizare

non poterimus . de reliquo tenemento nostro eis respondere tenemur ad valenciam . ita ut monachis satisfiat et ut hec donatio nostra rata et inviolabilis perseveret . juramento et sigillo et testibus eam confirmavimus. Hiis testibus . Rogero filio Wiaun . Kenewreic fratre ejus . Enniaun filio Ririd . Espus filio Gistelard . Ricardo le Waleis . et multis aliis.

Endorsed—'Carta Resi Coh de medietate terre que fuit Ketherec in territorio de Novo Castello.'

## CCCLXX.

## GRANT OF ENNIAUN, SON OF RIRID, OF HIS MOIETY OF KETHERECH'S LAND IN THE TERRITORY OF NEW-CASTLE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit Enniaun filius Ririd salutem. Sciatis me concessisse et ded. et h. c. conf. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius haberi potest imperpetuum concessione Morgani filii Cradoci et parentum et amicorum meorum medietatem terre que fuit Ketherech in territorio de Novo Castello . que me ex hereditate contingit . quam habui ex dono predicti Morgani domini mei. Et ego et heredes mei eis predictam terram warantizabimus contra omnes homines imperpetuum. Quod si forte warantizare eis non poterimus de reliquo tenemento nostro eis respondere tenemur ad valenciam . ita ut monachis satisfiat. Et ut hec donatio nostra rata et inviolabilis perseveret . juramento et sigillo et testibus eam confirmavimus. Hiis testibus . Reso Coh . Rogero filio Wiaun . Kenewreic fratre ejus . Espus filio Gistelard . Ricardo le Waleis.

Endorsed—'Carta Enniawn filii Ririd de medietate terre que fuit Ketherec . in territorio Novi Castelli.

This grant was included in the confirmation by the Abbot of Margam in 1207, and by Morgan ab Caradoc. Enniaun, or Enyon, ab Ririd Briavel was a joint heir with Res Coh of the land of Ketherec, brother of Caradoc Du, in the territory of Newcastle. [CCCVI.]

## CCCLXXI.

## GRANT BY ENAUHIN, SON OF REHERED BREAVEL OF LAND NEAR CORNELI TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . ENAUHIN filius RIHEREDI BREAVEL salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et beate MARIE de MARGAN . et monachis Deo ibidem servientibus pro salute anime mee et animarum predecessorum et successorum meorum XVIII$^{o.}$ acras terre arabilis juxta REDESICE desuper CORNELI quas pater meus eis prius dederat . ut habeant et teneant eas in puram elemosinam libere et quiete imperpetuum . reddendo domino Regi annuatim II$^{os.}$ solidos ad festum Sancti MICHAELIS . pro omni servicio et consuetudine et exactione. His testibus . ERNALDO constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico . RESO COH . ITHEL filio RIWL . GILLE SEIS . et RIHEREDO fratre ejus.

Endorsed—'Carta Enauhin filii Riredi Breavel de XVIII$^{o.}$ acris.'

## CCCLXXII.

## THE BRETHREN OF RESUS COH VAHAN RELEASE THEIR LAND-RIGHT BETWEEN GARWE AND UGGEMORE TO MARGAN ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 39.]

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris GRIFFINUS . RESUS . MEURIK . fratres RESI COH VAHAN salutem in domino.

Noverit universitas vestra nos consilio amicorum nostrorum quitum clamasse et abjurasse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum clamium nostrum et totum jus quod dicebamus nos habere in terra dictorum monachorum inter aquam de GARWE et

aquam de UGGEMORE; ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram . libere . quiete . et pacifice pro nobis et omnibus successoribus nostris in perpetuum . sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod juravimus in Capitulo coram toto Conventu super sacrosancta ecclesie de MARGAN . quod nos fideliter et sine dolo tenebimus hanc quitam clamationem . et contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus . GRONU capellano de LANGONET . MAURICIO et RESO clericis de LANGONET . RESO COH . CRADOCO ab RICARD . CRADOCO ab YORUARD . HOWELO et PHILIPPO filiis CADUGAN . ANARAUD et MADOCO filiis KNAITHO . JACOBO tunc suppriore et THOMA de KANTELO monachis de MARGAN . ESPUS et KANAAN conversis de MARGAN . et multis aliis.

Endorsed—'Abjuratio Griffit . Resi . Meurik . fratrum Resi Coh . vahan . de terra de Egliskeinwir.'

Three seals, dark green.

1. $1\frac{1}{8}$in. diam. A rosette of twelve leaves.
   '+ SIGILLUM . GRIFIT . AB . RES.'
2. $1\frac{1}{2}$in. diam. A rosette of nineteen leaves, within an engrailed border.
   '+ SIGILL' . MAURICII . FILII . RESI . COII.'
3. $1\frac{1}{8}$in. diam. A seeded fleur-de-lis.
   '+ SIGILL' . RESI . FIL' . RESI . COH.

## CCCLXXIII.

## RIRITH, SON OF BREAUEL, GRANTS A MOIETY OF HIS LAND IN CLAMMORGAN ABOVE CORNELI TO MARGAN ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . RIRITH filius BREAUEL salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et hac carta confirmasse Deo et beate MARIE et monachis de MARGAN consensu filiorum meorum medietatem terre mee

quam habeo in CLAMMORGAN scilicet de supra CORNELI . pro salute anime mee et antecessorum meorum necnon et conjugis mee que sepulture traditur in cimiterio juxta portam de MARGAN in puram et perpetuam elemosinam . salvo tamen censu regio scilicet XII$^{cim}$ denariis qui ab illis solvendi sunt ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio. Et quia sigillum proprium non habui . hanc sigillo GRIFFINI filii CNAITHURI sigillavi. His testibus . WILLELMO de LICHESFELD . JORDANO de HAVERFORD . WILLELMO de VALLE monachis de MARGAN . ERNALDO constabulario de KENEFEC . ESPUS filio CRADOCI . KENEWREIC filio HERBERTI . MADOCO filio CNAITHURI . ITHELLO filio RIUL . RIREDO filio CNITLIN . et fratre ejus CRADOCO . WALAUETH filio WILLELMI KILLEMICHEL . et multis aliis.

Round seal, brown wax, 1⅞in. diam. A rosette of sixteen leaves.

'+ SIGILL' . GRIFINI.'

Endorsed—'Carta Riredi filii Breauel de medietate terre sue de supra Corneli.'

## CCCLXXIV.

## GRANT BY ENEAWN', SON OF WRUNUCH CHAM, OF LAND BETWEEN GARWE AND UGGMORE TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 D. 20.]

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris ENEAWN' filius WRUNUCH CHAM salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse . et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in elemosinam totam terram que fuit WRUNUCH CHAM patris mei inter GARWE et UGGEMOR . in bosco et plano . cum omnibus pertinenciis et libertatibus et aisiamentis suis . ad tenendum et possidendum libere et quiete et pacifice . sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest. Et sciendum quod juravi super sanctuaria . quod ego et heredes mei warantizabimus istam predictam terram sicut elemosinam

nostram predictis monachis contra omnes parentes nostros in perpetuum. Hiis testibus . Meuric filio Ythel . Roatlath filius (*sic*) Ythel . Cnaithur filio Wilim . Cnaithur' filio Ythel . Johanne filio Justini . Roathlan filio Ythel . fil' Winanwel.

Pointed oval seal, dark green wax, imperfect, 1¾in. by 1in.; a lance-flag.

'[+ si]gill' eniaun fil' wrun . . . . . .'

Endorsed—'Eniawn filius Wrunu Cham de Kevenmahaj.'

## CCCLXXV.

## QUIT-CLAIM BY HOWEL, SON OF WRONU COH, OF LAND IN THE NEW WOLD IN AVAN MARSH, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Christo fidelibus p. s. v. vel a . Howelus filius Wronu Coh salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum meorum quitum clamavi et abjuravi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie B. M. de Margan . et m. i. D. s. totum clamium meum quod habui infra novam Waldam in marisco de Avena et de Melis et totum jus quod dicebam me habere in eodem marisco et in omnibus terris predictorum monachorum . scilicet infra aquam de Kenefeg et aquam de Avena. Ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram . libere . quiete . et pacifice pro me et heredibus meis in perpetuum sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius haberi potest vel teneri. Et ego et heredes mei warantizabimus dictis monachis dictam quitam clamationem contra omnes homines in perpetuum . Et sciendum quod ego coram multis affidavi et super sacrosancta ecclesie de Margan juravi quod omnia ista fideliter et sine dolo servabo in perpetuum. Et in hujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Ricardo clerico de Kenefeg . Johanne Paris . Lawarh ab David . Wronu de Korneli . Thoma de Cantul[upo] . Willelmo

de Chipstaple . monachis de Margan . Ricardo Hyrgois et Ketheren conversis de Margan . et multis aliis.

Seal, brown wax, 1⅜in. diam. Device, a star of eight rays, rude fusils and staves capped by crosses alternately.

Legend—'+s.' . howel . ab . wronv . coh.'

Endorsed—'Abjuratio Howeli filii Wronu Coh de terra intra novam Waldam in marisco de Avena.'

## CCCLXXVI.

### ABJURATION OF KNAITHO AP WRONU AND WRONU VAHHAN, HIS BROTHER, IN FAVOUR OF THE CLAIM OF MARGAM ABBEY TO TALESCHANLHORE IN EGLISKEINWUR.

[Margam Charter.]

Universis Christi fidelibus p. et f. presens scriptum visuris vel audituris Knaitho ab Wronu . et Wronu Vahhan frater ejus salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos spontanea voluntate nostra et consilio Wronu patris nostri et aliorum amicorum nostrorum concessisse et quitum clamasse et abjurasse et hac presenti carta confirmasse Deo e. B. M. de Margan et m. i. D. s. totum jus et totum clamium quod habebamus tanquam heredes Wronu patris nostri in terra illa de Egliskeinur que appellatur Taleschanlhore que jacet inter rivulum qui appellatur Nantikhi et aquam de Uggemor' . scilicet quicquid unquam antecessores nostri habuerent inter Garwe et Uggemor' in bosco et in plano . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice . pro nobis et omnibus heredibus nostris sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margan juravimus quod istam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Et quia propria sigilla non habuimus . sigillum Wronu patris nostri et sigillum Meurik ab

Traharn cognati nostri ad petitionem nostram presenti scripto sunt apposita. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio duorum filiorum ejus [*i.e.*, Wronu ab Seisil] de eadem terra.'

## CCCLXXVII.

## ABJURATION OF ITHENARD, SON OF RICHARD, OF HIS RIGHT OF LAND IN EGLISKEINUR.

[Margam Charter.]

Universis Ch. f. p. s. visuris vel audituris Ithenard filius Ricardi . salutem in Domino.

Noverit u. v. quod ego consilio et consensu filiorum meorum . scilicet . Madoci . Howeli . Resi . Wronu . Johannis . et aliorum amicorum meorum quitum clamavi et abjuravi Deo et e. B. M. de Margan et monachis ibidem Deo s. in perpetuam elemosinam totum clamium meum et totum jus quod dicebam me habere in terra de Egliskeinur . in bosco et plano cum omnibus libertatibus et aisiamentis et pertinentiis suis . u. h. et t. d. m. d. t. l. et q. et p. (as in No. CCCLXXVI.) pro me et omnibus heredibus meis et successoribus meis sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri in perpetuum . sicut carta mea et fratrum meorum quam inde prius habuerunt testatur. Et quia illi carte sigillum meum appositum non fuit . ideo hanc singularem cartam feci dictis monachis sigillo meo confirmatam. Et sciendum quod quando feci hanc cartam dictis monachis . ipsi dederunt michi unam vaccam nomine karitatis et unicuique filiorum meorum duos solidos. Et nos omnes scilicet ego et predicti filii mei juravimus super sacrosancta ecclesie de Margam quod hanc quitam clamationem fideliter et sine dolo tenebimus. Et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio Ythenard ab Ricard de terra de Egliskeinur.'

Richard
|
Ithenard.
|
Madoc. Howel. Rese. Wronu. John.

## CCCLXXVIII.

## GRANT BY JORVERTH AP ITHENARDH OF ALL HIS PART OF THE LAND OF PENNUDH TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

De Pennuth . carta Joruerth filii Ithenardh de parte sua de Pennudh.

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . Joruerth filius Ithenardh salutem.

Sciatis me consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessisse et dedisse Deo et ec. S. M. de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totam meam partem terre de Pennudh cum mora et bosco et omnibus aliis pertinenciis suis in puram et perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni consuetudine et servicio et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius teneri et haberi potest. Et ego et heredes mei [wa]rantizabimus eam predictis monachis in perpetuum contra omnes homines. Et sciendum quod totam terram monachorum que est inter Avene [et Ke]nefeg eis liberam et quietam clamavi et abjuravi inperpetuum.

Hiis testibus . magistro Mauricio . Helia decano . Mauricio filio magistri Maurichi.

The Bull of Alex IV., 1261, under Margan enumerates 'Hauotus portarius de Pennud,' which place seems to have lain between the Avene and the Kenefeg waters, now Penhŷdd, 2¼ miles N E. of Port Talbot. Jorverth ab Ithenard occurs in 1213

Helias occurs as Clericus, Decanus, or Decanus de Novo Castro, 1199—1208

## CCCLXXIX.

## GRANT BY ALAITHU AP ITHENARD OF ALL HIS PART OF THE LAND OF PENNUDH, ETC., TO MARGAM ABBEY.

CARTA ALAITHU DE PARTE SUA DE PENNUDH ET DE PARTE JORUERTH FRATRIS SUI.

[O]mnibus s. e. f. p. et f. ALAITHU filius ITHENARD salutem.

Sciatis me consilio et consensu parentum et amicorum [meo]rum concessisse et dedisse D. et ec. S. M. de MARGAN et M. i. D. s. totam meam partem terre [de] PENNUDH . et eam similiter partem que fuit JORUERTH fratris mei cum mora et bosco et omnibus aliis pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam l. et q. ab omni servicio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et ego et heredes mei warantizabimus eam predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod omnes terras que sunt inter has aquas AVENE scilicet et KENEFEG . Nam sunt infra terminos predictorum monachorum cum omnibus pertinentiis suis prefate ecclesie liberas et quietas ab omni servicio clamavi et eas abjuravi in perpetuum.

His testibus . HELIA decano de NOVO CASTRO . MORGANO filio CADWATHLAN . RESO COH . RUATHLAN filio ROBERTI . GAUFRIDO filio CNAITURI . TUDER filio RIERED . HERBERTO PALMARIO.

## CCCLXXX.

## QUIT-CLAIM BY ALAITHUR AB YTHENARD OF LAND BETWEEN BLAINANT AND DISCULUA TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

CARTA ALAITHUR FILII YTHENARD' DE PENNUD'.

Omnibus s. ec. f. p. et f. ALAITHUR filius YTHENARD salutem.

Sciatis me consilio et consensu amicorum meorum concessisse et quitam clamasse D. et ec. S. M. de MARGAN et m. i. D. s. i. p. et p. e. totam terram que est inter rivum qui dicitur BLAINANT . LINEUTHLEUERICH[1] proximum TORKEMEREV . et NANTISCULUA . usque ad viam que vadit a PENNUD'. usque BLAINKINEN . et a via illa usque ad FRUDUL . in bosco et plano cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis ut habeant et teneant eam libere et quiete ab omni seculari servitio consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et ego et heredes mei warantizabimus eis hec omnia contra omnes homines pro posse nostro et maxime contra omnes WALLENSES in perpetuum.

Hiis testibus.

(1) Or Linenthleuerich . the third letter is uncertain in the original deed

## CCCLXXXI.

## QUIT-CLAIM BY OWEIN AP ALAYTHUR OF LAND AT THE SOURCE OF FRUDUL, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

CARTA OWENI FILII ALAYTHUR DE MONTANIS.

Sciant o. p. et f. quod ego OWEIN filius ALAYTHUR consensu et consilio amicorum meorum concessi . et quitam clamavi D. et ec. S. M. de MARGAN . et monachis i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam totam terram inter sursam de FRUDUL . et viam que vadit de PENNUD' usque BLEINKENAN . et inter rivulum qui dicitur BLEIN-NANT LIUETH LEUERTH . proximum TORREKEMEREV et

NANT DISCULUA . sicut carta ALAITHUR patris mei quam inde habent testatur . et sicut via tendit intransversum montana . a sursa de FRUDEL . usque BLEINKENAN ut habeant et teneant eandem terram in bosco et plano cum omnibus pertinenciis suis libere et quiete ab omni seculari servitio et exactione sicut ulla elemosina liberius et quiecius potest teneri. Et ego et heredes mei warantizabimus eis predictam terram contra omnes homines imperpetuum.

Hiis testibus.

Alaythur

Owen — Res — Madoc

(See No. DXXXVIII.)

## CCCLXXXII.

## QUIT-CLAIM BY JOWAIN AB JUSTIN OF ALL THE LAND AT PENNUD TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

CARTA JOWAN FILII JUSTINI . DE PENNUD.

Omnibus s. ec. f. p. et f. JOWAIN filius JUSTINI salutem.

Sciatis me consilio et consensu amicorum meorum concessisse et quitam clamasse D. et B. M. de MARGAN . et m. ejusdem loci in puram et perpetuam elemosinam totam terram que est inter rivum BLEINANTLINEUTHLEUERICH proximum TOYKEMEREV et NANTISCOILUA . usque ad viam que vadit a PENNUTH usque BLAIKINEN . et a via illa usque ad FRUDEL . in bosco et plano cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis . ut habeant [et] teneant eam libere et quiete ab omni servitio . consuetudine et exactione . seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest.

Hiis testibus.

Justin

Jowan or Yewan

Res — Yeruard — Ywan.

No. CCCLXXXIII. is the confirmation of this grant by the sons of the above Jowan. This or another grant by the same is included in the general confirmation by Richard, Earl of Gloucester. CCCCLXVI.

## CCCLXXXIII.

## QUIT-CLAIM BY GRIFFIN VOIL AND OTHER SONS OF YEWAN AB YUSTIN TO MARGAM OF THEIR CLAIMS ON EGLESKEINUR AND ELSEWHERE.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI f. a. p. q. s. pervenerit GRIFFINUS VOIL . RESUS ab YEWAN . YERUARD DU . filii YEWAN ab YUSTIN salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos consilio patris nostri et aliorum amicorum nostrorum concessisse quitum clamasse et abjurasse domui de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum jus nostrum et clamium quod dicebamus nos habere in tota terra que est inter rivum BLEINANT LIUEN LETHERIC proximum TOIKEMEREU et NANTISCOLVA usque ad viam que vadit ad PENNUTH usque BLANKINEN . et a via illa usque ad FRUDUL in bosco et in plano cum omnibus aisiamentis et pertineneiis suis et totum jus quod dicebamus nos habere in terra de EGLESKEINUR . vel in aliqua alia terra quam dicta domus tenet . ut habeant et teneant eas libere et quiete ab omni servitio et exactione seculari. Et ut predicta robur optineant in perpetuum . presens scriptum tam juramento nostro quam sigillorum nostrorum appositione roboravimus. Hiis testibus.

Endorsed—'Carta Grifini Voil . et Resi ab Yewan . et Yeruardi ab Yustin. De tota terra que est inter rivum Bleinant et Frudul.'

Yustin
|
Yevan
|
Griffin Voil — Rese — Yervard Du

## CCCLXXXIV.

## ABJURATION BY MEURIK AB TRAHARN OF TALESCHANLHERE, IN EGLISKEINUR, IN FAVOUR OF MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Ch. f. p. s. v. vel audituris . Meuric ab Traharn salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum meorum concessi et quitum clamavi et abjuravi et hac presenti carta confirmavi Deo et e. b. M. de Margan et m. ib. Deo s. totum jus meum et totum clamium quod habui in terra illa de Egliskeinur que appellatur Taleschanlhere que jacet inter rivulum qui appellatur Nantkhi et aquam de Uggemore . scilicet quicquid ego et antecessores mei unquam habuimus inter aquam de Garwe et aquam de Uggemore in bosco vel i. p. ut h. et t. d. m. d. t. l. et q. et p. (as in No. CCCLXXVI.) pro me et omnibus heredibus meis sicut ullum tenementum vel ulla elemosina liberius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod ego affidavi et super sacrosancta ecclesie de Margam juravi quod istam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo servabo et contra omnes homines dictis monachis warantizabo in perpetuum.

Entitled—'Abjuratio Meurik ab Traharn de terra de Egliskeinwir.'

## CCCLXXXV.

## ABJURATION BY PHILIP AB SEISIL OF THE SAME.

[Margam Charter.]

Universis Christi f. p. s. v. vel audituris . Philippus ab Seisil salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio amicorum meorum concessi et quitam clamavi et abjuravi . et hac presenti carta confirmavi Deo et ec. b. M. de

Margan et m. ibid. Deo s. totum jus meum et totum clamium quod habui . i. t. illa de Egliskenwir que appelatur Taleskanlere . q. j. i. r. q. a. Nantiki . et aquam de Ugemore . scilicet . quicquid ego et antecessores mei umquam habuimus inter aquam de Garwe . et aquam de Uggemore . i. b. et i. p. ut h. et t. d. m. d. t. l. q. et p. (as in No. CCCLXXVI.) pro me et omnibus heredibus meis . qui sunt vel erunt . sicut ullum tenementum . vel ulla elemosina liberius haberi potest . vel teneri. Et sciendum quod ego affidavi et super sacrosancta ecclesie de Margan . juravi . quod istam concessionem et quitam clamationem fideliter . et sine dolo servabo. Et contra omnes . dictis monachis . warantizabo . in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio Philippi ab Seisil de terra de Egliskeinur.'

## CCCLXXXVI.

## GRANT BY WALTER COH, MARGERY HIS WIFE, AND ROBERT HIS HEIR, OF LAND IN ST. BRIDES BY NEWTON, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant p. et f. quod ego Walterus Coh . consilio et assensu Margerie uxoris mee . et Roberti heredis mei dedi et conc. et h. c. conf. D. et B. M. et M. de Margan . unam acram prati in Pulmor in parochia Sancte Brigide juxta Novum Burgum . de tenemento Rogeri Albi. In loco qui dicitur Crofta Ricardi . tercia videlicet acra versus occidentem in eadem crofta juxta parvum fossatum quod tendit per mediam croftam. In puram elemosinam . pro salute anime mee et uxoris mee et amicorum et parentum nostrorum . liberam et quietam ab omni servitio . sicut ulla elemosina liberius haberi potest. Et ut hec nostra elemosina perpetua sit et stabilis . illam presenti scripto et nostro sigillo confirmavimus. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Walteri Coh de una acra prati in Pulemor.'

## CCCLXXXVII.

## CONFIRMATION BY MADANOE AND WORGENE, SONS OF YORUARD COCH, OF A GIFT OF LAND TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 B. 41.]

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Madanoe et Worgene filii Yorvard Coch salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos conventioni et pacto quibus pater noster et fratres nostri monachis de Margan se obligaverunt assensum et consensum per eorundem consilium et voluntatem prebuisse. Et ne premissa devocentur in dubium . dictus pater noster ad petitionem nostram sigillum suum huic scripto apposuit. Hiis testibus . Meuric . Loharch et Joruard fratribus nostris . Dunstano et Johanne monachis et Espus converso de Margan.

Endorsed—'Abjuratio Madanoe et Wrgene filiorum Joruard' Coch de terra inter Catteputte et terram Rogeri Grammus.'

## CCCLXXXVIII.

## PANDULPH, BISHOP ELECT OF NORWICH, LEGATE, ETC., TO HENRY III., NOTIFYING THE APPOINTMENT OF WILLIAM, PRIOR OF GOLDCLIVE, TO THE SEE OF LLANDAFF.

[Bundela Brevium in Turre London: Anno 4, Hen. III., memb. 3.
B. Willis, 'Survey of Llandaff,' p. 113.]

11 July. 4 Hen. III. 1220.

Excellentissimo domino Henrico Dei gratia Regi Anglie, domino Hibernie, duci Normannie et Aquitanie et comiti Andegavie, Pandulphus miseratione divina Norwicensis electus domini Papæ camerarius apostolicæ sedis legatus, salutem.

A vestra memoria non credimus excidisse, quatinus dilecti filii canonici ecclesie LANDAVENSIS a vobis et a nobis ecclesie sue pastorem eligendi licentiam impetrarunt. Verum quia ecclesia illa diu erat viduata pastore, nec eam volumus diutius pastore carere : dilectum filium WILLELMUM priorem de GOLDCLIVIA, virum providum et honestum, et ut credimus vobis et regno vestro utilem et fidelem, illi ecclesiæ providimus et concessimus in pastorem. Ideoque Excellentiam vestram rogandam duximus et monendam, quatinus electioni ipsius regium prebentes assensum, juramentum fidelitatis, sicut mos est, recipiatis ab ipso.

Datum SALOPIE, v. idus Julii.

## CCCLXXXIX.

## CHARTER OF WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, IN FAVOUR OF MARGAM ABBEY.

[HARL CHARTER, 75 A. 16.]

W. Dei gratia LANDAVENSIS episcopus archidiaconis decanis personis vicariis totius diocesis sue ad quos presentes littere pervenerint salutem gratiam et benedictionem. Et si omnibus in nostra constitutis ditione nostram pro juribus nostris debeamus defensionem, domum tamen de MARGAN intuitu religionis que in ea domino cooperante florere dinoscitur speciali amplectimur dilectione et servis dei in ea domino militantibus et possessionibus eorum quas intra nostram habent diocesim quatenus possumus ubique per nos et nostros protectionis et custodie specialem volumus exhibere gratiam. Inde est quod universitatem vestram non solum attentius rogamus sed etiam precipiendo in vi obediencie vobis injungimus ut si qui ex vestris parrochiis monachis de MARGAN injurias vel dampna aliqua inferre presumpserint singuli vestrum in malefactores vobis nominatos nostra auctoritate ecclesiasticam exerceatis justiciam ipsamque sententiam firmiter per vestras parrochias faciatis observari donec predictis

monachis de injuriis et dampnis illatis congrue satisfecerint nostro similiter jure reservato. Vale.

Endorsed—'Proteccio W. Land. Epi.'

Seal and counterseal of the Bishop appended.

This deed, placed *circa* 1220, in the first edition, belongs to William Saltmarsh, Bishop of Llandaff, 1186—1191, according to Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 67.

## CCCXC.

## WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, GRANTS PERMISSION TO THE MONKS OF MARGAM TO CELEBRATE IN THE NEW CHAPEL OF ROSSAULYN GRANGE.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus per LANDAVENSEM diocesim constitutis . WILLELMUS Dei gratia LANDAVENSIS episcopus salutem gratiam et benedictionem.

Noveritis nos concessisse dilectis filiis nostris monachis de MARGAN . ut cum ad locum novum grangiam suam de ROSSAULYN transtulerint . ibidem possint capellam habere et divina celebrare auctoritate nostra . sicut in capella ubi grangia prius sita fuerat consueverant . set hoc monachi tantum. Ita tamen quod in antiqua capella non celebrent . nisi tantum in anniversaria sollempnitate ejusdem capelle. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Valete.

Imperfect seal and counterseal of Bishop William, green wax.

Obverse—The Bishop in embroidered vestments, standing on a carved corbel, lifting up the right hand in benediction; in the left hand a pastoral staff. Background reticulated, with quatrefoil knots, and in each interstice a crescent.

'. . . WIL . . . . . . . . . . VENSIS . E . . . . . .'

Reverse—The Annunciation of the Blessed Virgin, the dove with nimbus issuing from clouds. Below, under an arch, the Bishop, uttering the prayer of the legend—

'+ VE . DELENS . PER . AVE . PIA . [PER . TE . LIBERER] . A . VE.'

Endorsed—'Quod licet nobis divina celebrare in nova capella de Rossaulyn,' to which is added in a later hand 'tantum.'

## CCCXCI.

## NOTIFICATION BY PAGAN DE TURBERVILLE TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, OF HIS GRANT OF LAND IN NEWCASTLE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Reverendo patri suo WILLELMO Dei gratia LANDAVENSI episcopo et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . PAGANUS de TURBERVILLA salutem.

Notum facimus universitati vestre nos dedisse et presenti hac carta nostra confirmasse Deo et B. M. et monachis de MARGAN D. i. s. consilio et consensu conjugis mee . et heredum . et amicorum . in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . totam terram quam dominus meus WILLELMUS comes GLOECESTRIE dedit michi in territorio NOVI CASTELLI scilicet in COITKARD' . pro meo servitio. Ut ipsi eam habeant et possideant in perpetuum libere et quiete . et pacifice . in moris et pratis . et terris et pasturis . et ceteris pertinentiis suis per omnia sicut ego eam unquam melius et integrius . et liberius possedi et habui. Sane si aliquod servitium sive domini Regis sive comitis . inde aliquando requisitum fuerit . Ego et heredes me illud adquietabimus ut monachi sint ab omnibus rebus in sempiternam quieti. Ego insuper et heredes mei hanc donationem quam fecimus pro anima patris mei et matris et antecessorum et successorum et domini mei WILLELMI comitis . et heredum suorum . contra omnes homines monachis prefatis warentizabimus. Monachi namque sepedicti mee magne necessitati conpatientes . in recognitione hujus mee donationis xx[ti.] marcas argenti dederunt ad redimendam et recuperandam usibus meis terram meam et hereditatem in ANGLIA que vocatur MERSFELD. Testibus . WILLELMO LANDAVENSI episcopo . URBANO archidiacono . WALTERO abbate de NETH . HAMONE de VALUN' vicecomite de KAERDID' . HEREBERTO de Sancto QUINTINO . HENRICO de HUMFRANVILL' . RICARDO

Norrensi . Waltero de Sulie . Rogero de Bercherol' . Philippo de Marecros . Urbano de Penduuelin . Philippo sacerdote de Marecros . Willelmo le Soor . Willelmo de Sancte Hilario . Willelmo de Portechiwet . Thoma capellano domini episcopi . Ricardo de Kaerwigau . Willelmo de Bedintuna . et Godefrido monachis de Margan.

Seal in dark brown wax, $2\frac{1}{4}$in. diam.; upon two plaited silk cords, in two colours. Device, a figure riding to the proper right, holding a lily flower in the right hand; in the left a horn, which he is blowing.

Legend—'+ sigillum pagani de turbervilla.'

Endorsed—' Karta Pagani de Turb'vill' de terra de Coitkard.'

## CCCXCII.

## TO THE SAME EFFECT, WITH SLIGHT VARIATIONS IN THE LANGUAGE EMPLOYED, BUT WITH A PROVISION ADDED IN CASE THE WARRANTY SHOULD FAIL.

[Margam Charter.]

Reverendo patri suo Willelmo Dei gratia Landavensis episcopo et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit . Paganus de Turberville salutem.

Notum facimus universitati vestre nos dedisse et concessisse et presenti carta nostra confirmasse . consilio et consensu conjugis mee et heredum . et amicorum . Deo et B. M. et monachis de Margan D. i. s. totam terram quam dominus meus Willelmus comes Gloecestrie michi dedit in territorio Novi Castelli in Coittkard' . pro servitio meo.. ut ipsi eam habeant totam in perpetuam et puram elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . per omnia sicut ego eam melius et integrius unquam habui in moris et in pratis . in pasturis et ceteris pertinentiis suis. Et si aliquod servitium sive domini Regis . sive

comitis . sive aliud forsitan inde fuerit aliquando requisitum . Ego et heredes mei illud adquietabimus ut monachi sint ab omnibus rebus quieti. Sane ego et heredes mee prefati hanc donationem meam quam feci pro anima patris et matris mee . et domini mei WILLELMI comitis et antecessorum meorum . et successorum monachis warentizabimus contra omnes homines. Quod si facere non poterimus . ipsis monachis xx[ti] marcas argenti reddemus . quas michi dederunt mee magne necessitati compacientes ad redimendam et recuperandam terram meam et hereditatem in ANGLIA . que terre vocatur MERSFELDA. Teste WILLELMO de LOND' seniore . et WILLELMO de LOND' juniore . WILLELMO Monacho de OWENI . REGINALDO Monacho de NETH . HEREBERTO filio TURKILLDI . RICARDO de DUNESTERRE . ROBINO fratre PAGANI . WILLELMO de CANTELÓ . MAURICIO de CANTELÓ . DANIELE clerico de COITTIF . HEREWEIO de LARMERE . RICARDO filio HEREBERTI . RANNULFO de la KAER.

Imperfect seal, brown wax, as described in the preceding Charter.

Endorsed—' Pag. de Turberwill'.'

## CCCXCIII.

## ANOTHER COPY OF THE PRECEDING DOCUMENT.

[MARGAM CHARTER.]

[Reverendo patri suo] WILLELMO Dei gratia LANDAVENSI episcopo . et omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit . PAGANUS de TURBERVILLA salutem.

Notum sit universitati vestre nos dedisse et presenti carta nostra confirmasse . consilio et consensu conjugis [mee et] amicorum Deo et beate MARIE et monachis de MARGAN . Deo ibidem servientibus . totam terram quam dominus meus . . . . o . michi dedit in territorio NOVI CASTELLI . In COITHCART . pro servitio meo . ut

ipsi eam habeant totam . . . . . . [pu]ram elemosinam . liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . per omnia sicut ego eam melius et integrius unquam . . . . . . in pratis . et pasturis et ceteris pertinenciis suis. Et si aliquod servitium sive domini Regis sive comitis . . . . . . [for]sitan inde fuerit aliquando requisitum . ego et heredes mei illud adquietabimus . ut monachi sint ab . . . . . . Sane ego et heredes mei prefatam hanc donationem meam quam feci pro anima patris mei et matris [mee vel] Willelmi comitis et antecessorum meorum et successorum monachis warantizabimus contra omnes homines. Quod [si . . . . . . . . . . non] poterimus . ipsis monachis xx. marcas . argenti . reddemus . quas michi dederunt . mee magne necessitati compatientes . [a]d redimendam et recuperandam terram meam et hereditatem in Anglia . que terra vocatur Mersfeld. Testibus.

Endorsed—' . . . . . . bervilla de terra de Coitcarth.

## CCCXCIV.

## GRANT BY HUGH DE LANTCARVAN OF THIRTY ACRES IN LANTMEUTHIN TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Reverentissimo patri suo W[illelmo] Dei gratia Landavensi episcopo et omnibus Sancte ecclesie fidelibus ad quos presens carta pervenerit Hugo filius Rodberti de Lantcarvan salutem.

Notum sit universitati vestre quod ego pro salute anime mee et patris mee et matris mee . et antecessorum necnon et successorum meorum dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Deo et ecclesie B. M. de Margan et m. i. D. s. de libero tenemento meo xxx^ta. acras terre mee que proximiores sunt terre sue de

LANTMEUTHIN cum crofta que proxima adjacet veteri cimiterio ex occidentali parte necnon et quatuor alias adhuc croftas . quarum una jacet subtus vetus cimiterium et tres relique á magna via versus fontem descendunt de LANTMEUTHIN. Ut habeant scilicet predicti monachi et teneant hec omni in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio seculari exactione et consuetudine. Et sciatis quod predictam terram dedi prefatis monachis concessu domini mei HENRICI de HUMFRANVILL' necnon et concessione et bona voluntate MARGERIE uxoris mee et aliorum amicorum meorum. Et si aliquod servitium de predicta terra fuerit requisitum sive domini Regis sive aliud . ego et heredes mei illud adquietabimus ita quod monachi imperpetuum quieti erunt . et nemini de aliquo respondebunt. Abbas vero de MARGAN et monachi quando hanc eis donationem feci pro mea magna necessitate michi dederunt quatuor marcas argenti et unum bovem juvenem. Ego autem hujus mee donationis cartam super magnum altare sepedicti monasterii de MARGAN sollenniter multis astantibus obtuli . et in plenario comitatu de KAERDIF eam recitari feci . et ibidem hanc meam presentem donationem monachis viva voce fideliter testificatus sum . Et quod eam illis ubique warantizabo. Testibus . JACOBO tunc priore de MARGAN . ROGERO cellarario . VINCENTIO et GODEFRIDO monachis de MARGAN . JORDANO converso . ROGERO et RICARDO conversis hospitalibus de MARGAN. Necnon et in antedicto comitatu de KAERDIF . Testes hii sunt inscripti scilicet . WILLELMUS prior de GOLCLIVE . HENRICUS de HUMFRANVILL' . JOHANNES le SORUS . PAGANUS de TURBERVILLA . PHILIPPUS de MARECROS . WILLELMUS FLANMENGUS . RODBERTUS MORINUS . ODO de NOVO BURGO.

Seal dark red wax ; an ornamental fleur-de-lis.

' + SIGILL' . HUGONIS . FILII . RODBERTI '

## CCCXCV.

## NOTIFICATION TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, BY MILISENT, DAUGHTER AND HEIR OF WILLIAM MITDEHORGUILL, OF HER GRANT OF LAND, ON TURBURNESDUNE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

WILLELMO D. g. LAND. episcopo et omnibus Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit MILISANT filia WILLELMI MITDEHORGUILL et heres ipsius salutem.

Noverit u. v. dedisse me et presenti hac karta mea confirmasse D. et B. M. et monachis de MARGAN D. i. s. in puram et perpetuam elemosinam x. acras terre pro salute anime mee et patris mei et antecessorum meorum et successorum liberas et quietas ab omni servitio et seculari exactione . cum duabus acris prati que videlicet terra jacet super TURBERNESDUNE ad occidentem ipsius usque ad magnam viam que vadit de FENNEBRIGGE versus WIGETUNE totam scilicet juncosam acram et reliquam terram sicut descendit per metam terre RODBERTI ALDID et pratum ipsius ad orientem magne vie . et sic divertit usque TRAMPPESLATD subtus terram WALTERI BULDI et vadit per rivum TURBERNESDUNE et descendit usque in rivum qui divisa est inter terram de BONEVILESTUNE et nostram . et pertingit usque ad predictam magnam viam que venit de FENNEBRIGGE. Et si forte aliquod servitium de hac terra fuerit forte aliquando requisitum sive domini Regis sive aliud . Ego illud de reliqua terra mea adquietabo . ut monachi sint ab omnibus in perpetuum quieti. Et quando hanc monachis donationem feci . abbas et monachi mee magne necessitati compatientes unam marcam argenti ad relevandam terram meam de BARRI dederunt. Testibus . GODEFRIDO monacho de MARGAN . WILLELMO de BEDINTUNE . OSBERNO cellarario de NETH . fratre JORDANO et fratre . WITTFARE conversis de MARGAN .

Ricardo sacerdote de Kaerwigau . Augustino capellano de Sancto Johanne . Hereberto filio Turkilli . Dobino Siward de Kardif . Waltero filio Ricardi sacerdotis . Ricardo filio Hereberti Turkilli . Osberno cellarario de Neth.

Seal imperfect.

Endorsed—'Carta Dn'e Milisant de x. acris terre et prati duabus quas nobis dedit in perpetuum de pheudo suo apud Sanctum Nicholaum.'

## CCCXCVI.

## NOTIFICATION TO WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, BY MILISANT, DAUGHTER AND HEIR OF WILLIAM MITDEHORGUILL, OF HER GRANT TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Willelmo D. g. Land. episcopo et omnibus Sancte matris ecclesie filius ad quos p. s. pervenerit . Milisant filia Willelmi Mitdehorguill et heres ipsius . salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et presenti hac karta mea confirmasse Deo et B. M. et monachis et Margan in perpetuam elemosinam puram liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione pro anima patris mei et antecessorum meorum et successorum duas acras prati de libero tenemento meo apud sanctum Nicholaum . que videlicet acre jacent contra pratum sacerdotis de Bonevill' ex altera parte rivuli juxta Fennebrigge . et insuper concessi donum matris mee Milisant quod fecit predictis monachis similiter in puram et perpetuam elemosinam . scilicet unam acram prati quam dedit pro anima patris mei de dote sua que videlicet acra incipit a fonte Donisi et jacet ex orientali parte rivuli subtus terram arabilem versus duas acras prati que sunt super eundem rivulum ex altere parte rivuli. Et insuper communem pasturam totius pheudi mei de Sancto Nicholao . illis concedo libere et quiete in perpetuum. Testibus .

Ysaac presbytero de Sancte Cadoco . Ricardo sacerdote de Kaerwigau . Godefrido monacho de Margan . Fratre Wittfare et Fratre Jordano conversis de Margan . Augustino capellano de Sancto Johanne . Hereberto filio Turkilli . Dobino filio Walteri Siward . Waltero filio Ricardi sacerdotis de Kardif . Ricardo filio Hereberti Turkilli . Osberno cellarario de Neth . Matildi de Soor avia mea . Rogero Scrogein.

Seal in red wax, pointed oval $1\frac{7}{8}$in. by $1\frac{1}{4}$in. Device, a full-length female figure vested in a loose robe, girdled at the waist, and in the right hand a flower.

Legend—'+ sigillum milis[e]n[t].'

Endorsed—'Carta Domine Milisent junioris et matris ipsius de tribus acris prati et communi pastura pheudi sui apud Sanctum Nicholaum . que nobis concessit in perpetuum.'

## CCCXCVII.

## MORGAN AP CARADOC CONFIRMING HIS GRANT OF COMMON OF PASTURE TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 B. 31.] S.D.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Morganus filius Caradoci salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse monachis de Margan communem pasturam et aisiamenta terre mee in bosco et in plano tempore Conani abbatis[1] fere triginta annis transactis. Postea vero tempore Gileberti abbatis pluribus jam annis transactis eandem donacionem eis expressius incartavi . sicut carta quam inde habent testatur . cum monachi de Neth eo tempore nichil omnino haberent de terra mea in montanis ex est parte de Neth . Anno autem ab incarnatione domini millesimo ducentesimo quinto cupiditate victus penuriam quandam partem ejusdem pasture monachis de Neth

incartavi. Hoc testimonium veritatis ideo scripto mandavi ut nota sit omnibus veritas et controversia inter duos domos de eadem pastura facilius et justius terminetur.

Endorsed—'Morgan pro domo de Margan de communi pastura sua ex est parte de Neth.'

Appended is a fragment of an oval seal of red wax, on which a figure of a knight riding to the right is partly seen.

Legend—'+ SIGILLUM MAR . . . . . . .'

(1) Abbot Conan's latest known date is 1187

## CCCXCVIII.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, TO ROGER COLE, OF LAND IN THE FEE OF NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

MORGANUS filius CRADOCI . omnibus FRANCIS . WALENSIBUS et ANGLICIS ad quos presentes littere pervenerint salutem et benevolentiam.

Tam presentium quam futurorum noverit universitas quod ego MORGANUS famulo meo ROGERO COLE pro servitio suo xx. acras terre de dominio meo in feudo NOVI CASTRI desuper fontem quendam qui dicitur COMERISWIL dedi et concessi . quam sibi et heredibus suis de me et de heredibus meis jure hereditario possidendam permisi . solidam et quietam ab omni servitio reddendo annuatim unam libram cumini intra octabas Sancti MICHAELIS. Insuper ei eandem libertatem que ad dominium meum spectat et suis sequacibus . in planis in pascuis in nemore in foro in mora et in omni communione donavi. Huic donationi ut rata permaneat filii mei LEISON et OENEUS assensum prebuerunt Et eandem ego scripti serie et testium comprobatione et sigilli appositione confirmavi. Hiis

testibus . domino Rogero abbate de Margan . domino Urbano archidiacono . G. sacerdote . Helia clerico . Waltero prepositio . David Puin' [Puinel ?] Willelmo Alewi . Herberto Loc . Iorwerh . Ris filio Oenei . Rogero Aiphan . et multis aliis.

Seal of Morgan in red wax, $2\frac{1}{8}$in. diam. Equestrian type.

'+ SIGIL . . . MARGAN . . . . . . . ARADOCI.'

Endorsed—'Donacio Morgani Rogero Cole'; and later, 'in dominio suo de Novo Castello.'

Roger Cole is possibly the English scribe's version of Roger Coh.

## CCCXCIX.

## GRANT BY ROGER COLE OF SEVEN ACRES AT NEWCASTLE, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . Rogerus . Cole . salutem.

Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse Deo et beate Marie et monachis de Margan . consilio et consensu domini mei Morgani et conjugis mee et filiorum pro salute anime mee et antecessorum de libero tenemento meo apud Castellum novum . vii. acras in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei imperpetuum. Testibus.

Entitled—'Carta Rogeri Cole de vii. acris apud Novum Castellum.'

## CCCC.

## GRANT BY ROGER COLE TO MARGAM ABBEY OF A FREE TENEMENT IN NEWCASTLE, WITH THE SANCTION OF MORGAN, HIS CHIEF LORD.

[Margam Charter.]

Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse Deo et beate Marie et monachis de Margan . consilio et consensu domini mei Morgani et conjugis mee et filiorum pro salute anime mee et antecessorum de libero tenemento meo aput Castellum Novum hanc terram in perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servitio et seculari exactione. Que videlicet terra habet ad occidentem rivum qui vocatur Ellenepulle lake et tendit ad orientem versus Witherel . set non pertingit illuc . et ad septentrionalem partem habet divisas terre de Coithcart . et austrum incipit cultura que vadit deorsum . versus magnam viam Novi Castelli. Totam istam terram dedi predictis monachis sicut inter has divisas continetur pro iiij^or. acris . terre sive plus . sive minus ibidem habeatur. Et quia ego sigillum non habui . sigillo domini mei Morgani . qui michi predictum tenementum dedit pro meo servitio . hanc cartam consignavi. Abbas vero predicti loci et monachi mee necessitati compatientes . unum bisantium dederunt in hujus recognitionem donationis. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Rogeri Cole de iiij. acris apud Novum Castellum.'

## CCCCI.

## CONFIRMATION OF A GRANT BY ROGER COLE AT NEWCASTLE TO MARGAM ABBEY, BY MORGAN AP CARADOC, THE CHIEF LORD.

[MARGAM CHARTER.]

Notum facimus universitati vestre nos pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum concessisse et presenti carta nostra confirmasse monachis de MARGAN donationem quam . ROGERUS . COLE . homo meus et serviens fecit eisdem in puram et perpetuam et liberam elemosinam de libera terra sua aput NOVUM CASTELLUM quam dedi ei pro suo servitio . ut . scilicet ipsi monachi habeant ipsam terram quam dedit eis pro IIIJ^{or.} acris que jacent ad orientem rivuli qui vocatur ELLENEPULLE lake proxime terre de COITCART per divisas . quas in carta ipsius ROGERI continentur . sine omni servitio et seculari exactione et molestia et consuetudine . et ego ipsam donationem contra omnes homines warantizabo. Testibus.

Entitled—'Confirmatio Morgani de terra Rogeri Cole apud Novum Castellum.'

## CCCCII.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CRADOC, OF THE LAND OF WALTER LAHELES, FOR A YEARLY MAUNDY, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit MORGANUS filius CRADOCI salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et hac carta confirmasse monachis de MORGAN in perpetuam elemosinam terram que fuit WALTERI LAHELES tenendam et habendam libere pacifice et quiete reddendo mihi et heredibus meus annuatim pro omni servitio consuetudine et exactione IJ^{os.} solidos ad IIIJ^{or.} terminos anni scilicet ad unumquemque terminum VJ^{d.} Nam totum reliquum quod comes

solebat accipere et ego post ipsum ad annuum redditum de illa terra . scilicet vj. solidos et iiij$^{or.}$ denarios dedi predictis monachis pro anima mea ad mandatum pauperum fatiendum per conventum in cena Domini. Et volo ut hec elemosina mea in perpetuum in domo de Margan inviolabiliter ad hoc annuum mandatum faciendum assignetur. Hiis testibus . Waltero Luuel . Ernulfo constabulario de Kenefeg . Stephano clerico . Griffino filio Kneithur . Reso Coh . David Puignel . Kenewrec filio Loarh . Thomas filio Ricardi . et multis aliis.

Seal, reddish wax, 2¼in. diam. A knight, armed, riding to the proper left, arm extended, with a sword. No visible armorial bearings.

Legend—' + sigillum margani filii caradoci.'

Endorsed—' Donacio Margani de vj$^{s.}$ et iiij$^{or.}$ [d.] de Lahelest[ou].

For Laheles see CCCCXCIX

## CCCCIII.

## GRANT BY THE SAME TO THE SAME OF LANDS BETWEEN WITHEREL AND ELLENPULLE.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte e. f. p. et f. Morganus filius Karadoci salutem.

Sciatis me c. et d. et h. c. c. D. et e. S. M. de Margan et m. i. D. servientibus in elemosinam totam terram quam habui inter Witherel et Ellenepulle lake et l. acras de Rofleslond proximiores terre eorum apud Clacckeston quam habent de Herberto Scurlag . ut habeant et teneant predictam terram . liberam et quietam ab omni seculari servicio . consuetudine et omni exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis ego et heredes mei . in perpetuum . et hanc elemosinam feci eis pro anima patris mei . et matris mee . et pro animabus omnium antecessorum meorum et pro salute mea quando reddidi me domui de Margan in manibus . G. abbatis et hoc posui tunc in mea concessione . quod si in seculo obiero . corpus meum apud Margan sepeliatur. Hiis testibus.

Entitled—' Carta Morgani filii Cradoci de l. acris et de adjectione alterius.'

## CCCCIV.

## CERTIFICATE BY MORGAN AB CRADOC OF THE QUITCLAIM OF CRADOC AP JOHN TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ad quos presens scriptum pervenerit . Morganus filius Cradoci salutem.

Noverit universitas vestra . quod Cradocus filius Johannis liberam et quitam clamavit monachis de Margan et coram me abjuravit totam terram que est inter duas Avenas . quam ipse Cradocus a prefatis monachis calengizaverat . et quitam . clamavit de se et de omnibus suis. Et super hoc plegios invenit me et Meuric Broch.

Endorsed—'Carta attestationis Morgani. Scilicet quod Cradocus filius Johannis quitum clamavit totam terram inter duas Avenas ; sine redditu.'

## CCCCV.

## GRANT OF LAND IN AVAN MARSH BY MORGAN, SON OF CRADOC, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . Morganus filius Cradoci salutem.

Noverit universitas vestra quod ego Morganus ex communi consensu et assensu heredum meorum dedi et concessi et hac presenti carta confirmavi ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus duas acras prati et unam arabilem jacentes in marisco de Avene . que fuerunt Jowan Braut vait . De quo vivente predicti monachi eas tenuerunt . libere et quiete et in pace . in puram et perpetuam elemosinam . sicut ulla elemosina liberius ac commodius dari potest aut haberi imperpetuum. Ita quod monachi decetero pro supradictis acris

nemini respondebunt. Et sciendum quod has tres acras ego MORGANUS dedi monachis de MARGAN imperpetuum pro anima JOWAN BRAUT VAIT. Hiis testibus . WRGANO SACERDOTE . DAVID PUIGNEL . HERBERTO . IVOR filio JOWAN . GALFRIDO filio HERBERTI . et multis aliis.

Endorsed—'Carta ejusdem de duabus acris prati et unius arabilis . sine redditu.'

## CCCCVI.

## GRANT BY MORGAN AB CARADOC OF THE LAND OF PULTIMOR, TO MARGAN ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis . p. et f. MORGANUS filius CARADOCI salutem.

Sciatis me consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN e. m. i. D. s. in elemosinam totam terram de PULTIMOR cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis ut habeant et teneant eam . in perpetuum liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari reddendo michi et heredibus meis annuatim ad festum Sancti MICHAELIS dimidiam marcam pro omni servitio. Et ego et LEYSAN filius meus affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus quod hoc totum ego et heredes mei adquietabimus et warentizabimus predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus . Domino HENRICO[1] LANDAVENSI episcopo . HELYA decano de NOVO CASTELLO . DAVID PUIGNEL . HERBERTO PALMERO . WASMERO filio JAGO . NICHOLAO GOBIUN . Magistro WALTERO de BERGEVENI.

Seal in dark wax, as usual, chipped.

Endorsed—'Carta Morgani filii Caradoci de terra de Pultimor.'

(1) The Bishop is Henry, Prior of Abergavenny. Consecrated ante 1196. † 1219.

## CCCCVII.

## GRANT BY MORGAN, SON OF CARADOC, AND HIS SONS, OF THE LAND LATE BELONGING TO WALTER LAGELES TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte e. f. a. q. p. s. pervenerit . Morganus filius Cradoci salutem. Sciatis me consilio et consensu Leysani et Owein filiorum meorum dedisse et con. et h. c. c. D. et e. B. M. de M. et m. i. D. servientibus totam terram que fuit Walteri Lageles . cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam pro anima mea et pro animabus predecessorum et successorum meorum habendam et tenendam libere et quiete . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et ego et heredes mei warantizabimus eis hanc donationem . sicut elemosinam nostram contra omnes homines in perpetuum . et totum annuum redditum quem comes solebat accipere . et ego post ipsum . de terra illa . scilicet . viij. solidos et iiij. denarios . ego et heredes mei predictis monachis quitum clamavimus imperpetuum. Si vero aliquod servicium . sive domini Regis sive alicujus alterius de illa terra fuerit aliquando requisitum . ego et heredes mei illud faciemus . ita quod monachi quieti erunt . et liberi ab omni servitio . exactione . et consuetudine seculari . imperpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Morgani de viij. solidis et iiij^os denariis de Lagelest[on.]'

## CCCCVIII.

## CONFIRMATION BY MORGAN AB CARADOC OF VARIOUS GRANTS TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . Morganus filius Cradoci salutem.

Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse monachis de Margan donacionem quam fecit eis Resus Coh in territorio Novi Castelli . de medietate terre que fuit Ketherech . et donacionem quam fecit eis Enniaun filius Ririd de reliqua medietate ejusdem terre in omnibus sicut carte ipsorum testantur. Et si forte propter aliquam causam dissaisiati fuerint . nichilominus monachi tenebunt predictam terram in pace et quiete inperpetuum . sicut elemosinam nostram. Teste Rogero filio Wian . Kenewreic fratre ejus . Espus filio Gistelard . David Puinnel . Herberto Palm[er] . Ricardo Waleis.

Endorsed—'Confirmacio Morgani filii Cradoci de predictis donacionibus scilicet Resi Coh et Enniaun filii Ririd.'

## CCCCIX.

## CONFIRMATION BY RES, SON OF HOEL, AND HIS BRETHREN OF THEIR FATHER'S GRANT OF LAND ON THE AVENE, MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos p. s. p. Resus filius Hoel et fratres ejus scilicet Hoel . Griffinus . Loelin . Ythel . salutem.

Sciatis nos c. et d. et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et m. i. D. s. concessione Morgani filii Karadoci in puram et perpetuam elemosinam totam partem nostram videlicet totam tertiam partem omnium que continentur inter has divisas scilicet a vado Keuelhi usque ad fontem Sancti Ylthuti et a fonte Sancti Ylthuti usque ad Torbethel et a Thorbethel usque ad Blain Cragan sicut Blain Cragan descendit in Avene . pro anima patris nostri et antecessorum et successorum nostrorum tenendam et habendam libere et quiete in bosco et in plano in pasturis et in omnibus aisiamentis. Et nos hanc donationem predictis monachis warantizabimus sicut elemosinam nostram contra

omnes homines imperpetuum. Hiis testibus . MORGANO filio KARADOCI . ROGERO WIAN . DAVID PUIGNEL . YTHENARD filio YCHEL . MEURIC WAS.

Two seals, red wax.

1. Morgan ap Caradoc, as usual.

'+ SIGILL . . . MARGANI FILII CARAD . . . . .'

2. An oval, 1in. by 1¾in. Device, a broad-leaved spear, palewise, point upwards.

'+ SIGIL . . . . . . . . . HOWELI.'

Endorsed—'Resi filii Hoel et fratum suorum.'

A Res ap Howel appears as 'latro et felo,' conveyed from Langunit to Caerdiff, in the accounts of the Comitatus [DCCXLVII]; also as witness in an Avene Charter in 1333 [DCCCCLVI.]

## CCCCX.

## ANOTHER COPY OF THE PRECEDING DEED.

[MARGAM CHARTER.]

[1] Omnibus S. E. f. ad quos presens scriptum pervenerit RESUS filius HOEL . et fratres ejus . scilicet . HOEL . GRIFFIN[NUS] . LUELIN . YTHEL . salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus . concessione MORGANI filii CRADOCI [in puram et] perpetuam elemosinam . totam partem nostram . videlicet totam terciam partem omnium que continentur inter [has divi]sas . scilicet a vado KEUELHI usque ad fontem Sancti YLTHUTI . et a fonte Sancti YLTHUTI usque ad THOR[BETHEL et a THORBETH]EL usque ad BLAINCRAGAN sicut BLAINCRAGAN descendit in AVENE . pro anima patris nostri et antecessorum et successorum nostrorum . tenendam et habendam libere et quiete in bosco et in plano in pasturis et in omnibus aisiamentis. Et nos hanc donationem predictis monachis warantizabimus sicut elemosinam nostram contra omnes

homines imperpetuum His testibus MORGANO filio CRADOCI . ROGERO WIAN . DAVID PUGNEL . YTHENARDO filio Y . . . . MEURIC WAS.

Endorsed—'Confirmatio Resi filii Hoel et fratrum suorum de terra quam nobis dimisit pater eorum . (Vacat . . .).'

(1) This copy is scored through, as though for erasure

## CCCCXI.

## MEMORANDUM CONCERNING GRUFFUTH VREGH, LORD OF GLENTAWY, HIS OPPOSITION TO WILLIAM, SON OF JOHN DE BREUHUSE, THE LOSS OF THE WOODLANDS, THE LAW OF HOWEL DA SUPERSEDED, ETC.

[P.R.O., Q.R. MISCELL. BOOKS, VOL. I.]

Fayt a remembrer que GRUFFUTH VREGH' fust seygnour de GLINTAWY en acum tens epuis a la encontre sire GUILLAME de BREUHOSE filz sire JOHAN de BREUHUSE. Epuis pur aver la pees le seignour . si relessa il tous ses boys . a seygnour pur avoir les autres terres. E. GRUFFUTH ap HOWEL[1] . e OWEYN VACHAN et EYNON ap HOWEL e les autres gents de sus boys si alerent hors encontre le seygnour e puys quant il vindrent a la pees . en pees feysauntes ensemblementes oue autre rau'son si relesserent il au seygnour touz leur boys aforestees issint qe la pasture e lur autres terres leur demorassent . e qe la ley HOWEL DA feust desfayte e qe il peussent avoir la ley de xij. et denqueste . et cetera . et cele ley . et cetera. Les queux leys vnkes ne feurent en la meyn de nul des cuntes de WAREWYCH ne de nul des seyngneurs de BREUHUSE avaunt le tens avaundit . come en demeyn par quay illes porreient doner ne vendre . et cetera.

(1) See Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 158

## CCCCXII.

## GRANT BY PHILIP DE MARCROSS OF AN ANNUAL RENT FOR LIGHTS TO THE CHURCHES OF NEATH AND MARGAM.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1220.

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint. PHILLIPUS de MARCROS . salutem.

Noverit universitas vestra me pro salute anime mee . et uxoris mee et omnium antecessorum . et successorum . meorum . concessisse et dedisse et hac presenti . carta mea confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam . redditum x. solidorum . ad luminare inveniendum die purificationis beate virginis MARIE. Ex quibus x. solidos monachi de MARGAN percipient VI. solidos . annuatim de monachis de NETH . ad festum Sancti MICHAELIS . pro XXXVI. acris terre quas domus de NETH tenet de me in elemosinam . sicut carta eorum quam de me habent testatur. Et IIIJ. solidos reddet illis BALDEWINUS de LANDU . pro XXIIIJ^{or.} acris terre . quas ego PHILIPPUS de MARCROS dedi in puram elemosinam predicti domui de MARGAN . de libero tenemento meo de MARCROS . ad eandem terminum . Sancti MICHAELIS. Hiis . Testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de luminaribus in die purificationis.'

## CCCCXIII.

## CONFIRMATION BY ESPUS, SON OF CARADOC DU, OF HIS PATERNAL UNCLE'S GRANT IN PEITIVIN LAND, AND OF THE LAND RECOVERED FROM HIS UNCLE'S DAUGHTER, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis Sancte ecclesie filiis qui presentem cartam inspexerint . ESPUS filius CARADOCI salutem.

Notum facio universitati vestre me concessisse et presenti carta confirmasse Deo et beate MARIE et monachis de MARGAN donacionem xx$^{ti.}$ acrarum in terra PEITIUIN quas KETHERIC patruus meus eisdem monachis in elemosinam dedit. Ad has autem xx$^{ti.}$ acras de terra mea quas per finalem concordiam de THATEKECH filia predicti KETHERIC recuperavi VII$^{tem.}$ acras prefatis monachis in puram et perpetu[am] elemosinam dedi tenendas et habendas libere et quiete ab omni servicio et seculari exactione. Que videlicet VIJ$^{tem.}$ prefa[tis] xx$^{ti.}$ acris proxime sunt et conjuncte ad australem plagam. His testibus. WILLELMO de LICHESFLET. WILLELMO de REG[NI] atque HELIA monachis. GODWINO. RICARDO. GOCELINO. conversis de MARGAN. GRIFFINO filio CNAITHURI. RICHEREDO filio RIWEL. RIHEREDO fratre illius.

Endorsed—'Carta Espus filii Caradoci Du.'

## CCCCXIV.

## CONFIRMATION BY ESPUS, SON OF CARADOC DU, OF HIS UNCLE'S PEITIVIN LAND IN KENFIG AND THAT OF HIS FATHER IN CORNELY, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris. ESPUS filius CRADOCI DU. salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse. et hac carta confirmasse consilio et consensu parentum et amicorum meorum Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN. et monachis ibidem Deo servientibus totam partem meam terre PEITEUIN que fuit KETHERICI patrui mei et totam terram meam de CORNELI que fuit CARADOCI DU patris mei cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam pro anima mea et patris et matris mee et omnium parentum meorum ut eam habeant et teneant libere et quiete ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius teneri potest.

Reddendo solummodó heredibus meis post decessum meum duo calcaria vel sex denarios singulis annis ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio Et hec omnia feci eis quando corpus meum prefate ecclesie delegavi . ut cum mortuus fuero ibidem sepeliatur. Et sciendum quod ego ESPUS filius CARADOCI DU . et heredes mei affidavimus et super sanctuaria ecclesie de MARGAN juravimus quod hanc donacionem prefatis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. His testibus . VRIA filio WEIR . ESPUS et GERUASIO filiis GISTELET . MADAROD filio CHANAN . WILLELMO de LICHESFELD . HENRICO de CARDIF monachis de MARGAN et CNAITHURO converso.

Endorsed—'Carta ejusdem de terra Peitevin.'

## CCCCXV.

## PROVISIONAL GRANT BY ESPUS, SON CARADOC DU, OF THE WHOLE OF HIS PEITEVIN LAND IN KENFIG, AND OTHER LAND TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris ESPUS filius CARADOCI DU. salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam terram meam quam habui de feudo PEITEUIN in territorio de KENEFEG in elemosinam liberam et quietam ab omni seculari consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest . reddendo annuatim mihi et heredibus meis imperpetuum solummodo dimidiam marcam pro omni servicio. Et sciendum quod in inicio hujus donacionis accepi pre manibus firmam VI. annorum scilicet III[es.] marcas . unde ipsi monachi quieti sunt usque ad tantum terminum perimpletum. Et sciendum quod si contigerit me mori antequam heredem habeam de uxore mea filia RESI filii JOWAN . totam predictam terram illis dedi in elemosinam

puram et quietam ab omni servitio. Si vero contigerit me habere heredem post mortem meam dedi eis XII^cim^ acras simul cum corpore meo in puram elemosinam et duos clamavi solidos quietos quos accipere solebam de predicta firma. Et hec omnia firmiter tenenda et warantizanda imperpetuum affidavi. Et super sacra juravi . et plegios inveni . scilicet . RESUM COH . et fratres eius . ITHELLUM filium RIWEL et fratres ejus . GALFRIDUM filium CNAITHURI DU et fratres ejus.

Endorsed—'Item carta ejusdem de terra Peitevin.'

## CCCCXVI.

## CONFIRMATION BY JORVARD, SON OF ESPUS, OF HIS FATHER'S GIFTS IN CORNELY TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego JORUARDUS filius ESPUS consilio et assensu parentum et amicorum meorum concessi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus donationem patris mei . quam fecit eis de terra sua de CORNELY . cum omnibus pertinentiis et aisiamentis suis . ut habeant et teneant eam in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam . ab omni servitio consuetudine et exactione seculari. Sicut ulla elemosina liberius haberi . vel teneri potest. Preterea quitum clamavi totum clamium meum quod habui in terra PEITEUIN. Illos etiam VI. denarios . quos inde solebant reddere . in perpetuum quitos clamavi. Et ego et heredes mei hanc confirmationem predictis monachis warantizabimus in perpetuum contra omnes homines. Hiis testibus.

Endorsed—'Carta Joruardi ab Espus.'

Jorvard ab Espus witnessed Charters in 1231 and 1249, and he and Res Coh were two of the twelve 'Viri probi et legales' called in as jurors to decide the case between Earl Gilbert, by his Bailiff, and Howel ab Meredue, in the matter of Richard Syward in 1245 [CCCCXC., DXXXV., DXXXVIII., DCXLIII.]

## CCCCXVII.

## GRANT BY JORUARD AB ESPUS OF ALL HIS LAND BETWEEN CUMKARRUM AND FRUDUL TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

CARTA YORVARD FILII ESPUS DE TERRA INTER CUMKARRUM ET SURSAM DE FRUDEL.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego JORUARD filius ESPUS dedi et concessi et hac carta mea confirmavi d. et ec. S. M. de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam terram meam inter CUMKARRUM et sursam de FRUDUL . cum omnibus pertineneiis suis tenendam de me et heredibus meis per easdem divisas per quas pater meus ESPUS et Avus meus CRADOC . DU . eandem terram tenuerunt.[1] Et ego et heredes mei predictam terram prefatis monachis contra omnes homines warantizabimus imperpetuum.

Hiis testibus.

Jevan [illegible]
|
Cradoc Du
|
Espus
|
Jorvard = Wenthlian.
|
Wilim — Madoc — Espus — Joruard Vachan

(See Nos CCCCLXXXV and CCCCXXVIII.)

CCCCXVIII. is the confirmation of this grant by the sons of Joruard

(1) An erasure here, containing a paragraph concerning a rent

## CCCCXVIII.

## CONFIRMATION BY THE SONS OF YORVERD AB ESPUS OF THEIR FATHER'S GRANT OF LAND BETWEEN CUMKERUM AND FRUDUL TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] EARLY 13TH CENT.

Sciant presentes et futuri quod ego WILIM ab JORUERD . MADOC ab JORUERD . et ESPUS ab JORUERD . et JORUERD vachan . fratres mei consensu matris nostre

WENTHIAN et fratrum nostrorum . et omnium parentum nostrorum dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus D. et e. S. M. de M. et m. i. D. s. totam terram nostram inter CUMKERUM et sursam de FRUDUL cum omnibus pertinenciis suis tenendam et habendam de nobis et heredibus nostris per easdem divisas per quas pater noster JORUERD ab ESPUS . et ESPUS avus noster . et CRADOC ab JEVAN DU . eam tenuerunt. Ut habeant et teneant eam in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine . et exactione . et demanda . sicut ulla elemosina melius et liberius haberi et teneri potest. Nos vero et heredes nostri predictam terram cum omnibus pertinenciis suis contra omnes homines mortales imperpetuum warantizabimus. Et ut ista donacio nostra et concessio rata et stabilis permaneat . huic scripto sigilla nostra communi assensu apposuimus. Hiis testibus . WALTERO de SULIA . HENRICO de HUMFRAMVILL' . WILLELMO FRANDENG' . MORGANO VACHAN . GRIFINO ab RES . GRIFINO VACHAN . JEUAN ab WRONU . et multis aliis.

Four seals, 1in. diam., in dark green wax.

1. The field, replenished with pellets, in pale a lance flag, charged with four chevrons. The banner flying to the proper left.

Legend—'+ S' . WILL'I . FILII . JORUER' AB ESP'.'

2. The same.

'+ S' . MADOCI . FILII . YORVHET . AB . ESP.'

3. Similar device, flag to right.

'+ S' . ESPUS . FILII . YERVHET . AB . ESP.'

4. As 1 and 2.

'+ S' . YORVHET . VAHAN . FIL' . YORV . AB . ESP.'

Endorsed—'Carta filiorum Yerword ab Espus.' 'A deed of all the lands betwixt Cumkeroun and Ffrudell.'

Jorverd ab Espus occurs 1219, 1234, 1248.

## CCCCXIX.

## GRANT BY DIUERIC, SON OF JOHN, SON OF JOAF, OF LAND HELD BY HIS FATHER OF EARL WILLIAM, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] NO DATE.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris DEUREC[1] filius JOHANNIS filii JOAF . salutem.

Sciatis me consilio et consensu amicorum et parentum meorum concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam XII$^{cim.}$ acras terre arabilis . et duas prati quas pater meus JOHANNES filius JOAF tenuit de comite WILLELMO et ego post eum reddendo annuatim domino meo pro omni servicio XVIIJ$^{to.}$ denarios. Has igitur XII$^{cim.}$ acras terre arabilis et duas prati dedi prenominatis monachis . ut eas habeant et teneant libere et quiete ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest salvo servitio domini mei . scilicet XVIII$^{to.}$ denarios . quos predicti monachi annuatim domino meo reddent quamdiu terram tenuerint. Et ego DIUERIC filius JOHANNIS filii JOAF affidavi et super sanctuaria ecclesie juravi . quod hanc donacionem eis in perpetuum contra omnes homines warantizabo. Hiis testibus . HENRICO de PENEBRUGE . tunc vicecomite . HELIA clerico . RADULPHO MAILOC . HERNARDO[2] constabulario . OSMERO CUUIAN . WILLELMO de LICHESFELD . TOMA de BRISTOU . monachis de MARGAN . ESPUS filio CRADOCI . GRIFFINO filio GNAITHURI . JOHANNE presbitero . STEPHANO clerico de KENEFEG.

Seal, dark wax, 1⅝in. diam. Device indistinct.

Legend—'. . . . . . . . . DIUERIC.'

Endorsed—'Carta ejusdem de eisdem acris.'

(1) The copy in the roll reads 'Diueric.' (2) 'Ernaldo,' copy in a roll.

## CCCCXX.

### GRANT BY DIUERIC, SON OF JOAF, OF LAND BETWEEN CORNELI AND ST. MICHAEL'S GRANGE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] Circa 1230.

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris. Diueric salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et B. M. de M. et M. de Margan pro salute anime mee. terram meam quam habui inter Corneli et grangiam de Sancto Michaele. scilicet xii^cim^ acras terre arabilis et duas acras. prati in elemosinam. ut ipsi monachi habeant et possideant terram illam in perpetuum sicut ego eam tenui. scilicet pro solummodo xviii^o^ denariis per annum quos dabunt apud Kenefeg in gabulum. Et ego et heredes mei warantizabimus eis terram illam imperpetuum contra omnes homines. Et sciendum quod quando feci eis hanc donacionem caritative dederunt mihi duos solidos. Hiis testibus. Willelmo de Lichesfeld. Willelmo de Punchardun. Willelmo tunc portario et Richardo monachis. Rogero. Willelmo conversis de Margan. Griffino filio Cnaithur. Espus filio Gistelard. et multis aliis.

Endorsed—'Carta Diueric filii Joaf de duodecim acris.'

## CCCCXXI.

### GRANT BY GILLE SEIS OF TWENTY-FOUR ACRES TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] Circa 1230.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Gille Seis dedi et hac karta confirmavi Deo et B. M. de Margan et m. i. D. s. in perpetuam elemosinam xx^ti^ iiij^or^ acras terre cum pertinentiis suis que jacent inter terram Diueric. et terram Yuor ab Wian. quarum etiam una acra et dimidia jacet inter terram Willelmi Gille et terram Mei. et i. acra ex opposito in sudparte vie illius. Has xx^ti^ iiij^or^ acras cum prato scilicet xii. quas tenuit pater meus. et xii. quas ego emi

de WETHELEU filii YUOR dedi prefatis monachis in perpetuam elemosinam habendas et tenendas libere quiete et pacifice absque omni seculari consuetudine et exactione preter servitium domini Regis . Scilicet IIJ. solidos. Et sciendum quod ego et RETHERECH frater meus et consanguinei mei juravimus super sanctuaria ecclesie quod nos et heredes nostri hanc donationem predictis monachis warantizabimus contra omnes homines tam propinquos quam extraneos in perpetuum . sicut liberam elemosinam nostram. Hujus rei plegii sunt RETHERECH frater meus . RESUS COCH . CRADOC frater ejus . ALAITHUR . WRUNU ab WIAN . WORUERD ab GISTELARD. Et sciendum quod quando feci eis hanc donationem . domus ipsa me recepit in plenam fraternitatem . et concessit mihi ut quandocunque voluerim ibidem habitum conversi suscipiam . si eorum ordo me recipere poterit . id est si non habuerim uxorem vel nimietate debitorum fuerim astrictus . vel aliquid tale contigerit . pro quo non possim recipi.

Seal in red wax, pointed oval, $1\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{8}$in., a sort of spear-bladed lily.

'+ SIGILL' . GILLE . SEIS.'

Endorsed—' Gille Seis de XXIIIJ. acris.'

(Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 167.)

## CCCCXXII.

## ROYAL WRIT TO THE BAILIFF'S OF CARMARTHEN FOR THE RESTITUTION OF SWANSEY CASTLE TO REGINALD DE BRAOSE.

[ROTUL. LIT. CLAUS. 7 HEN. III., VOL. I., p. 564.]

24 SEPT. 7 HEN. III. 1223.

Rex baillivis de KAERMERDIN salutem.

Mandamus vobis quod talem saisinam habere faciatis dilecto et fideli nostro REGINALDO de BRAOS' de castro de SWEINES' cum pertinentiis suis qualem inde habuit die quo idem REGINALDUS venit ad pacem et servicium nostrum.

Teste H. etc. apud HEREFORDIAM . XXIIIJ. die Septembris.

Endorsed—' De saisina de castro de Sweines.'

## CCCCXXIII.

## PETER DE CICESTER, DEAN OF WELLS, RECITES A MANDATE OF POPE HONORIUS III., DAT. 12 JAN., 1222, FOR ADJUDICATING BETWEEN W. PINCERNA AND THE ABBEYS OF MARGAM AND NEATH, WITH RESULT OF THE CASE.

[HARL. CHARTER, 75 B. 2.] CIRCA A.D. 1223.

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis . P. decanus . A. cancellarius . et L. subdecanus WELLENSES salutem in domino.

Mandatum domini . Pape suscepimus in hec verba.

HONORIUS episcopus servus servorum Dei dilectis filiis decano . cancellario . et subdecano WELLENSIBUS . BATHONIENSIS diocesis salutem et apostolicam benedictionem.

W. dictus PINCERNA . R. et J. filii ejus nobis conquerendo monstrarunt quod de MARGAN et de NETH abbates CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS diocesis super terris et rebus aliis injuriantur eisdem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis . facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati . si se gratia . odio vel timore subtraxerint . per districtionem eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nicholominus exequantur.

Datum LATERANI IJ. idus Januar . Pontificatus nostri anno sexto.

Hujus igitur auctoritate mandati abbatem et conventum de MARGAN citavimus . dictis W. PINCERNE . R et J. filiis suis coram nobis responsuros et juri parituros. Quibus tandem per fratrem R. monachum ejusdem domus procuratorem suum in nostra presentia comparentibus et predictis . W. R. et J. respondentibus facta est eis sufficiens editio de terris et rebus aliis super quibus eis injuriati dicebantur .

et postea prefixus est eis dies ad omnes exceptiones dilatorias que sibi competerent proponendas. Et ecce interim operante illo qui fecit utraque unum . pax inter partes est reformata et concordia confirmata. Ita scilicet quod prenominati . W. et filii sui omnes questiones et exactiones super terris et rebus aliis quas habuerunt adversum domum de MARGAN omnino remiserunt . sicut littere eorundem patentes ad nos misse protestantur. Nos autem hanc predictorum . W. et filiorum suorum et domus de MARGAN concordiam et pacem gratam habentes . et ratam in posterum fore volentes sigilla nostra huic scripto apposuimus in testimonium.

Two seals, brown, fragmentary.

1. Peter de Cicester, Dean of Wells. A fleur-de-lis.

‘+ IN SPI . . . . . . . SSE ROBERTUM.

2. Lambert, Subdean. ⅞in. diam. Agnus Dei.

‘. . . . . AMB’ SUBD . . . . .’

The seal of the Chancellor A[lard] is missing.

Endorsed—‘Finalis compositio inter domum de Margan et domum de NETH et W. Pincernam et R. et J. filios ejus.’

## CCCCXXIV.

## MANDATE BY GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD, TO THE SHERIFF OF GLAMORGAN, THAT THE MONKS OF MARGAM ARE ONLY TO BE IMPLEADED BEFORE HIM OR HIS SHERIFF.

[MARGAM CHARTER.] 1223—1230.

PROTECTIO G. DE CLARE.

G. de CLARE comes GLOCESTRIE et HERTFORDIE . vicecomiti GLAMORGAN salutem.

Cum dominus noster JOHANNES Rex ANGLIE qui terram de GLAMORGAN habuit occasione comitisse ISABELLE . matertere nostre quam desponsaverat . prohibuerit

ne abbas et monachi de Margan de aliquibus tenementis suis ponerentur in placitum . nisi coram se ipso . vel coram capitali ejus justiciario . volumus et precipimus ne ipsi super aliquibus que ad curiam secularem pertinent ponantur in placitum nisi coram nobis . vel coram vicecomite nostro ex mandato nostro. Valete.

(See No. CCCLX.)

## CCCCXXV.

## REMISSION BY THE ABBOT AND CONVENT OF TEWKESBURY TO THE ABBOT AND CONVENT OF MARGAN OF AN ANNUITY ON THE LIFE OF JURDAN DE HAMELEDENA.

[Harl. Charter, 75 A. 51.]

Noverint universi legentes et audientes hanc cartam quod nos abbas et conventus Theokesbirie conventionavimus abbati et conventui de Margan quod de illis viginti duobus solidis quos nobis ipsi reddunt pro Jurdano de Hameledena . quamdiu ipse vixerit . quod de illis viginti duobus solidis post mortem ipsius Jurdani nichil omnino requiremus á domo de Margan. Set ipsa domus inperpetuum erit inde quieta et carta de Margan quam inde habemus . ipsis sine omni contradictione resignabitur. Et super hoc fecimus eis cartam nostram in testimonium.

Endorsed—' De ecclesia de Kenefec.'

Portions of two seals attached.

1. First seal of Tewkesbury Abbey.

2. Seal of the abbot of Tewkesbury. The abbot standing on a corbel with a book in the left hand, the right hand uplifted in benediction.

' . . . . . . . DEI . GRA . ABBAS . S . . . . . . .'

A fine of 1197 [CCXXV.] mentions Thomas le Sanford as having married Amabel, elder daughter and co-heir of Richard de Kardif, and as with him holding a knight's fee in Hameleden, which was probably in Gloucestershire and connected with Tewkesbury. Jordan was a name in use in the de Kardif and Sanford families but who Jurdan was is unknown. He may have been a de Cardiff

Richard de Kardif was a member of a well-known family in the counties of Gloucester and Glamorgan. The *Golden Grove Book* makes him son of Robert, and nephew of Simon de Kardif, who witnessed a Charter C. 1170. [CL.] Mr. Knight cites Richard as witnessing a deed by Richard de Lucy to William, Earl of Gloucester, as 'senescallus.' 23rd March, 1159, and he witnessed the foundation charter of Keynsham Priory by the same Earl, as 'Ricardus de Card. tunc dapifer (comitis);' it further appears, from a general confirmation, 11 Edward II., that he gave land in Mapledurham to the canons of that house [New Mon., v., 452]. He also gave to Ewenny a rent-charge on certain lands in England [Arch. Camb., 1853, p. 168].

A fine of 24th January, 1197, taken after his death, shews him to have left two daughters, co-heirs, of whom Amabel, the elder, claimed the half of three parts of a knight's fee in Toppesfeld, and half a quarter fee in Grancenden, and half a knight's fee in Hameleden, and half a quarter fee in 'Nova-villa' (Newcastle) in Glamorgan, and half a fee in St. Hilary, and half of three hydes and of a virgate of land in Haiston. She was allowed all Nova-villa, Hameleden, and the service of Grancenden, and the hydes and virgate in Haiston, to her and her husband, Thomas de Sanford, and their heirs for ever.

Hadwise, the younger co-heir, married Thomas de Bavis. They had all Toppesfeld and all St Hilary. Nova-villa and St. Hilary were in Glamorgan; the other places were in Essex and Surrey [Fines temp. R. I].

In his capacity of dapifer to the Earl of Gloucester, the Charter conceding to the burgesses of Neath the privileges enjoyed by those of Cardiff was addressed to and witnessed by Sir Richard, as appears from its recital in the confirmation Charter of 20 Richard II.

Meyric, quoting the now lost register of Neath Abbey, says that Sir Richard de Cardiff had thirty librates of land in Newton Nottage from Earl William, and held them as the fourth part of a knight's fee (by the tenure of castle guard at Cardiff), and the *Liber Niger* mentions him as holding of the Earl half a fee in Wales and a whole fee in England.

It is not necessary here to pursue the pedigree of the de Cardiff family. They were of Queenhull and Walton-Cardiff, in Gloucestershire, and were represented in 1369 by Edward de Kerdif and Paulinus, his son, who died s.p.; and in the female line by the Bawdripps and Bassetts of Beauprè, from Joanna, heiress of Wm. de Kerdif of Walton, who died 5 Edward III. Walton was afterwards Walton-Bassett. St. Hilary no doubt came from the Kerdifs to Bassett of Beauprè, though through what channel is not ascertained.

## CCCCXXVI.

## GRANT BY GISTELARD, SON OF JOHN, SON OF BELIUS, OF LAND NEAR THE WATER OF KENFIG, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris GISTELARD filius JOHANNIS filii . BELII . salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et m. i. D. s. omnem terram meam que est juxta aquam de KENEFEG . scilicet $XL^{a.}$ acras per consilium et concessionem uxoris mee et filiorum

meorum . ut habeant et teneant eam libere et quiete plenarie et honorifice ab omni seculari servicio et consuetudine et omni exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest imperpetuum ita tamen ut annuatim reddant IIIJ^or. solidos pro predicta terra domino ejusdem terre. Et super reliquias de MARGAN juravimus ego et uxor mea et filii mei et parentes mei . ESPUS filius CARADOCI . TRAHARN filius CONANI . et KETHEREC frater ejus qui hanc convencionem warantizabimus contra omnes homines. Pro hac autem convencione dederunt mihi predicti monachi IJ^as. marcas. Hiis testibus . WILLELMO cellarario tunc . HELIA monacho . RICARDO tunc magistro de Sancto MICHAELE . GRIFFINO filio CNAITHURI . CONANO filio MERUITH.

Seal, dark wax, 1¾in. diam. A sort of flowered star of six rays.

'+ SIGILLUM GISTELARD.'

Endorsed—'Carta Gistelard filii Johannis filii Belii de XL^a. acris.'

## CCCCXXVII.

## QUIT-CLAIM BY GRIFIN, SON OF CRADOC DE TYRIARTH, TO MARGAM, OF TANGUESTELLOND, GISTELARDESLOND, AND KEDEREKESLOND.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit GRIFINUS filius CRADOCI de TYRIARTH salutem in Domino sempiternam.

Sciatis me remisisse . relaxasse . et omnino quietum clamasse pro me et heredibus meis ac assignatis meis in perpetuum D. et B. M. de M. et m. i. D. s. totum jus et clamium quod habui seu unquam habere potui aut aliquis seu aliqui heredum seu assignatorum meorum decetero habere aut clamare potuerint in perpetuum in hiis terris subscriptis cum pertinenciis suis . videlicet in tota terra que appellatur TANGUESTELLOND cum pertinenciis suis . Et in tota terra que dicitur GISTELARDESLOND cum pertinenciis suis . Et in tota terra que vocatur KEDEREKESLOND cum

pertinenciis suis . comoditatibus omnibus libertatibus et aisiamentis ad easdem terras spectantibus. Ita quod nec ego GRIFINUS nec heredes mei seu assignati mei nec aliquis vel aliqui pro me vel per me aliquod jus vel clamium in totis terris predictis cum pertinenciis . libertatibus et aisiamentis suis . nec in aliquibus seu aliqua earundem in toto vel in parte decetero poterimus exigere vel clamare. Et ego dictus GRIFINUS et heredes mei sive assignati mei totas prefatas terras integraliter cum pertinenciis prefatis monachis warentizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. Pro hac autem mea warentizacione et omnimoda quieta clamacione facta prefatis monachis tam pro me quam pro heredibus meis imperpetuum . dederunt michi predicti monachi septem crannocos[1] frumenti et dimidium per annum solummodo . pro omnibus exactionibus et demandis. Et ut hec mea warentizacio . relaxacio . et omnimoda quieta clamacio firma stabilisque perseveret in perpetuum . presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . WILLELMO ab YORUERTH . TRAHARN ab REES . DAVID ab GRIFFITH . YORUERTH ab GRIFFITH . REES VOYL . WRONOU SEYS . GRIFFITH VACHAN . YORUERTH COUTH . OWEYN VACHAN . REES ab CRADOC . KEDERECH ab CRADOC . REES VACHAN . DAVID ab REES . et multis aliis.

Small round seal, dark green wax, $\frac{3}{4}$in. diam. : an estoile of eight points.

'+ S' GRIFINI F' CRAD'.'

Endorsed in a late handwriting—'Relaxacio de Tanghistland et Gyslesland.'

(1) Mensuræ genus apud Hibernos.—Ducange.

## CCCCXXVIII.

## QUIT-CLAIM BY WALTER, SON OF CUNNOR, AND IVOR, HIS STEP-SON, TO MARGAM OF LAND BETWEEN THE TWO AVANS AND EMBROCH.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes quod ego WALTERUS filius CUNNOR . et IUOR privignus meus clamamus quietam abbatie de MARGAN . totam terram quam tenuimus inter duas

Avanas . et illam de Embroch . et quicquid intra metas abbatie tenuimus in bosco . et plano . et pascuis . sicut puram elemosinam predicte abbatie quam non habueramus nisi pro censu dando scilicet annuatim duos nummos pro acra et hoc ad terminum . et cum bona pace et sponte nostra forisjuravimus eam inperpetuum super altare et reliquias ejusdem loci. Juravimus etiam quod si quis aliquo tempore sive de propinquis nostris sive de extraneis eam calumpniari presumpserit . nos stabimus ad warentizandum eam abbatie contra omnes homines ubicunque necesse fuerit. Sciendum etiam quod uxor mea Tangusstel scilicet mater Iuor privigni mei cum ceteris filiis suis et matre sua Keneris id ipsum totum quod fecimus cum bona pace et sponte sua concesserunt. Et quia nos ipsi sigilla non habuimus . sigillo ecclesie de Landaf et sigillo Willelmo de Londoniis . et Pagani de Turberuil' . quod fecimus super hac re hoc scripto confirmavimus. Pro eo quod in pace dimisimus has terras abbatie . dederunt nobis monachi xx^ti solidos et quadraginta nummos. Hujus rei plegii sunt . Willelmus de Londoniis . Paganus de Tur[ber]uill' et Hugo avunculus ejus . Symon de Turberuill' . Walterus Luuel . et Walterus filius ejus . Thomas de Corneli . Johanne de Croeli . Michael de Nova Uilla . Rodbertus filius Eilmeri . Keneithur filius Herberti . et Willelmus frater ejus . Wassenfrei.

Three seals originally, only the first now remains; in red wax, 1⅝in. diam. A figure in armour, on horseback, riding to the proper left, blowing a horn. Legend is very illegible.

'[+ SIGI]LLUM . PAGANI . DE T'BERVIL' . . . .'

Endorsed—'Cessio Walteri filii Cunnor et parentum ejus á terra quam tenuerunt á nobis inter duas Avanas.'

The pedigree seems to stand thus:—

Cunnor = . . . . = Keneris

Walter. = Tangustel. = 1st husband
2nd husband.

Ivor

## CCCCXXIX.

## GRANT OF A RENT OF TWELVE PENCE BY ADAM, PORTARIUS, TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 45.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Adam portarius salutem.

Noverit universitas vestra me consensu et consilio Thome filii mei et heredis mei aliorumque amicorum meorum dedisse et concessisse atque presenti carta confirmasse pro anima mea et pro animabus predecessorum atque successorum meorum Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus redditum xii denariorum quos prefati monachi mihi reddere debuerunt annuatim in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio consuetudine et exactione. His testibus . Henrico de Kerdif et Willelmo de Herefordia monachis de Margan . Cradoco medico . Robino . Waltero.

Endorsed—‘ A. portarius.’

This is Adam, the Porter of Cardiff [Castle]. See No DCCCXXV The two documents shew three generations, of which two held the office, which was probably hereditary. The device on the seal represents the office.

Roger Portarius.
|
Adam Portarius.=———
|
Herbert. Thomas

It is evident from the identity with land specified in the following Charter, that Robert Cusin had inherited from the above, probably through a sister of Herbert and Thomas.

## CCCCXXX.

## CONFIRMATION BY ROGER CUSIN, SON OF ROBERT, PORTER OF CARDIFF, OF THE GRANT BY ADAM, HIS MOTHER'S BROTHER, OF LAND NEAR THE FISHPOND OF ROATH, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte e. f. p. et futuris . Rogerus Cusin . filius Roberti Cusin . portarii de Kard[if] . salutem.

Noverit univ. vestra quod ego cons. et cons. parentum et amic. meor. conc. et h. p. c. m. confirmavi pro salute anime mee et antecessorum meorum . Deo et beate Marie de Margan et m. i. D. servientibus . donacionem quam eis fecit . A . . . portarius avunculus meus . sicut carta ejus quam inde habent testatur . scilicet xv. acras terre arabilis . et v. acras prati . juxta vivarium de Raath . in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servicio consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et totum jus et clamium quod habui in prefata terra . prefatis monachis remisi et quitum clamavi in perpetuum. Et sciendum quod ego Rogerus . et heredes mei warantizabimus predictis monachis predictam terram contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Roberti Cusin portarius de Cardiff.' On the Charter roll 'Carta Rogeri Cusin.'

## CCCCXXXI.

## GRANT BY MAURICE, PRIOR OF ST. MICHAEL OF OWENI, *al.* UGGOMOR, *i.e.*, EWENNY, OF A TENEMENT AT LANTGEWI, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod hec est conventio que facta est inter domum de Margan et ecclesiam Sancti Michaelis de Oweni presidente monasterio de Margan domno Conano abbate . et omno [*for* domno] Mauritio prioratum apud Oweni administrante. Scilicet quod ego Mauritius prior de Oweni dimitto et concedo in perpetuum et hoc consilio et communi assensu fratrum et sociorum nostrorum monachorum nobiscum degentium . monachis et domui de Margan totum tenementum quod Willelmus Scurlagge nobis et ecclesie Sancti Michaelis de Oweni in puram et perpetuam contulit elemosinam apud Lantgewi de libero tenemento suo . per omnia sicut idem Willelmus nobis et

domui nostre melius et liberius et integrius eandem dedit elemosinam in terris . et pasturis . et pratis . et communa pasture . et ceteris aisiamentis terre et pheudi de LANTGEWI nobis concessis et in elemosinam datis . sicut carta ipsius WILLELMI testatur. Hec inquam omnia sine aliquo retenemento predicti monachi de MARGAN in perpetuum possidebunt . libere et quiete et sine omni servitio et seculari exactione . reddendo nobis pro omni servitio duos solidos annuatim ad Pascha. Et quia carta prime donationis remansit in nostra custodia . nos de OWENI presentem conventionem . et terram quam locavimus cum omnibus suis libertatibus monachis de MARGAN contra omnes in perpetuum warentizabimus. Testibus HUGONE et OSBERNO tunc monachis apud OWENI . WILLELMO de BEDINT' et GODEFRIDO monachis de MARGAN . ADAM capellano . JORDANO converso de MARGAN . WALTERO clerico de Sancta BRIGIDA . HELIA clerico . RODBERTO de GLOECESTRIA . HEREVEIO dapifero prioris.

Seal of the Prior of St. Michael de Vggomor', *i.e.*, Ewenny. Green wax, imperfect. Figured in Birch's *Hist. of Margam Abbey*, p. 30.

At the top the word CYROGRAPHUM cut through with three deep indentures.

Endorsed—'Prioris de Oeweni.'

## CCCCXXXII.

## PRIVILEGE GRANTED BY GILBERT DE MONMOUTH, OF FREEDOM FROM TOLL IN BUYING AND SELLING THROUGHOUT HIS LAND, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego GILBERTUS de MONEMUTA pro salute anime . et pro salute uxoris mee BERTE et pro salute puerorum meorum et parentum meorum et amicorum meorum . concessi Sancte MARIE et abbacie de MARGAN libertatem . per terram meam ad emendum et vendendum quicquid eis placuerit libere et quiete absque omni teloneo et absque querela et absque omni consuetudine de

Among the St. John evidence [Lansdowne MSS. 860a. fol. 348] is a Charter by which 'Elizabeth le Blount, wife of the Lord John le Blount, Kt., in her widowhood, grants to John Purvill, perpetual vicar of Lankarvan, and to John Tokiker, son of William Tokiker, all the pasture between my wood in the Castle of Penmark, and the brook there, etc. Dated 13 May, 36 Edward III.'

Sir John and Lady Elizabeth had one daughter, Alice le Blount, heiress of the Humfranville and Furneaux estates. She married first Sir Richard Stafford, who was dead 8 Rich. II., and afterwards Sir Richard Storey, who survived. She died childless, 1414-5. [I P.M., 2 Henry IV., No. 27.]

Upon Lady Storey's death, the Furneaux estates seems to have gone to the descendants of the sisters of her grandfather, Sir Simon, but the descent of those of Humfranville, and the manner in which they eventually reached St. John is not so clear. On the death of Ed. le Despenser in 1375 (1345-6) [Escaet. 19 Edward III.] three of the Penmark fees were held conjointly by Elizabeth Blount, John de Arundel, and John de Hath, and Thomas Mitchell, and John Andrews, so that St. John did not succeed at once to a share of the Humfranville property, even if, as is generally stated, he married one co-heir of Humfranville, while Blount married the other.

44 Edward III., 1370-1, was a deed of partition between Oliver St. John, chevalier, and Elizabeth Blount, lady of Calne (?), running thus :—

'Know all men present and to come that we, Nichol Denis, parson of the Church of Coytif, Thomas Michel, parson of the Church of Pourkerrye [Porthkerry], William Bachelor, parson of the Church of Pconstew (?) give, grant, and by this our present Charter, confirm to Oliver St. John, John Arundel, Robert Willis, and John de Hach, a moiety of the manor of Penmark, and of the advowson of the Church pertaining to that manor, with all their appurtenances, which lately were given to Oliver St John and Elizabeth his wife, daughter of John de la Bere. Witness Laurence de Berkerolles, Edward de Estradlyne, Thomas Turberville,' etc.

Charter CCXIII. bears the seal of Gerbert, son of Robert, the device of which is a cinquefoil. This evidently was derived from the coat of his chief, Lord Henry de Humfranville. All of the name, including the Northern Earls of Angus, bore the cinquefoil as a part of their arms.

The pedigree of Humfranville or Umfreville, given in Pole's *Devon*, commences with Henry, who bore 'crusily a rose or' [no doubt a five-foiled rose], and was of Lapford, a member of the Honour of Torrinton, probably by his marriage with one of the five co-heirs of Mathew de Thoreton. His son John was father of Sir Henry s.p. and John, father of Sir Henry, who left two daughters, co-heirs, Alice who married Sir Simon Furneaux and had Lapford, and Elizabeth, who married Oliver St. John of Penmark. To their heirs, according to this version, Lapford reverted on the death of Alice Storey s.p., and while St. John of Fonmon, ancestor of Lord St. John, had Penmark, Lapford was settled upon Edward St. John, a cadet, whose daughter and heir married Nicholas Arundel of Trerice, in whose descendants Lapford remained.

There was another branch of Umfreville of Comb Pyne and Down Umfreville, in Devon, probably cousins, who bore '*gules*, three roses and a chief *or*.'

The earliest William in the St. John pedigree was son of Roger, and grandson of Sir John St. John of Fonmon, Fitzhamon's retainer, who appears in the Liber Ruber of the Exchequer. His mother Cicely was daughter and heiress of Robert de Haia, co. Sussex, who probably had property in Monmouthshire, where the family were benefactors to the Church of Bassaleg. According to Dugdale, Sir John had no children, and the Fonmon estate went to the descendants of his sister's child, who married Adam de Port of Basing, their descendants taking the name of St. John. William, the first Port who took the St. John name, was great-nephew of William, and great-great-grandsire of Sir John St. John of Fonmon, reputed to have married Elizabeth Umfreville, by which match Penmark was eventually brought into the St. John Family.

## CCCCLIV.

## AFFILIATION OF THE ABBEY OF MAIG OR MONASTERNENAGH, CO. LIMERICK, TO MARGAM ABBEY, BY APPOINTMENT OF THE GENERAL CHAPTER OF CITEAUX.

[HARL. CHARTER, 75 A. 4.] 1227.

Venerabilibus . et in CHRISTO dilectis . . abbati et conventui de MARGAN . frater . G. dictus abbas CISTERCIENSIS totusque conventus abbatum capituli generalis . eternam in CHRISTO salutem.

Clamor exordinationis miserabilis abbatiarum HYBERNIENSIUM ordinis nostri sepe ad nos delatus . nuper manifeste nobis innotuit per visitatores in auctoritate . et potestate nostra specialiter ad hoc destinatos ut viderent et scirent si clamorem opere complevissent . qui etiam firmiter asserebant quod prefate abbatie non possent in ordine reformari . et relevari a paupertate nimia qua laborant . nec ad . . . ere ut resurgant . nisi per gentis mutationem . nec illud posse fieri commode . nisi ad minus alique majores abbatie subtracte suis inordinatis matribus . que pro tanta culpa merentur jure suo privari . aliis ordinatis abbatiis perpetuo jure supponantur. Et quia ordinis zelo accensi pro salute animarum et ordine reformando . vultis recipere in filiam abbatiam de MAGIO que hucusque fuit filia MELLIFONTIS . sicut per vestras litteras manifeste percepimus . predictam abbatiam de MAGIO vobis et ecclesie vestre ex certa scientia et plenitudine potestatis damus in filiam perpetuo possidendam. Vobis igitur districte precipi-

mus . quatenus amodo post presens capitulum . ad reformandam predictam abbatiam filiam vestram in spiritualibus et temporalibus taliter sollicite intendatis . ut anime salventur . et nos non cogamur predictam adoptationem aliquando immutare.

Datum anno gratie M°. CC°. XX°. septimo . Tempore capituli generalis.

Fragment of seal of the Abbot of Citeaux. Brown wax.

## CCCCLV.

## GRANT BY ROBERT, SON OF WIAN, OF ALL THE LAND IN THE FEE OF NEWCASTLE WHICH HE HAD FROM MORGAN AP CARADOC, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1197—1203.

Sciant omnes tam p. quam f. quod ego ROBERTUS filius WIANI concedo . et dimitto monachis de MARGAN concessione et consensu domini mei MORGANI . totam terram meam quam michi dedit in feudo NOVI CASTELLI scilicet quadraginta acras quarum decem in perpetuam elemosinam largitus sum monachis . et xxx. eisdem dimitto ad firmam in VI. annos libere et quiete usque post terminum VI. annorum . qui anni incipiunt a festivitate Sancti MICHAELIS anni M. C. nonagesimi VIJ. ab incarnatione Domini. Que videlicet festivitas Sancti MICHAELIS tertia secuta est captionem castelli de Sancto CLARO . factam per WILLELMUM de BRAUSA. Ita scilicet . ut per VI. annos habeant XX. acras terre frumentalis et ultra adhuc per tres annos . id est . simul . IX. habeant reliquas . X. acras que jacent juxta illas . quas illis dedi in perpetuum. Et sciendum quod ego pre manibus jam accepi censum omnium istorum annorum . id est . XXVIJ. solidos et J. denarium. Et hoc totum feci consensu et consilio fratrum meorum . ROGERI et GRIFFINI . et aliorum. Et si infra hoc spacium mortuus fuero . totam istam terram cum corpore meo prefatis monachis et monasterio dedi in perpetuam elemosinam. Quam si non potuero illis warantizare usque ad prescriptos terminos

de hoc quod residuum erit pecunie quam accepi . secundum annorum computationem satisfaciam monachis et terram de omnibus serviciis adquietabo quamdiu fuerit in manibus monachorum et hec omnia me fideliter observaturum juramento firmavi . et hoc insuper plegios dedi . Dominum meum Morganum . Rogerum et Griffinum . fratres meos . Ithell filium Sansonis . et Guganum avunculum meum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Roberti Wian de decem acris.'

## CCCCLVI.

## GRANT BY ROBERT AND ROGER WIAN OF TEN ACRES IN THE FEE OF NEWCASTLE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Sancte e. f. p. et futuris . Robertus filius Wian salutem. Notum sit universitati vestre nos per consilium et assensum domini nostri Morgani filii Cradoci et fratrum meorum . Rogeri . scilicet . et aliorum parentum etiam et amicorum dedisse Deo et beate Marie et monachis de Margan x. acras terre de feodo Novi Castelli . de terra mea quam dominus meus Morganus dedit mihi ibidem . pro meo servitio . que scilicet acre habent ad orientem illum locum inclusum fossato . qui vocatur gardinum Sweini . et tendunt sursum versus montem . ad occidentem . et a septentrionali parte divisam habent terram Scurlag . et ab australi . meam terram . reliquas x. acras. Has x. acras sicut jacent sursum et deorsum in longum . ad orientem et occidentem . et in latum ad aquilonem et australem . predictis monachis dedi in perpetuum . in liberam et perpetuam et puram elemosinam . quietas ab omni servitio et seculari exactione . facturus servicium de reliqua terra mea . si aliquid inde forte aliquo tempore fuerit requisitum. Et hanc donationem feci pro salute anime mee et antecessorum meorum patris et matris et successorum et domini mei Morgani qui illam terram michi dedit. Et quia sigillum non habui . sigillo domini mei

MORGANI . hanc donationis mee cartam consignavi. Hiis testibus . WILLELMO cellarario de MARGAN . GODEFRIDO monacho . RESUS etiam filius MEURIC plegius est et WILLELMUS KILLE. Testibus . ROGERO COLE . et fratre JORDANO . et WALTERO de LANTGE . et aliis pluribus.

Imperfect seal, brown wax, of Morgan f. Caradoc, as already described.

Endorsed—'Robertus Wian de x. acris.'

## CCCCLVII.

## GRANT BY ROGER, SON OF WIAUN, AND KENEWREICH HIS BROTHER, OF TEN ACRES OF ARABLE LAND, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus S. e. f. p. et futuris ROGERUS filius WIAUN salutem. Sciatis me c. et d. et h. c. c. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. s. i. p. et p. elemosinam concessione MORGANI domini mei . et KENEWREICH fratris mei decem acras terre arabilis . liberas et quietas ab omni servicio . consuetudine et exactione . proximas x^cem. acris quas eis dedit ROBERTUS frater meus quas et ego hac carta confirmavi. Et hoc totum eis feci pro anima MORGANI domini mei . et anima mea et anima KENEWREICH fratris mei et antecessorum et successorum meorum. Et ego et heredes mei hec omnia eis warantizabimus contra omnes homines. Hiis testibus . RESO COH . KENEWREIC filio WIAUN . ENNIAUN RIRID . ESPUS filio KISTEL[ARD] . RICARDO WALEIS et multis aliis.

Seal, red wax, pointed oval, 1⅜in. by 1in. Device, a sort of rude lily with three lobes.

'+ SIGILL. ROGERI WIAN.'

Endorsed—'Carta Rogeri filii Wiaun de x. acris terre arabilis.'

Wian, father of Roger and Kenewrec, was evidently a Welsh tenant of Morgan ap Caradoc, who was a descendent from Jestyn.

The Wiaun family were considerable benefactors to Margam; being tenants under the Lords of Avene their donations required the confirmation of the Over-Lord. A similar donation was made to Neath, and confirmed in 1208 by King John as Chief Lord [CCCXVIII.].

## CCCCLVIII.

## GRANT BY ROGER AND KENEWREC, SONS OF WIAN, OF TWENTY ACRES OF LAND AND RENTS AT NEWCASTLE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte matris ecclesie filiis p. e. f. Rogerus filius Wian . et Kenewrec frater ejus salutem.

Sciatis nos consensu Morgani filii Caradoci et filiorum ejus concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et e. de Margan e. m. i. D. s. in perpetuam elemosinam viginti acras terre que fuit Saiet . quam Morganus dedit Roberto fratri nostro pro suo servicio et post mortem ipsius nobis. Habendas et tenendas reddendo annuatim pro omni servicio consuetudine et exactione . tantum duos solidos . ad festum Sancti Michaelis . quamdiu ambo vixerimus. Altero vero nostrum moriente . quisquis prius obierit . pro animabus nostris predicta terra monachis quieta imperpetuum remanebit. Concessimus eciam eis in elemosinam pasturam . et aisiamenta terre nostre ubicunque attingere poterint ita quod nullos alios religiosos infra terram nostram recipiemus . pro animabus nostris et antecessorum nostrorum et successorum nostrorum. Et nos et heredes nostri hec omnia eis warantizabimus inperpetuum. Hiis testibus . Morgano filio Caradoci . Leisan et Owein filiis ejus . Alaithu filio Ithenardi . Reso Coch . Grifino filio Cneither . Ithel filio Samsonis . Meurich Boxach . et multis aliis.

Three seals in dark red wax.

1. Oval, slightly pointed, 1in. by $1\frac{1}{4}$in. Device, a sort of rude lily, or seeded fleur-de-lis.

Legend—' + SIGILL' . ROGERI . WIAN.'

2. Ordinary seal of Morgan ap Caradoc as before.

3. $1\frac{5}{8}$in. diam. A dexter hand and vested arm, issuing from the sinister, fesswise, grasping a lance-flag.

' + S . . . . L' : KENE[W]ERC : . . . . [WI]AN.'

Endorsed—' Rogeri Wian et Kenewrec fratris ejus de xx. acris pro IJ. solidis annuatim apud Novum Castellum.' And in a later hand—' terra Seyth.'

## CCCCLIX.

## GRANT BY WILLIAM DE LONDRES OF THE LAND BETWEEN THE GARW AND THE OGMORE TO MARGAM ABBEY, WITH HALF-SHARE OF FOREST-RIGHTS.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. WILLELMUS de LOND[ONIIS] salutem. Sciatis me consilio et consensu matris mee et fratris mei THOME de LOND[ONIIS] et aliorum amicorum meorum concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie S. M. de M. et monachis Deo ibidem servientibus pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam quicquid continetur inter has duas aquas . VKGEMOR et GARWE . in bosco et plano . ab eo loco ubi GAREWE cadit in VKGEMORE quantum terra mea durat versus ROTHENI . ut habeant et teneant eam ad feudofirmam. Reddendo michi et heredibus meis annuatim . III^es. marcas . scilicet XX. solidos ad festum Sancti MICHAELIS . et XX. solidos ad PASCHA . pro omni servitio consuetudine et exactione. Et sciendum quod forestarius meus custodiam nemoris habebit cum consilio abbatis de MARGAN. Ita quod ego inde capiam quantum opus habuero ad proprios usus meos et hominum meorum . et monachi inde capient quantum opus habuerint ad usus proprios . sine nemoris destruccione. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hanc elemosinam contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus . THOMA de LOND[ONIIS] . PETRO PINCERNA . RADULFO de CANTELO . WALTERO GUNDI . OWENO le NORREIS . PAGANO de TURBERVILLE . GILBERTO de TURBERVILLE . WILLELMO de CANTELO . OSBERNO clerico . ROBERTO clerico.

Endorsed—'De Kevenmahhai. Donatio Willelmi de Lond[oniis].'

## CCCCLX.

## GRANT BY WILLIAM DE LONDRES, OF LAND BETWEEN THE RIVERS UGKEMORE AND GARWE TOWARDS ROTHENI, WITH MUTUAL BENEFIT FROM THE FOREST, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS de LOND[ONIIS] . salutem.

Sciatis me cum consilio et consensu matris mee et fratris mei THOME de LOND[ONIIS] . et aliorum amicorum meorum concessisse et dedisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie B. M. de M. et m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam . quicquid continetur inter has duas aquas UGKEMORE et GARWE in bosco et plano . ab eo loco ubi GARWE cadit in UGKEMORE quantum terra mea durat versus ROTHENI . ut habeant et teneant eam ad pheudo-firmam . reddendo mihi et heredibus meis annuatim IIJ[es.] marcas . scilicet xx. solidos ad festum Sancti MICHAELIS . et xx. solidos . ad PASCHA . pro omni servitio . consuetudine . et exactione. Et sciendum quod forestarius meus custodiam nemoris habebit cum consilio abbatis de MARGAM . ita quod inde capiam quantum opus habuero ad proprios usus meos et hominum meorum . et monachi inde capient quantum opus habuerint ad usus proprios sine nemoris destructione. Et ego et heredes mei warentizabimus predictis monachis hanc elemosinam contra omnes homines in perpetuum.

Hiis testibus . THOMA de LOND[ONIIS] . PETRO PINCERNA . RADULPHO de CANTEL' . WALTERO GUNDI . OWENO NORREIS.

Oval seal, red wax, impression of a signet set with an antique gem. Pallas, leaning on a spear, holding a helmet, at her feet a shield.

'+ SIGILLU' . WILL' . DE . LONDONIIS.'

Endorsed—'Willelmus de Lond[oniis]. De Egliskeynor.'

If this be the original from which No. CCCCLIX. is copied into the Abbey Roll, it is difficult to account for the smaller list of witnesses. But compare Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 134.

## CCCCLXI.

## CONFIRMATION BY THOMAS DE LONDRES OF THE GRANT BY HIS FATHER WILLIAM OF LAND BETWEEN THE UGKEMORE AND GARWE, TOWARDS ROTHENI,[1] TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. Thomas de Lond' . salutem.

Sciatis me consilio et consensu matris mee et fratris mei Willelmi de Lond'. et aliorum amicorum meorum concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie B. M. de Margan et m. D. i. s. pro salute anime mea et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam . donationem quam predictus frater meus Will' de Lond' illis fecit . scilicet quicquid continetur inter has duas aquas Ugkemore . et Garwe in bosco et plano ab eo loco ubi Garwe cadit in Ugkemore . quantum terra nostra durat versus Rotheni . ut habeant et teneant eam ad feudofirmam libere et quiete bene et in pace in omnibus et per omnia . sicut carta ipsius Will' de Lond' testatur . reddendo annuatim iij. marcas pro omni servitio . consuetudine . et exactione. Et ego predictam donationem eis warentizabo contra omnes homines sicut elemosinam nostram in perpetuum. Hiis testibus . Pincerna Petro . Radulpho de Cantel' . Waltero Gundi . Oweno le Norreis . Godefrido filio Almeri . Herveio Cras . Gervasio clerico.

Seal in dark green wax, slight pear-shaped, $1\frac{1}{4}$in. by 1in. Impression of an antique oval intaglio gem : a helmeted bust to the left.

Legend—' + sigill' thome de lond'.'

Endorsed—' Confirmatio T. de Lond'.'

(1) See No. DXLV.

## CCCCLXII.

## HAWISIA DE LONDRES CONFIRMS VARIOUS GRANTS TO ST. PETER'S ABBEY, GLOUCESTER.

[CARTUL$^{m.}$ S$^{ti.}$ PETRI GLOUC. VOL. I., p. 284.]

Sciant presentes et futuri quod ego HAWISIA de LONDONIA filia et heres THOME de LONDONIA concessi et presenti carta mea confirmavi in ligia viduitate et potestate mea abbati Sancti PETRI GLOUCESTRIE etc. . . . . . . omnes elemosinas et donationes terrarum et ecclesiarum quas MAURICIUS de LONDONIA antecessor meus eis dedit, et etiam omnes donationes et confirmationes WILLELMI de LONDONIA avi mei; et omnes confirmationes THOME de LONDONIA patris mei, scilicet ecclesiam Sancti MICHAELIS cum villa de EWENNY cum omnibus pertinentiis suis cum prato et molendinis; ita tamen quod omnes homines mei qui ibi voluerint molere ibi molant sine calumnia vel contradictione mei vel heredum meorum, preter homines meos de COLWINSTONE, qui ad molendinum meum de COLWINSTONE debent molere. Et ecclesiam Sancte BRIGIDE cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam Sancti MICHAELIS de COLWINSTONE cum omnibus pertinentiis suis et sexaginta sex acras terre cum pertinentiis in eadem villa, et etc. etc. . . . . et ecclesiam de EGLISKEYNOR et totam terram que est ex parte silve de ALUNE usque ad pasturam equorum domini, et ex parte orientis totam terram que jacet de domo EDRICI vicecomitis usque ad ripam de EWENNI etc. etc. . . . . . Volo etiam quod predicti abbas et monachi habeant in bosco meo de UGGEMORA communam pasture per totum ad omnimoda [anim]alia sua et husbote et heibote, et ad ardendum, et claudendum, et ad edificandum, adeo libere et quiete sicuti melius unquam habuerunt tempore MAURICII antecessoris mei vel alicujus antecessorum meorum. Habendum et tenendum, etc. . . . . . . in puram et perpetuam elemosinam, etc. etc. . . . . . . Et ut hec concessio et confirmatio mea rata et inconcussa et stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus, etc., etc. . . . . .

## CCCCLXIII.

## CHARTER OF PROTECTION BY HENRY III. TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 A. 10.] 1228.

Henricus Dei gratia Rex Anglie Dominus Hibernie Dux Normannie Aquitanie et comes Andegavie omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Sciatis nos suscepisse in protectionem et defensionem nostram homines terras redditus possessiones et omnes res abbatis et monachorum de Margan in mari et terra. Et ideo vobis mandamus quod homines terras redditus possessiones et omnes res predictorum abbatis et monachorum in mari et in terra manuteneatis protegatis et defendatis nullam eis inferentes vel inferri permittentes molestiam injuriam dampnum aut g[ravamen], et si quid eis forisfactum fuerit id eis sine dilacione fatiatis emendari. In cujus rei testimonium has litteras uostras patentes eis fieri fecimus. Teste me ipso apud Merewell' xxviii. die Maii anno regni nostri duodecimo.

## CCCCLXIV.

## AFFILIATION OF THE ABBEY OF HOLY CROSS IN IRELAND, TO MARGAM ABBEY, BY APPOINTMENT OF THE GENERAL CHAPTER OF CITEAUX.

[Harl. Charter, 75 A. 5.] 1228.

Venerabilibus et in Christo dilectis abbati et conventui de Margan frater G. dictus abbas Cisterciensis totusque conventus abbatium capituli generalis eternam in Christo salutem.

Clamor exordinacionis miserabilium abbatiarum HIBERNIE ordinis nostre sepe delatus ad nos nuper manifeste nobis innotuit per visitatores in auctoritate et potestate nostra specialiter ad hoc destinatos vt viderent et scirent si clamorem opere complevissent . qui etiam firmiter asserebant . quod prefate abbatie non possent in ordine reformari et relevari a paupertate nimia qua laborant . nisi ad minus alique majores abbatie subtracte suis inordinatis matribus que pro tanta culpa merentur jure suo privari aliis ordinatis abbatiis perpetuo jure supponantur. Et quia ordinis zelo accensi pro salute animarum et ordine reformando vultis recipere in filiam abbatiam de Sancta CRUCE que hucusque fuit filia de MAGIO eandem abbatiam vobis et ecclesie vestre ex certa scientia et plenitudine potestatis damus in filiam perpetuo possidendam. Vobis igitur districte precipimus . quatenus decetero ad reformandam predictam abbatiam filiam vestram in spiritualibus et temporalibus taliter sollicite intendatis ut anime salventur et nos non cogamur predictam adoptationem aliquando immutare. Datum anno gratie M$^{o}$. CC$^{o}$. vicesimo octavo tempore capituli generalis.

Attached is a portion of a circular seal, of brown wax, bearing the semi-figure of an abbot.

Legend—'SIGILLVM . ABBATIS . . . . . . . . . IS.'

See Irish State Papers. Vol. I. A.D. 1171—1251.

The State Papers refer to this visitation, one result of which was the reduction of Monasternenagh Abbey to the rank of a cell, on the ground of poverty, as seems to be contemplated here for Holy Cross. That South Wales was the channel through which the Normans passed to the conquest of Ireland is a matter of history, and is supported by the large number of both leaders and followers, who bear names connected with Glamorgan, Carmarthen, and Pembroke.

Leland says Margam had privilege of sanctuary, which the Welsh seldom or ever used. He also mentions its four daughter houses in Ireland—Kyrieleyson, Sancta Crux, Maio (probably Maig or Nenay, co. Limerick), and Chorus Benedictus. It will here be seen that the children were very far from partaking of the prosperity of their parent.

## CCCCLXV.

## STEPHEN, ABBOT OF STANLEY, AFFILIATES THE CISTERCIAN ABBEY OF ST. CROSS, A DAUGHTER OF MAYO, IN IRELAND, TO MARGAM ABBEY.

[Margan Charter.] 1228.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris frater Stephanus[1] dictus abbas de Stanleia salutem eternam in domino.

Si nova quedam atque insolita in ordine nostro emergentia circa statum domorum ordinis innovationes aliquas inducant vel immutationes . non est absurdum aut dissonum equitati . presertim cum suadeat pietas . pulset necessitas . blandiatur utilitas evidens . et salus animarum . Quoniam igitur virorum religiosorum et Deum timentium crebra relatione exordinationis multiplicis abbatiarum Hibernie miserabilis clamor non solum ad audientiam ascendit capituli generalis . verum etiam in scandalum totius religionis tam cleri quam populi circumquaque aures replevit . desiderans dictum capitulum tanto discrimini et infamie ordinis remedium adhibere . talique animarum periculo . et ab omnibus tam dolendo affectione materna si quo modo posset occurrere . ad omnes abbatias Hibernie ob ordinis inibi reformationem nos destinare decrevit in plenitudine potestatis. Ita quod inter cetera nobis auctoritate capituli memorati commissa libere possimus sine alicujus obstaculo contradictionis, et irrequi[si]tis patribus abbatibus abbatias plures in unam conjungere . Et aliis abbaciis ejusdem derivationis . pro reformatione ordinis perpetuo in filias dare . Item contradictores interdicto supponere . suspendere . et excommunicare . insuper omnia ordinare et agere . sicut crediderimus expedire.

Nos itaque obedientie premium præ oculis statuentes et pro injuncti officii debito non sine magnis et crebris mortis periculis dictas domos Hibernie una cum aliis viris auctenticis atque discretis tam abbatibus quam monachis personaliter adeuntes . pensatis undique circumstanciis tam domorum quam personarum

ibidem commanentium et moribus regionis . exitum alium nullatenus reperire valuimus . quo vel horrendis conspirationibus . vel inveteratis exordinationibus finis imponatur et respiret religio . nisi abbatie quedam domorum minus ordinatarum subjectioni subtracte aliquibus aliarum regionum abbaciis . que ruinas ordinis tam in spiritualibus quam temporalibus et velint et valeant maturius reparare tanquam matribus jure perpetuo supponantur . Ita quod unaqueque mater ad minus duas habeat filias in terra memorata. Ut si quando aliqua illarum collum desub jugo regule et ordinis contumacibus et malitiosis conspirationibus attemptet excutere aut scisma procreare . in reliqua filia saltim refugium reperire possit mater tutumque receptaculum . dum alterius insolentie insistit reprimende. Sicque commodius et expeditius pro causarum varietate aut temporis . alterius per alteram oppressionem sublevet . aut domet elationem . juxta quod ait ecclesiastes. ' Melius[2] est duos simul esse quam unum habent enim emolumentum societatis . si unus ceciderit . ab altero fultietur . ve soli quia cum ceciderit . non habet sublevamen. Item si dormierint duo . fovebuntur mutuo. Unus autem quomodo calefiet ? ' Et cetera in hunc modum.

Harum igitur et hujuscemodi innumerarum instinctu rationum . pensatis quidem hinc dispendiis atque periculis . illinc utilitatibus ordinis et honestatibus pluribus . que si scribentur debitam et consuetam in cartis brevitatem immoderata sui prolixitate excederent . et audientibus tedium generarent . habita insuper cum viris auctenticis summeque peritis deliberatione diffusa et tractatu diligenti . de ipsorum omnium unanimi consilio abbatiam de Sancta Cruce[3] . que olim fuit filia de Magio[1] . domui de Margan tanquam matri decetero subicimus. Et auctoritate capituli generalis que nobis commissa est . in plenitudine potestatis domus in filiam perpetuo possidendam . ut sic tam ad domum de Magio quam ad illam de Sancta Cruce citius reformandam . et in statu debito perpetuo conservandam . facilior accessus pateat . et ingressus liberior . omnisque via que hucusque abbaciis Hibernie contra ordinem rebellandi et scismata detestabilia procreandi in superbia sua et in abusione occasionaliter audatiam dedit et vires

ministravit . in posterum precludatur. Verum quia operas graves et labores sumptuosos . maxime autem periculosos ibi quisque invitus et tardus impendit . ubi timetur ne introeat et proventus gratis percipiat alienus . auctoritate supra memorata omnibus tam abbatibus quam monachis et conversis undecumque fuerint perpetuam imponimus silentium . ne sibi contra dictam ordinationem aliquatenus liceat reclamare . vel ipsam quomodolibet audeant perturbare. Decernentes irritam et inane . quicquid in contrarium aliquo tempore impetratum . vel quomodocumque fuerit attemptatum . Abbas igitur et conventus de MARGAN dictarum filiarum suarum reformationem in spiritualibus et temporalibus tanta sollicitudine ac diligentia in perpetuum intendere satagant . ut anime salventur . et ne ob dicte domus de MARGAN evidentes excessus et intolerabilem coram Deo et hominibus quod absit negligentiam in hoc parte . cogatur sepedictum capitulum generale memoratam adoptationem aliquando immutare. In cujus rei robur et testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus . una cum subscriptis viris venerabilibus predicti negocii testibus. Dompnis videlicet . J. de MARGAN . S. de BILDEWAS[5] . A. de Sancta MARIA juxta DUBLIN[6] . W. de MAGIO[4] . M. de Valle SALUTIS[7] . Ph. de JERIPONTE[8] . R. de Portu Beate MARIE[9] . R. de Sancta CRUCE[10] . —de ROSAVALLE[11] . W. de VOTO[12] . H. de BEATITUDINE[13] . W. de WETHENI[14] . J. de TRACTAN[15] . —de GRENARDO[16] . — de ARNICAMPO[17] . T. de Sancto SALVATORE[18] tunc abbatibus.

Datum apud abbatiam de VOTO . Anno gratie M°. CC°. XX°. VIIJ°.

Three fragments only of the seventeen seals originally appended remain.

Endorsed—'S' Abbatis Stanlehe.'

(1) Stephen de Lexington, Abbot of Stanley, co. Wilts, became Abbot of Savigny in 1229. See Birch. *Collections for the Hist. of Stanley, Wilts Arch Soc Trans.*

(2) Eccl. IV., 9—11.

(3) Holy Cross, de Sancta Cruce, co. Tipperary, foundation uncertain, but before 1182. Also called Wethirlugh'n. Holy Cross, Cistercian Abbey, on the R. Swire, near Thurles, co. Tipperary. This Abbey was a daughter of Nenay or Maig, co. Limerick. The Abbot was Earl of Holy Cross, the lands being an Earldom. He was also a Baron of Parliament, and usually Vicar-General of the Cistercians in Ireland. (Archdale. *Mon. Hibern.*, p. 659.)

(4) Mayo, or Monasternenagh, co. Limerick.

(5) Buildewas, co. Salop.
(6) Dublin St. Mary embraced the Cistercian rule, 1139.
(7) De Valle Salutis or Baltinglass, co. Wicklow
(8) Jerpoint, co. Kilkenny.
(9) Dunbrody, or Port St. Mary, co. Wexford.
(10) St. Cross, in Munster.
(11) Rossglass, de Rosea Valle, St. Ewin's, co. Kildare.
(12) De Voto, perhaps the same as De Kyrielyson, in Munster; Kilbeggan, co Westmeath, or Kilcooly, co. Tipperary.
(13) Bectiff, de Beatitudine, co. Meath.
(14) Wethenoya, or Owney, co. Limerick.
(15) Tracton, or de Albo Tractu, co. Cork.
(16) Lerha, near Granard, co. Longford.
(17) Arincamp, founded 1209, in Ireland.
(18) Vallis S. Salvatoris, Graignemanagh, co. Kilkenny.

## CCCCLXVI.

## GENERAL CONFIRMATION BY RICHARD EARL OF GLOUCESTER AND HERTFORD TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1229—1261.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego RICARDUS de CLARE comes GLOUCESTRIE . et HERTFORDIE . dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et patris mei . et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam has terras per divisas suas cum pertinentiis suis in feodo de KENEF[EG] . et in feodo NOVI CASTELLI . scilicet totam terram PEYTEVINI . et totam terram HUGONIS de HEREFORD . et totam terram WALLENSIUM . pro qua reddere solebant annuatim triginta duos solidos ballivis de KENEF[EG] . Et totam moram meam de HEVEDHALOK inter duas aquas KENEF[EG] . et BAYTHAN . Et quinquies viginti et decem et septem acras terre de dominico mense mee in NOVO CASTELLO . Scilicet totam terram inter CROKKERESHILLE et ELLENEWELLELAKE . et inter magnam viam tendentem de LACHELEST[ON] . versus NOVUM CASTELLUM . et LANGE-

FORER' . que terra jacet pro quinquaginta tribus acris . Et totam terram inter ELLENEWELLELAKE et WYTHEREL . que terra jacet pro triginta septem acris . Et residuum . ex estparte de WYTHEREL . Scilicet in terra que tendit de vado lutoso quod dicitur FENNILAKE . per duas quarentenas versus orientem . et versus aquilonem : usque ad terram SEYETH . et in eodem feodo NOVI CASTELLI moram ad aquilonarem et occidentalem partem montis qui dicitur BRIDDEWDES-CASTEL . per has divisas . Scilicet sicut rivulus qui dicitur BUDELENDELAKE descendit de TREYKYK et cadit in HOLLAKE . et exinde usque ad illum locum quo ultimus rivulus versus orientem descendens de TREYKYK cadit in HOLLAKE ex estparte de REDEFORD' . Et exinde versus aquilonem usque ad magnum lapidem qui stat in mora ex estparte ejusdem rivuli . Et exinde usque ad DUMETUM subtus ALTERHERY . Et exinde usque ad terram arabilem subtus TREYKYK . Et exinde versus occidentem sicut terra arabilis dividit eandem moram usque ad predictum rivulum qui dicitur BUDELENDELAKE . Et terram que dicitur SEYETESLAND . Et redditum octo solidorum et quatuor denariorum . qui solet reddi annuatim de terra que dicitur LACHELESLAND . Et terram KETHERECH que jacet ad australem partem juxta magnam viam tendentem versus LACHELEST[ON]. Et terram que dicitur ROFLESLAND . ex altera parte ejusdem magne vie. Habendas et tenendas cum omnibus libertatibus et aisiamentis suis de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servitio . consuetudine . et exactione seculari . sicut ulla elemosina integrius . liberius . et quietius potest teneri.

Preterea dedi concessi et confirmavi eisdem monachis in puram et perpetuam elemosinam et quietum clamavi et remisi in perpetuum totum forinsecum servicium de feodo de LANDGEWY . quod ad me vel ad antecessores meos pertinere solebat . vel quod ad me vel ad heredes meos pertinet preter dimidiam marcham solummodo quam michi et heredibus meis annuatim reddent tam pro warda quam pro omni alio servitio de eodem feodo ad nos pertinente. Preterea de omnibus aliis tenementis que prefati monachi tenent . totum forinsecum servicium quod ad antecessores meos pertinere solebat . vel quod ad me vel ad heredes meos pertinent .

sive sit servicium militis sive venatoris . vel alius cujuslibet servientis . sive etiam servicium coquine seu quodcunque aliud forinsecum servicium ad nos pertinens . totum illud servicium eisdem monachis dedi in perpetuam elemosinam . et quietum clamavi et relaxavi totaliter in perpetuum . undeviginti et octo denarios de KILLECULLUM . et quatuordecim denarios de terra GILLEMICHEL quos solebant reddere ad coquinam comitis . et redditum quatuor solidorum et trium obolorum quos solebant annuatim reddere de terra JHOUAF TROVNGAM juxta KATTEPITTE prefatis monachis in puram et perpetuum elemosinam dedi et relaxavi in perpetuum. Et omnia alia forinseca servicia ad me vel ad heredes meos pertinentia . predictis monachis sicut predictum est omnino remisi preter prefatam dimidiam marcam de LANDGEWY. Et[1] totam communam in toto marisco meo ad occidentalem partem ville de KAERDIF . inter TAF et ELEY concessi et dedi eisdem monachis in perpetuam elemosinam . reddendo inde michi annuatim et heredibus meis pro singulis capitibus averiorum suorum quantum burgenses de KAERDIF reddere solebant pro singulis capitibus averiorum suorum in predicto marisco pascentium tempore WILLELMI comitis GLOUCESTRIE . Scilicet pro decem ovibus unum denarium . et pro duobus averiis unum denarium. Preterea concessi et confirmavi eisdem monachis omnes donationes quas eis fecerunt antecessores mei . et omnes confirmationes et concessiones eorum sicut carte illorum testantur. Scilicet omnes terras cum pertinentiis suis inter aquam de KENEF[EG] et ulteriorem ripam aque de AVENE ulterioris que est ad occidentem heremitagii THEODORICI . et sicut montana tendunt a sursa aque de KENEF[EG] . usque ad locum MIDDELCROS . et inde in transversum usque ad BLAINANT DISCULUA . et inde usque ad RIDDEKEUELECHY . et inde sicut AVENE descendit in mare. Et totum wrek inter AVENE et KENEF[EG] . et piscarias de AVENE totas . ut nemo ex altera parte eas impediat nec mittat manum ad piscandum in tota AVENE nisi per illos. Et piscariam suam in aque de KENEF[EG]. Et unum burgagium in KENEFEG. Et unum burgagium in KAERDIF. Et unum burgagium in NOVO BURGO. Et unum burgagium in BRISTOLL' quita de tina et

omni alio servitio seculari. Et libertatem et quietanciam de theloneo per omnes burgos meos de omnibus rebus quas ipsi vel homines eorum qui sunt ad manupastum eorum vendiderint vel emerint. Preterea concessi eisdem monachis et confirmavi omnes donationes et confirmationes liberorum hominum meorum sicut carte illorum testantur. Scilicet terram STURMY cum pertinentiis suis. Et quicquid habent ex dono GILLEBERTI GRAMUS et heredum ejus. Et ex dono ESPUS terram suam super CORNELYISDUNE. Et quicquid habent ex dono burgensium de KENEF[EG] et liberorum hominum in eadem villa vel extra. Et unum feodum de LANDGEWY ex dono DAVID SCURLAG . et concessione NICHOLAI POINZ. Et quicquid habent ex dono PAGANI de TURBERVILLA et heredum ejus in KOYTKARTH. Et ex dono WRONUCH ab KADUGAN terram suam apud HOREGRAVE. Et ex dono filiorum HEREBERTI KILLECULLUM. Et ex dono MORGANI filii OWEN HEVEDHALOK. Et quicquid habent ex dono MORGANI filii KARADOCI vel heredum ejus vel liberorum hominum suorum in marisco de AVENE . et BERCHES . et ROSSAULIN. Et communem pasturam inter AVENE et NETH . et totam communam pasture inter KENEF[EG] et HOGOMOR. Et terram que apellatur PULTIMOR . et ejusdem terre forinsecum servicium dedi eis et relaxavi in perpetuam elemosinam. Et ex dono WILLELMI de LONDONIIS et heredum ejus EGLISKEYNWER. Et decem solidatas terre apud MARCROS . ex dono PHILIPPI de MARECROS. Et ex dono ADE de SUMERY et heredum ejus redditum viginti quatuor solidorum apud DENISPOWYS. Et quicquid habent ex dono HENRICI de UMFRAMVILLA et heredum ejus apud LANDMEUTH[IN] . et BRADINGTON'. Et duodecim acras terre ex dono URBANI de PENDIUELIN. Et ex dono HUGONIS de LANDKARUAN triginta tres acras. Et ex dono ADE de SUMERY duodecim acras. Et ex dono JORUARTH filii JUSTINI duas acras. Et ex dono WALTERI LACHELES terram que dicitur LANCHELESLAND. Et ex dono TEMPLARIORUM quadraginta acras. Et quicquid habent ex dono JOHANNIS de BONEVILL' et heredum ejus vel liberorum hominum suorum . scilicet totum feodum de BONEVILL'. Et ex dono MOREDUH communam terre

sue in boscis et pasturis quantum opus habuerint ad usum grangie sue de LANDMEUTH[IN] . et ad equicium suum. Et quicquid habent ex dono ROBERTI SAMSON . in feodo Sancti NICHOLAI. Et quicquid habent ex dono burgensium de KAERDIF . vel liberorum hominum in eadem villa vel extra . vel apud LYSTELBON'. Et quicquid habent ex dono NICHOLAI POINZ . et liberorum hominum suorum in manerio de TOKYNTUN' cum omnibus pertinentiis suis. Preterea concessi dictis monachis omnes emendationes et meliorationes quas facere possunt in feodo quod de me tenent . libere et sine vexatione faciant . Quare volo et firmiter precipio ut predicti monachi habeant et teneant hec omnia libere et quiete . integre et plenarie . in bosco et plano . in viis et semitis . in aquis et molendinis . in vivariis et stagnis . in moris et mariscis . in turbariis et piscariis . in pratis et pasturis . et in omnibus aliis locis et rebus cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis.

Concessi insuper et confirmavi predictis monachis quod ubicunque terras et possessiones de feodo meo habent vel habebunt de omni placito et forisfacto quod in terris eorum evenerit . suam habeant curiam nisi de felonia. Et si aliquis de tenentibus ipsorum per feloniam vitam forisfecerit . terra et catalla sine contradictione monachis remaneant quantum ad me et ad heredes meos pertinet. Omnes etiam possessiones et libertates ecclesie Sancte MARIE de MARGAN sicut eas pure pro amore Dei concessi et confirmavi . heredibus meis et successoribus conservandas et manutenendas causa Dei commendavi. Hec autem omnia ego et heredes mei dictis monachis contra omnes mortales warantizabimus. Ut autem mea concessio et confirmatio perpetue stabilitatis robur optineant . presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus . PATRICIO de CHAURS . ROGERO de SUMERY . NICHOLAO POINZ . GALFRIDO de FANUCURT . STEPHANO BAUCEYN . RADULFO de BEUCHAMP . JOHANNE la WARE . WALTERO de SULYA . GILLEBERTO de UMFRAMVILLA . JOHANNE de REIGNY . ADA WALLENSI.

Seal wanting, originally appended by a round bobbin of green silk strung through holes in the vellum.

Endorsed—'Carta Ricardi de Clare pro diversis terris et tenementis etc. a Kenefeg ad ulteriorem Ripam de Auan et piscarias totas in Auan et Wreckum inter Auan et Kenfig et domesticos liberos esse de tolneto et ffelonia . . . . . .' 'Berches et Pultimor et commune pasturæ inter Neth . Auan . Kenfig et Ogmore.' 'Comon in Keuencribor.' 'Withoute date.'

(1) *Vacat*, overline here in the Charter.

## CCCCLXVII.

## MANDATE OF ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF, TO THE PRIOR OF CARDIFF, INSTRUCTING HIM AS TO EXCOMMUNICATING SUNDRY MALEFACTORS.

[Cotton MS. Cleop. A. VII., f. 69.] 1230—1240.

E. Dei gratia Landavensis episcopus, dilectis sibi in Christo fratribus, priori de Kairdif et ejusdem loci capellanis, salutem et benedictionem. Mandamus vobis firmiter injungentes quatenus omnes detentores decimarum occasione servientium vel messorum, et omnes detentores decimarum quæ renovantur per annum, si semel, secundo, et tertio commoniti, excessum suum non emendaverint, auctoritate nostra excommunicationis sententia innodetis. Preterea vobis mandamus quatenus in tribus solemnitatibus festivalibus, scilicet nativitate Domini, Penticoste, assumpcione B. Mariæ, excommunicetis in genere, et solemniter, sorciarios, perjuros supra sacrosancta, incendiarios, usurarios, raptores, puplicos, malitiose impedientes execucionem legalium testamentorum, et eos qui pignus, ubi nihil de sorte minuitur, retinent, postquam de fructibus sortem receperint, deductis expensis. Ita tamen quod sine auctoritate nostra vel Officialis nostri non absolvantur. Valete.

## CCCCLXVIII.

## WILLIAM DE BARRI NOTIFIES TO THE BISHOP OF ST. DAVID'S HIS GRANT OF LAND TO NEATH ABBEY.

[Harl. Charter, 75 B. 5b.] Circa 1230.

Reverendo patri et domino Minevensi episcopo et universis sancte matris ecclesie filiis Willelmus de Barri salutem. Noverit universitas vestra quod ego pro salute anime mee et sponse mee et animabus omnium predecessorum et successorum meorum dedi et concessi Deo et monasterio Sancte Marie de Neth et monachis ibidem divino mancipatis officio triginta acras terre de feudo meo in Guer inter montem de Kevenbrin et viam que per silvam de Bruiz tendit ab villam de Penmain . cum adjacente communione tam in bosco quam in plano in perpetuam elemosinam de me et heredibus meis tenendam ab omni seculari servitio et exactione quictam et liberam excepta quadam annua recognitione mihi vel heredibus meis persolvenda videlicet xx$^{ti.}$ iiij$^{or.}$ pellibus agninis. Et si forte numerus predictarum acrarum supra viam prenotatam non plenus fuerit inventus concedo ut de terra mea sub eadem via tantam habeant quantitatem predicti monachi quanta sufficiat ad perfectam integritatem prescripti numeri. Et ut hec mea donatio rata et inconcussa permaneat eam presenti carta mea confirmo et sigilli mei impressione corroboro. His testibus . Philippo milite de Marcros . Willelmo Revel constabulario de Sueinnesha . Anfredo Nech . Willelmo de Cantol' et Hugone de Villers . Johanne filio Alwardi . Samsone filio Golwive . Jordano Fabro de Villa Episcopi in Guer . Ricardo clerico et multis aliis.

Endorsed—'Carta W . de Barri de xxx. acris.'

## CCCCLXIX.

## QUITCLAIM BY MABEL DE BONAVILLA OF HER DOWER IN BONVILLESTON TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 14.] CIRCA 1230.

Sciant presentes et futuri quod ego MABILLA de BONAVILLA consilio amicorum meorum quitam clamavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totam dotem meam in terra de BONEVILLESTUN pro octo libris sterlingorum. Et ego warantizabo istud contra omnes homines quamdiu vixero. Hiis testibus . REIMUNDO de SULIA . ROBERTO SAMSON . GALFRIDO de BONAVILLA . HENRICO de BONAVILLA . SIMONE de BONAVILLA . RADULPHO portario . WILLELMO de KERD' monachis de MARGA[N] et multis aliis.

Oblong seal of dark green wax, 1 by 1¼ inches. In the centre is set a gem inscribed in Arabic [translated] '. . . . . . son of Mahfuz.'

Legend—' S : MABILIE : DE : BONA : VILLA.'

Endorsed—' Carta Mabilie de Boneuill' de dote sua.'

For Bonville see DXXVIII

## CCCCLXX.

## GRANT BY OSBERN BOSSE OF LAND AT HOHELESWRDI, TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 23.] CIRCA 1230.

Sciant presentes et futuri quod ego OSBERNUS BOSSE consensu et consilio heredum meorum et aliorum amicorum meorum dedi et concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam totam terram meam in HOHELESWRDI scilicet unam acram terre et dimidiam et aliquantulum majus ut dicti monachi habeant et teneant eandem terram de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice ab omni consuetudine et exactione et servicio seculari, sicut ulla elemosina

liberius et quietius teneri potest vel haberi in perpetuum, excepto regali servicio quod ad tantam portiunculam terre pertinet. His testibus . PETRO CROC . RADULFO de STOKES . HUGONE de HOWELLE . RICARDO VENATORE . WILLELMO de CUHULLE . PETRO senescallo . JOHANNE de FRITH . RICARDO tunc capellano de TOKINT'. JOHANNE AYLARD monacho de KYNGESWDE . DUNSTANO et WALTERO monachis de MARGAN . et multis aliis

Endorsed—'Carta Osberni Bosse . de una acra et dimidia.'

Seal, white wax, a fleur-de-lis, $1\frac{1}{4}$in. diam.

'+ . SIGILL' . OSBERTI . BOSE.'

Of Osbern Bosse nothing is known, and Hoheleswrdi has not been identified. Possibly they were among the swarm of small landowners, native and foreign, who were settled near Margam, and were donors to its Abbey. Croc is a better known name.

It appears from the taxation of Pope Nicholas that Margam held lands, a windmill, and certain rents, the whole valued at £12 0s. $10\frac{1}{2}$d., in and about Tokynton; and to this it is probable that the Charter relates. Of the grantor nothing has been discovered. Fosbroke (H. of Glouc. II, 105) mentions a family of Croke who held under Bath Abbey in Tokynton or Tokint', and appear in an inquisition, 16 Edward II. Roger Croke held the property, 5 Edward III; and John Croke, outlawed for felony, 21 Edward III., held the superior manor of Olveston under the Prior of Bath. Peter was, no doubt, a member of this family. He was of Olveston in 1252. A Gilbert Croc witnessed William Earl of Gloucester's Charter to Neath: and about 1166 Ruald Croc held a Knight's fee under the same Earl William, as recorded in the *Niger Liber* of the Exchequer. Mr. Floyd meets with a Walter Croc in the Pipe Roll for Stafford, 31 Henry I.; and in the Close Roll of King John for Devon. The latter entries probably relate to a stranger: but the two former shew that a family of the name were tenants under Earl William, probably in the fee of Llanmaes. The fleur-de-lis of the seal, like the star, was a common emblem, and throws no light on the user of it.

Peter de Stoks tests the confirmation Charter of 8 John. A family of this name held land in the same part of Gloucestershire early in the reign of Henry III.

John Aylard may be same with John Alward, who, however, is not mentioned as a Monk. See CCCCLXVIII.

## CCCCLXXI.

## QUIT-CLAIM BY WILLIAM, SON OF WILLIAM COHG, TO MARGAM ABBEY, OF LAND HELD BY HIS FATHER AND HIMSELF AT PRESTESBURGHE.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego WILLELMUS COHG resignavi et quitas clamavi domui de MARGAN et m. i. D. S. pro me et heredibus meis cum toto jure nostro et

clamio imperpetuum quinque acras terre cum pertinentiis suis . quas pater meus Willelmus Cohg et ego post eum de dicta domo tenuimus . Que jacent in loco qui dicitur Prestesburghe . et se extendunt in longum ad viam magnam que ducit versus Corneli . ut habeant et teneant dictas quinque acras cum omnibus pertinenciis suis libere . quiete . et pacifice . sibi et successoribus suis imperpetuum. Et ut hec mea resignatio et quita-clamacio firmitatis robur optineat in futurum presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Thoma Grammus . Mauricio fratre ejus . Willelmo Frankeleyn . Waltero filio Hereberti . Thoma Russel et aliis.

Seal in dark green wax, slightly pear-shaped, $1\frac{3}{8}$in. by 1in. A fleur-de-lis inverted.

Legend—' + s' willelmi . cogh.'

Endorsed—' Carta Willelmi Cohg de resignacione . v. acrarum terre . quas pater ejus et ipse post ipsum de nobis tenuerunt.'

## CCCCLXXII.

## INSPEXIMUS BY ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF, OF A GRANT BY HENRY, LATE BISHOP, TO MARGAM ABBEY, OF THE TITHES OF KENFIG, SUBJECT TO A YEARLY PAYMENT OF TEN MARKS TO TEWKESBURY.

[Margam Charter.] 1230—1240.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris E[lias] Dei gratia Landavensis episcopus salutem et benedictionem.

Ad universitatem vestram volumus devenire quod nos confirmationem bone memorie H[enrici] predecessoris nostri domui de Margan factam et tam sigillo suo quam sigillo capituli Landavensis munitam inspeximus in hec verba.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit . H. Dei gratia Landavensis episcopus salutem gratiam Dei et benedictionem.

Justis petencium desideriis animo nos decet benigno condescendere . et ea effectu debito complere. Inde est quod nos paci et utilitati tam domus de Teukesbiria . quam domus de Margan in posterum providentes . Concessimus domui de Margan omnes proprias decimas suas in parochia de Kenefeg . necnon et omnes garbarum decimas que pertinent ad ecclesiam de Kenefeg . et ad omnes capellas ejusdem ecclesie in perpetuum possidendas . Concessimus insuper prefate domui de Margan omnes terras ad dictam ecclesiam et ad predictas capellas pertinentes in perpetuum possidendas. Reddendo inde annuatim domui de Teukesbiria decem marcas in capitulo de Teukesbiria. Et domus de Teukesbirie retinuit in manu sua curam de spiritualibus altaragium et jus presentandi vicarium in eandem ecclesiam et omnia ad dictam ecclesiam pertinencia preter prefatas terras et decimas. Domus autem de Teukesbiria per se vel per vicarium suum nobis et successoribus nostris pro sinodalibus et ceteris universis ad jus episcopale pertinentibus respondebit. Et ne hec nostra perpetua confirmatio malignancium improbitate possit infringi . vel decursu magno temporis in dubium devocari . eam presenti scripto munimus et sigilli nostri appositione roboramus. Hiis testibus . Wrgano archidiacono Landavensi . magistro Mauricio filio ejus . magistro Waltero capellano domini episcopi . magistro Radulfo Mailoc . Nicholao thesaurario Landavensi. ⌝

Nos igitur eandem confirmationem ratam stabilem et inconcussam esse volentes . ipsam sigillo nostro perpetualiter confirmavimus. Hiis testibus . Mauritio archidiacono et Henrico fratre ejus . Mauricio thesaurario . et Willelmo de Lanmeis tunc decano.

Imperfect seal in bronze-green wax.

For the seal and counterseal see Birch, *Catal.* pp. 283 and 284 (No. 1872).

Endorsed—‘Tercia,’ and ‘Confirmatio E. D. G. L. epis. de terra et decimis ecclesie de Kenefeg.’

## CCCCLXXIII.

## GRANT BY JOHN, ABBOT, AND THE CONVENT OF MARGAM, TO WILLIAM COGH OF KENFEG, OF LAND AT PREOSTEBEREG' IN KENFIG.

[Margam Charter.] 1213—1234.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes dictus abbas de Margan consilio et consensu conventus de Margan . dedi et concessi Willelmo Cogh de Kenefeg . pro servitio suo ci[r]citer quinque acras terre arabilis in territorio de Kenefeg apud Preosteberg' . habendas et tenendas de domo de Margan libere et quiete . reddendo inde annuatim domui de Margan unam libram piperis . et alteram cimini . ad festum omnium sanctorum . pro omni servitio. Et sciendum quod licet ei de filiis suis quemcumque voluerit ejusdem terre heredem constituere . Ita tamen quod nec ipse Willelmus . nec heredes sui dictam terram alicui dent vel vendant . nisi domui de Margan. Domus vero de Margan . predictam terram dicto Willelmo et heredibus suis warantizabit contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus . domino Roberto tunc priore . Philippo suppriore . Radulpho portario . Galfrido monacho de Margan . fratre Riered' . Hugone . Espus . Willelmo Grosso ejusdem loci conversis . Daniele capellano de Coithif . Daniele filio ejus . Ricardo clerico de Kenefeg . Willelmo Cole . Hugone juniore . Waltero fratre ejus . Philippo Cole . et multis aliis.

Seal, dark green wax, pointed oval, $1\frac{7}{8}$in. by $1\frac{1}{4}$in. A three-quarter figure of an abbot; in the right hand a pastoral staff, the crook turned from the figure, in the left hand a book. In the field over the left shoulder five pellets arranged in quincunx ⁙

Endorsed—'Carta quam habuit W. Cogh de v. acris,' and 'Per Dominum J. abbatem.' 'Golclive.'

## CCCCLXXIV.

## AGREEMENT BETWEEN MARGAM ABBEY AND REYMUND DE SULYA, CONCERNING LAND IN BONVILESTONE.

[Harl. Ch. 75 A. 35.] St. Matthew's Day. 21 Sept. A.D. 1230.

C I R O G R A P H U M .

Hec est conventio inter monachos de Margan et Reymundum de Sulya videlicet quod idem Reymundus recepit de dictis monachis quindecim marcas sterlingorum pro Roberto de Bonevile scilicet totum reditum suum quinque annorum de terra de Bonevilestone . pro fine quem fecit dicto Reymundo pro concessione sua habenda de firma illa quam fecit predictis monachis de dicta terra de Bonevilestone. Ita videlicet quod si aliquo casu warda dicte terre de Bonevilestone infra dictos quinque annos devenerit ad Reymundum vel heredes ipsius . Nec idem Reymundus . nec heredes ipsius aliquid exigent vel habebunt de firma dicte terre . antequam monachi plenarie perceperint suas quindecim marcas . de eadem firma. Actum anno gratie . m°. cc°. xxx°. circa festum Sancti Mathei apostoli. Hiis testibus . magistro Radulpho Maylok . Willelmo de Regny . Willelmo de Sumery . Willelmo Flemmang . Roberto Samson . Galfrido de Bonevile . Symone de Bonevile . Roberto Poynz . Galfrido Brendan monachis . Roberto de Lanemeuth[in] et Espus conversis de Margan . et multis aliis.

Round seal, 1in. diam. A shield of arms of early form. Three bars. Sully.

'+ sig . . . . . . mundi . de . su . . . .'

## CCCCLXXV.

## NOTIFICATION BY ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF TO THE ABBOT OF MARGAM, TO PULL DOWN THE CHAPEL HE HAD BUILT OUTSIDE LANDGEWI GRANGE, AND TO USE THE CHAPEL WHICH THE BISHOP HAS DEDICATED INSIDE THE SAME.

[MARGAM CHARTER.] 1230—1240.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . E[LIAS] . Dei gratia LANDAVENSIS ecclesie minister humilis salutem eternam in Domino.

Piis religiosorum petitionibus et votis animo nos decet benigno condescendere et precipue in hiis que ad ecclesie honestatem et ad salutem spectant animarum. Hinc est quod universitati vestre presentibus significamus . nos dilectis in CHRISTO filiis abbati et conventui de MARGAN injunxisse . ut capellam quam extra curiam grangie sue de LANDGEWI edificaverant . diruant . et in capella que edificata est infra curiam dicte grangie auctoritate nostra divina celebrent. Quam quidem capellam in propria persona dedicavi. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus . WILLELMO de LANMAYS' tunc decano de GORONID' . RICARDO officiali . magistro ADAM tunc decano de PENHECHEN . RICARDO KAMERARIO persona de COGAN . WALTERO GALUN . GALFRIDO clerico . et multis aliis.

Fragmentary seal of Bishop Elias.

Endorsed—'Quod liceat nobis divina celebrare in grangia de Lankewi.'

It appears from an extent of Knights' fees, probably taken about 1262, that the Abbot of Margam held fee in Langewy. [DCXV.]

## CCCCLXXVI.

## CERTIFICATE BY ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF, THAT THE SONS OF ALAYTHOR HAVE QUIT-CLAIMED LAND IN AVAN MARSH TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1230—1240.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit E[LIAS] divina miseratione LANDAVENSIS ecclesie minister humilis eternam in Domino salutem. Noveritis quod AUDOENUS RESUS et CRADOCUS filii ALAYTHOR in presentia nostra dederunt et quitum clamaverunt domui de MARGAN et monachis i. D. s. totum pratum in marisco de AVENE quod dicti monachi tenuerunt de ALAYTHOR patre eorum pro dimidia marca annuatim solvenda . et illam dimidiam marcam eisdem monachis in perpetuum remiserunt. Ita quod dicti monachi habeant et teneant dictum pratum libere et quiete bene et in pace sicut puram perpetuam et liberam elemosinam. Promiserunt etiam dicti AUDOENUS RESUS et CRADOCUS et firmiter se obligaverunt quod singulis annis reddent dictis monachis dimidiam marcam in festo beati MICHAELIS pro maximis dampnis et gravaminibus dictis monachis ab ipsis illatis. Hec autem omnia fideliter se observaturos una cum KNAYTHO CHOCH fratre suo de BASTO tactis sacrosanctis juraverunt. Ita quod si aliquando ipsos contra predicta venire vel pactum istud infringere contigerit . conventio inter dictos monachos et ipsos prius facta secundum tenorem carte quam dicti monachi de dicto prato habent per omnia observetur et ipsi sententia excommunicationis innodentur. In cujus rei testimonium presentibus literis sigillum nostrum apponi fecimus.

Seal gone.

Endorsed—'Carta de dimidia marca quam filii Alaythu nobis reddere debent annuatim.'

## CCCCLXXVII.

## ABJURATION BY ENER AP KNAYTHO OF THE MOOR OF TREIKIK TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] 1230—1240.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Ener ab Knaytho salutem in Domino.

Noveritis universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum meorum quitum clamavi et abjuravi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totum clamium meum quod habui de mora de Treykik et totum jus quod dicebam me habere in eadem mora . ut habeant et teneant dicti monachi dictam moram libere quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis qui sunt et qui futuri sunt et omnibus successoribus meis imperpetuum . sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius haberi potest vel teneri. Et ego et heredes mei warantizabimus dictis monachis dictam quitam clamacionem contra omnes homines imperpetuum. Et sciendum quod ego affidavi et super sacrosancta ecclesie de Margan juravi quod omnia ista fideliter . et sine dolo servabo imperpetuum. Hiis testibus . Elia tunc Landavensi episcopo.

Endorsed—'Abjuratio Ener ab Knaytho de mora de Treikik.'

Treikik appears to be Tre-y-gedd near Baiden (see Birch, *Hist. of Margam Abbey*, index.)

## CCCCLXXVIII.

## GRANT BY GEOFFREY, SON OF GRIFFIN BEGAN, TO PHILIP DE DINAS POWIS OF A HALF-BURGAGE IN CARDIFF.

[Harl. Charter, 75 B. 7.] 13th Century.[1]

Sciant presentes et futuri quod ego Galfridus filius Griffini Began assensu et voluntate Resi fratris mei . uxoris mee . et heredum meorum pro urgenti necessitate mea vendidi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Philippo

de DINASPOWIS medietatem unius burgagii in villa de KAERDIF illius scilicet burgagii quod jacet inter burgagium dicti PHILIPPI de DINASPOWIS et burgagium WALTERI de CANETUNE . partem scilicet illam illius burgagii quæ jacet proxima dicto burgagio dicti PHILIPPI . cujus burgagii unum capud se extendit versus orientem secundum longitudinem burgagiorum dictorum PHILIPPI et WALTERI . et reliquum capud ad vicum qui jacet versus partem borrealem et partem australem . ex parte orientali ecclesie Sancti JOHANNIS in KAERDIF . et una costa ad burgagium WALTERI de CANETUNE . et reliqua costa ad burgagium dicti PHILIPPI . habendum et tenendum de me et heredibus meis vel assignatis meis . dicto . PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis suis . libere quiete . bene . pacifice . et integre imperpetuum jure hereditario sine omni impedimento contradiccione et calumpnia. Reddendo inde annuatim domino comiti redditum dimidii burgagii sicuti mos est in villa de KAERDIF scilicet sex denarios ad quatuor anni terminos . videlicet ad festum Sancti MICHAELIS tres obolos . ad festum Pasche tres obolos . ad natale Domini tres obolos . ad festum Sancti JOHANNIS BAPTISTE tres obolos . pro omni servicio seculari . exactione et demanda. Pro hac autem mea vendicione et concessione et carte confirmacione dedit mihi dictus PHILIPPUS duas marcas esterlingorum in ingressu pre manibus. Et ego et heredes mei vel assignati mei dictum dimidium burgagium cum omni libertate quam ego inde habui dicto PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis suis contra omnes homines et feminas imperpetuum warentizabimus. Et si contingat quod dictum dimidium burgagium dicto PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis suis ego et heredes mei vel assignati mei warentizare non possimus . dabimus dicto PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis de terra nostra apud LANLEODER ad valenciam dicti dimidii burgagii . dictis PHILIPPO et heredibus suis vel assignatis suis habendum et tenendum imperpetuum ut predictum est et eam eisdem imperpetuum warentizabimus. Et ut hec mea vendicio concessio et carte confirmacio rata et stabilis imperpetuum perseveret . hanc presentem cartam . meam sigilli mei munimine impressam roboravi . et eidem PHILIPPO . in pleno hundredo de KAERDIF

liberavi. Hiis testibus . Dominis JORDANO ALEWY . ROBERTO GODARD . THOMA CRISPO . ROBERTO RUMBOLD . JOHANNE ALEWY . JOHANNE GODMAN . SELIMAN LUDE . NICOLAO de PENNARTH . WALTERO de CANETONE . SIMONE le VOX . ADA de PENCOTERI . ROBERTO HOSEBONDE . et multis aliis.

No seal.

Endorsed—'Carta Philippi de Dinesspowis.'

(1) Circa. 1230. cf No. CCCCXCV.

## CCCCLXXIX.

## GRANT BY JOHN DE BREUS, LORD OF GOWER, TO NEATH ABBEY OF FISHERIES IN THE TAWY, ETC.

[P.R.O., Q.R., MISCELL. BOOKS, VOL. I., f. 486.] ANTE 1231.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES de BREUS dominus de GOUHER' dedi et concessi Deo et beate MARIE et monachis de NETH pro salute auime mee et omnium antecessorum et successorum meorum medietatem duarum piscariarum in aqua mea de TAWY quarum una est juxta castellum de SWEYNS' et altera apud HOREGROVE ubi MENROTH cadit in TAWY. Concessi etiam eis duo loca juxta piscarias predictas ad faciendum domos de me et heredibus meis tenenda inperpetuum . sicut aliqua elemosina liberius teneri potest . Fecerunt autem dicti monachi easdem piscarias in initio donationis mee de custu suo . et quotiens reparande erunt ego et heredes mei super custum nostrum medietatem earum reparabimus . et dicti monachi aliam medietatem. Nec permittam ego vel heredes mei aliquem hominem retia ponere ante piscarias illas inperpetuum nisi retia mea propria vel retia illorum. Et ego et heredes mei warantizabimus predictas piscarias predictis monachis contra omnes homines et feminas imperpetuum. Hiis testibus etc.

This was John de Braose, named 'Tadody,' who by some accounts married Margaret, daughter of Prince Llewelyn, and died 16 Henry III.

## CCCCLXXX.

## INSPEXIMUS BY WILLIAM DE BREUSE, LORD OF GOWER, OF THE CHARTER OF HIS FATHER, JOHN DE BREUSE, GRANTING HIS SERVICES IN BISHOPSTON-IN-GOWER TO LLANDAFF CATHEDRAL.

[P.R.O., Q.R., MISCELL. BOOKS, VOL. I., f. 486.] 1231—1290.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS de BREUSE dominus de GOUHER salutem in Domino.

Noveritis nos inspexisse cartam domini . JOHANNIS de BREUS' patris nostri in hec verba.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES de BREUSE ad peticionem domini WILLELMI secundi LANDAVENSIS episcopi remitto et quietas clamo . Deo et ecclesie beati THELYAWY de LANDAF . pro me et heredibus meis omnes exacciones et extorsiones et consuetudines et omnia secularia servicia quocumque nomine appellentur . quæ antecessores mei vel eorum ballivi sive FRANCI sive WALENSES consueverunt exigere vel extorquere de hominibus in villa de BISSCHOPISTON' in GOWER. Et si ego vel antecessores mei aliquod jus alicujus servicii exaccionis et demande . in dicta villa aliquo tempore habuimus . pro anima mea et antecessorum et successorum meorum liberum et quietum ab omni seculari servicio et exaccione Deo et ecclesie beati THELIAWY de LANDAF . do et concedo in puram et perpetuam elymosinam. Et ut hec mea donatio et concessio rata et stabilis permaneat . presens scriptum sigilli mei apposicione roboravi. Hiis testibus . Domino JOHANNE tunc abbate de MORGAN . MAURICIO archidiacono LANDAVENSI . magistro RADULPHO MAYLOC . HENRICO de UMFRAMVILE . REYMUNDO de SULLYE . WILLELMO de REYNI . HENRICO de VILERES . JOHANNE de GOSSINTON' . ROGERO de GOSSINTON' fratre ipsius . MAURICIO THESSAURARIO . HENRICO de LANCARUAN . RADULPHO de NOVOCASTRO clerico . magistro de Sancta TRINITATE . et multis aliis.

Nos autem istam remissionem quietam clamacionem donacionem et concessionem ratam habentes et gratam sine aliqua reclamacione contradiccione calumpnia vel perturbacione pro nobis et heredibus nostris Deo et ecclesie beati Theliawy de Landaf imperpetuum concedimus et confirmavimus. In cujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus . magistro Simone de Radenor tunc archidiacono Landaf . Domino Waltero de Syllie . Domino Roberto de Penres . Domino Philippo de Florie . Domino Johanne de Vilers . Domino Ricardo de Mora . Domino Danyel Syward . Domino Willelmo de Berkeroles . Domino Willelmo de Derneforde . Willelmo de Barri . Henrico Scurlage . Willelmo de Langetone . Philippo de Neth . Johanne de Mora et aliis.

## CCCCLXXXI.

## GRANT BY WILLIAM GILLEMICH' OF LAND IN KENFIG TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

[Universis Sancte matris eccles]ie filiis qui presentem inspexerint cartam Willelmus Gillemich' salutem.

Notum facio universitati vestre . . . . . . . . . . senti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et monachis de Margan . consensu et concessione conjugis . . . . . parentum meorum et amicorum . viij°. acras terre mee que est in territorio de Kenefeg liberas et quietas ab omni [servitio et] seculari exactione in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum . que videlicet . . . . e divisis terre Mehi ad orientem . et incipiunt a magna via ad septentrionem que vadit de loco qui fuit . . . . versus Kenefeg et tendunt sursum ad austrum. Has igitur viii°. acras sicut ibidem sunt mensurate et suis finibus . . . . . . monachis in sempiternum concedo. Et juramentum etiam tam ego quam filius meus et parentes eis prestitimus . quod nunquam per

. . . . . . . [mo]lestiam propter hanc meam donacionem sustinebunt. Et quod contra omnes homines hanc terram eis warantizabimus. Et si aliquod [clam]iu[m] inde aliquando fuerit requisitum . Ego et heredes mei illud debemus de reliqua terra adquietare. Hiis testibus . WILLELMO cellarario [et] WILLELMO portario de MARGAN . GODEFRIDO monacho . WALAWET filio WILLELMI . JOVORO fratre ejus . RETHERED fratre ejusdem . CNITLIN RETHERECH et RIGERED, filiis suis . SEISILLO filio CNITLIN . ANGARAT uxore WILLELMI . WEIRVILL' filia ejusdem . ROBERTO PULMOR converso . PHILIPPO WESTE et RADULPHO fratre ejus et aliis pluribus.

Endorsed—'Carta Willelmi Gillemich de viij. acris.'

## CCCCLXXXII.

## CONFIRMATION BY WALAUETH, SON OF WILLIAM GILLEMICH', OF HIS FATHER'S LAND IN KENFIG TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris . WALAUETH filius WILLELMI GILLEMICH' salutem.

Sciatis me consilio et consensu fratrum . parentum . et amicorum meorum dedisse et concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus totam terram que fuit patris mei WILLELMI GILLEMICH' in territorio de KENEFEG cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis in pratis pasturis et in omnibus aliis rebus in puram et perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni servitio et consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et si aliquod servicium ad coquinam comitis . vel ad aliud aliquid requiritur aliquando de predicta terra . Ego et heredes mei illud omnino adquietabimus de terra nostra de KETLIALANWIR. Et contra omnes homines tam propinquos nostros quam extraneos prefatis monachis . hanc donacionem nostram

warantizabimus imperpetuum. Et hec omnia me facturum et sine ullo dolo servaturum affidavi . et super sanctuaria prenominate ecclesie juravi et plegios inveni . Scilicet ALAITHU filio YTHENARD . et GRIFFINUM filium CNAITH . et GAUFRIDUM filium CNAITHU. Hiis testibus . ITHEL et RIERETH filiis RIWIL . RESO COH . ENION et TUDOR filiis RIERID . RUATHLAN filio ROBERTI ab ENNIAUN.

Endorsed—'Carta ejusdem de tota terre patris sui.'

## CCCCLXXXIII.

## GRANT BY JORUARD, SON OF GISTELLARD, OF LANDS AT CATPIT AND CORNELI, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego JORUARD filius GISTELLARDI . dedi et concessi . et hac presenti carta mea confirmavi . pro salute anime mee . et antecessorum et successorum meorum. Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam totum jus meum in tota terra que fuit JEOVAF avi mei . scilicet apud CATTEPUT . xij. acras . et juxta terram HUGONIS de HEREFORD xij. acras . et unam acram prati . et xvi. acras apud CORNELI juxta terram WALTERI LUUEL. Habendum et tenendum de me et heredibus meis libere et quiete ab omni servitio et exactione seculari . quantum ad nos pertinet . sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest. Et sciendum quod ego et omnes heredes mei . predictas terras abjuravimus imperpetuum . et eas predictis monachis contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus . WALTERO LUUEL . STEPHANO clerico . et RICARDO filio ejus . WASMERO . ALAYTHUR . RESO COCH . et multis aliis.

Round seal, dark green wax, 1½in. diam. An ornamented estoile of twelve rays.

'+ SIGILL' . IEREVORDI . FILII . GISTELARDI.'

Endorsed—'Carta Joruardi filii Gistelardi'; and later—'in Catput, Cornely, etcet.'

## CCCCLXXXIV.

## QUITCLAIM BY TUDUR AND OTHERS, SONS OF YORUARD AB GISTELARD, OF THE PEYTEVIN LAND, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . TUDUR . CRADOC . KNAITHUR . ALATHU . GRONU filii YORUARD ab GISTELARD . salutem. Noverit universitas vestra quod nos consilio YORUARD patris nostri et THATHERECH matris nostre et aliorum amicorum nostrorum quitum clamavimus Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. totum jus quod dicebamus nos habere in terra PEYTEUIN . vel umquam habituros esse. Ita quod dicti monachi habeant et teneant dictam terram liberam et quitam ab omnibus nobis et ab omnibus heredibus nostris in perpetuum . et ut monachi omnino securi essent de nobis . affidavimus et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravimus quod numquam clamium vel querelam versus eos movebimus de eadem terra . quicquid contingat de TATHERECH matre nostra cujus occasione dicebamus nos habere jus in dicta terra. Hiis testibus . MAURICIO persona de LANGENUTH . YORUARD ab ESPUS . ENER ab KNAYTU . WRONU DU . PHILIPPO ab KADUGAN . CRADOC ab RICARD . MEDEROD ab KANAN . et ROBERTO POYNZ . WILLELMO . WALTERO monachis . REREDO . HUGONE . ESPUS . conversis de MARGAN . et multis aliis.

Pointed oval seal, dark green wax, $1\frac{1}{2}$in. by 1in.; an ornamental fleur-de-lis inverted.

'+ SIGILLU' . FILIORU' . IORVERT . GISTELAR.'

Endorsed—'Carta filiorum Joruard ab Gistelard.'

## CCCCLXXXV.

## GRANT BY KETHERECH, SON OF JOHN DU, OF FIVE ACRES OF THE LAND CALLED PEITHEVIN, *i.e.*, THE "LAND OF THE POICTEVINE" TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes tam presentes quam futuris quod ego KETHERECH filius JOHANNIS DV' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi D. et B. M. et m. de M. consilio et consensu conjugis mee et parentum et amicorum . pro salute anime mee . et fratrum meorum et parentum . et amicorum v. acras terre de libero tenemento meo in terra que vocatur terra PEITHEUIN . habendas et tenendas liberas et quietas ab omni servitio et seculari exactione in puram et perpetuam elemosinam. Ita quod si aliquod servicium sive domini Regis . sive aliud fuerit inde aliquando requisitum . ego et heredes mee de reliqua terra illud faciemus ut monachi sint in omnibus in perpetuum quieti. Et sciendum quod predicte acre jacent juxta magnam viam que vadit de KENEFEC versus KARDIF per villam WALTERI LUPELLI . conjuncte et contigue ipsi vie ad meridianam partem . incipientes contra angulum prati WALTERI LUPELLI quod est ex altera parte predicte vie ad aquilonem. Et quia ego sigillum non habui sigillo prioris de OWENI hanc presentis donationis mee cartam consignavi. Testibus . WILLELMO KILLEMICHAEL' . ENIAWO filio RICHEREDI BREUEL . KETHERECH filio CRADOCI DU . GRIFINO filio KENEITHUR ab HERBERT . ITHELLO filio RIWEL . JORDANO converso de MARGAN . WILLELMO PORTARIO . GODEFRIDO monacho . ENIAWO clerico.

Seal as in the other nearly similar deeds.

Endorsed—' Ketherech de v. acris.'

Pointed oval seal of Ewenny Priory, red wax, fine but chipped. The Prior, standing turned slightly to the left, holding in the right hand a scroll, in the left a book.

'+ SIGILLUM . PRIOR[I]S . SCI' . MICH[AEL' . DE] UGGOMOR'.'




## CCCCLXXXVI.

## SUIT CONCERNING THE WARDSHIP OF THE LAND AND HEIR OF MEREDUC SEYS.

[ROTUL. FIN. I., 235.] 1232.

NESTA que fuit uxor MEREDUC SEYS qui tenuit terram suam de GILEBERTO quondam comite GLOUCESTRIE cujus terræ et hæredis custodia est in manu Regis finem fecit cum Rege pro x. marcis pro habenda custodia terre et heredis ipsius MEREDUC usque ad legitimam ætatem ejusdem hæredis cum maritagio ejusdem hæredis. Et mandatum est P. de RIVALI quod accepta ab ea securitate de predictis decem marcis Regi reddendis ei de tota terra cum pertinenciis quam predictus MEREDUC tenuit de predicto comite et unde idem MEREDUCUS fuit saisitus die quo obiit sine dilatione plenam saisinam habere faciat. Teste Rege apud STRIGOIL xix. die Decembris.

The name of Seys, a corruption of Saison, 'an Englishman,' is not common in Glamorgan, though Einon Sais, of Senghenydd is well-known, but he used it as a personal distinction, not as an hereditary surname. Richard Seys, son of Evan, or possibly Roger Seys, of Boverton, by Mary Bridges, of the County of Gloucester, was Attorney General for Wales in the time of Elizabeth The heiress of Seys married

Jones, of Fonmon, and a daughter of a Richard Seys, of Boverton, married about 1203 Peter King, afterwards Lord King and Lord Chancellor. The name is still extant in Monmouthshire. Meredith Seys held land under Earl Gilbert, and his widow as Custos, paid 10 marks to Peter de Rivali, as Sheriff. The Lordship was then in the King's hand on account of the death of Earl Gilbert, and the minority of his son and successor Earl Richard. The King sold the wardship of her son to Nest, Meredith's widow. It is probable that Seys, of Boverton, descended from Einon Sais, through Howel Sais or Seys.

## CCCCLXXXVII.

## GRANT BY ~~JOHN~~ WILLIAM DE BREUSA TO MEURIC COYK OF TEN ACRES OF WASTE IN THE MANOR OF LANDIMORE, RENT A GARLAND OF ROSES.

[Margam Charter.] 1232—1290.

Sciaut presentes et futuri quod ego Willelmus de Breus' filius et heres domini Johannis de Breus' dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Meurico Coyk pro homagio et servitio suo decem acras terre de vasto meo in Manerio meo de Landimor que jacent insimul inter Penmenud et Pantglas. Ita quod longitudo cujuslibet acre erit de viginti perticatis et latitudo de octo perticatis per perticam viginti quatuor pedum. Tenendum et habendum dictis Monachis et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis vel assignatis dictam terram cum omnibus pertinentiis suis libere quiete bene et in pace. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis vel assignatis ipse et heredes sui vel assignati unum sertum rosarum ad Nativitatem beati Johannis Baptiste pro omnibus serviciis exactionibus et demandis ad dictam terram spectantibus. Et ego et heredes mei vel assignati predictam terram cum omnibus suis pertinentiis sicut predictum est dicto Meurico et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et feminas inperpetuum warentizabimus. In cujus rei testimonium presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus . Domino Johanne de Houton'. tunc senescallo Goherie . fratre Willelmo de Landu monacho de Neth . Henrico Scorlagge . David de la Bere . Roberto de la Mare . David de Landimor . Philippo Meuric . Henrico Dauy . et aliis.

Endorsed—'Koyg.'

John de Breusa + 1232 William, his son + 1290.

## CCCCLXXXVIII.

## CONFIRMATION BY MORGAN AB CADWATHLAN OF HIS FATHER'S GRANT TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus S. e. f. p. et f. qui hanc cartam inspexerint Morganus filius Kadwathlan salutem.

Noverit univers[itas] vestra me concessisse et hac carta mea confirmasse omnem donationem quam fecit Cadwathlan pater meus domui de Margan et monachis i. D. s. de donatione terrarum quam fecit eisdem monachis et de pasturis et aliis aisiamentis in terra sua habendis . per omnia sicut karta ipsius testatur. Hanc donationem ego concessi predictis monachis plenius consilio et consensu amicorum meorum . ut ipsi eam habeant et possideant in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam . ab omni seculari servitio et exactione. Et sciendum quod ego concessi predictis monachis plenius omnia pascua per totam terram meam . quam pro patre meo hereditare debeo . in bosco et plano . et in omnibus locis exceptis terris cultis et pratis. Et hanc ipsam donationem ego juravi super sanctas reliquias quod warantizabo eis contra o. h. in perpetuum et quod ego protegam eos et catalla eorum . et custodiam pro posse meo in omnibus locis. Hiis testibus . Odone de Novo Burgo . Meuric filio Rogeri . Vren filio Weir . Ivor Keloit et multis aliis.

Entitled—'Confirmatio Morgani ab Cadwathlan de Kevemahhaj.' Also, 'Carta Morgani filii Cadwathlan de donationibus patris sui in terris pasturis et aisiamentis in terra sua habendis.' Also, 'Morgani filii Kadwathlan debet esse cum Kevemahhay.'

## CCCCLXXXIX.

## GRANT BY MORGAN AB CADWATHLAN OF COMMON OF PASTURE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes p. et f. quod ego MORGANUS ab CADWATHLAN . concessi et dedi in perpetuam elemosinam et hac carta m[ea] confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN . et monachis ibidem Deo servientibus communam pasture mee de tota terra mea in longum et latum . tam ad equicium suum quam ad cetera averia sua . excepto blado et prato . scilicet . versus orientem . sicut di[vise] vadunt inter terram meam . et terram HOELI filii MOREDU . et versus occidentem . sicut divise vadunt inter terram meam et ter[ram] MORGANI KAM . et versus austrum . per divisas que sunt inter me . et GILBERTUM de TURBERUILLE . et versus aquilonem . quantum terra mea se extendit erga partes illas . Reddendo inde michi et heredibus meis annuatim unam marcam argenti ad duos terminos . Scilicet dimidiam marcam ad Pascha . et dimidiam marcam ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio et seculari exactio[ne. Et] ego et heredes mei warantizabimus eis predictam pasturam contra omnes homines in perpetuum. Quod si forte propter guerram vel aliquem alium casum non poterimus eis prefatam pasturam warantizare . vel si ipsi ad eam propter guerram vel aliquod aliud impedimentum non poterint venire . cessabunt interim prefatam marcam . [done]c possint libere eandem pasturam frequentare. Et sciendum quod non permittam aliquem hominem n[ostrum] pl[acita]re eis aliquam pasturam . appropriando eam sibi excepto blado et prato. Et ego MORGANUS juravi super sanctua[ria] ecclesie de MARGAN . quod hec omnia predicta servabo et tenebo prefatis monachis fideliter et sine dolo . et malo ingenio. ‹ Hiis testibus.

Entitled –'Carta Morgani ab Cadwatlan.'

## CCCCXC.

## QUIT-CLAIM BY RES COH THE YOUNGER, OF HIS LAND AT EGLESKEYNUR, TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 40.] ALL SS. DAY. 1234.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris RESUS COH junior salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum meorum quitum clamavi et abjuravi et hac carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibi Deo servientibus totum clamium meum et totum jus quod dicebam me habere in terra de EGLESKEYNUR occasione forestarie videlicet tres domos in pastura de EGLESKEYNUR ad pascendum ubi vellem inter aquam de GARWE et aquam de UGGEMOR extra pratum et bladum. Hoc totum quitum clamavi pro omnibus heredibus meis et omnibus meis ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram suam scilicet quicquid continetur inter predictas aquas libere et quiete et pacifice pro me et omnibus meis sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri in omnibus et per omnia sicut carte donatorum quas inde habent testantur. Et ego et heredes mei warantizabimus hanc quitam clamationem contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum. Et sciendum quod hoc totum factum est coram domino ELYA LANDAVENSE episcopo apud MARGAN circa festum omnium sanctorum anni Domini millesimi ducentesimi tricesimi quarti. Et preterea sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod omnia ista fideliter et sine dolo servabo in perpetuum. Et quod fidelis ero dicte domui semper et ubique et quod bona illorum custodiam et defendam pro omni posse meo ubicunque et precipue in terra de EGLESKEYNUR et quod non sinam pro omni posse meo quod aliquis cum averiis suis intret in terram de EGLESKENUR ad pascendum. Et ut hec concessio mea rata et inconcussa permaneat predictus episcopus et MORGANUS CAM huic scripto sigilla

sua apposuerunt una cum sigillo meo. Hiis testibus . Domino Elya Landavense episcopo . Mauricio archidiacono Landavensi . Willelmo decano de Lanmeys . magistro Ricardo de Kerlyun . Johanne capellano . Ricardo notario episcopi . Morgano Cam . Anyano ab Madoc . Lewelino ab Roger . Yorvardo ab Espus . Oweno ab Alaythur . Reso fratre ejus . David ab Wylym . Lewarh Puygnel . Osberno et Thoma de Cantelo monachis de Margan . Espus et Anyano conversis de Margan . et multis aliis.

Three seals remain attached :

1. A circular seal of dark green wax, bearing a star-like device.

Legend—'+ SIGILL RESI COH IVNIORIS.'

2. An oval seal of green wax, having on one side the full-length figure of a bishop fully habited ; on the dexter a star ; sinister, a crescent.

Legend—'+ ELIAS DEI GRACIA LA . . . . EPISCOPVS.'

Counterseal, a right hand raised in the act of benediction.

Legend—'+ SECRET, ELIE LANDAVENSIS EPISCOPI.'

3. A small circular seal of dark green wax, bearing an ill-executed impression of a knight on horseback.

Legend—'SIGIL . . . . . GANI CA . . '

Endorsed—'Abjuratio Resi Coch junioris de terra de Egliskeinwir.'

The Garw and the Uggemor, or Ogwr, are mountain streams which contribute to form the modern Ogmore, the river of Bridgend. Elias de Radnor occupied the See of Llandaff from 1230 till his death, 13th May, 1240. The first six witnesses are ecclesiastics, the next seven Welsh laymen.

## CCCCXCI.

## NOTIFICATION BY JOHN, RES, ROGER, AND OTHER SONS OF GRIFFIN BEGAN, OF THEIR AGREEMENT WITH MARGAM ABBEY, RESPECTING STURMIESTUN.

[HARL. CHARTER, 75 B. 9.] 1234.

CIROGRAPHUM.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris JOHANNES . RESUS . ROGERUS . GALFRIDUS . HENRICUS . MOREDUTH . MAURICIUS filii GRIFFINI BEGAN salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod loquela illa que fuit inter nos ex una parte et ROGERUM STURMI avunculum nostrum ex altera de medietate redditus de STURMIESTUNE tali fine amicabiliter conquievit, videlicet quod nos per consilium GRIFFINI BEGAN patris nostri et RESI filii GRIFFINI domini nostri et aliorum amicorum nostrorum quitum clamavimus et abjuravimus pro nobis et omnibus heredibus nostris totum clamium nostrum quod habuimus versus ROGERUM STURMI avunculum nostrum et totum jus quod dicebamus nos habere de medietate dicti redditus de STURMIESTUN scilicet de medietate dimidie marce quam monachi de MARGAN solebant reddere annuatim eidem ROGERO pro terra de STURMIESTUN . quam medietatem scilicet quadraginta denarios dicebamus predictum ROGERUM avunculum nostrum dedisse et incartasse patri nostro GRIFFINO in maritagium cum sorore sua matre nostra. Juravimus eciam coram pluribus bonis viris pro nobis et heredibus nostris in ecclesia de LANDAF super tumbam Sancti THELIAWI et super omnia sacrosancta ejusdem ecclesie quod nunquam vexabimus monachos de MARGAN pro predicto redditu nec pro predicto tenemento vel aliqua parte ejus; set habeant et teneant dicti monachi dictum tenementum libere quiete et pacifice pro nobis et omnibus heredibus nostris in perpetuum in omnibus et per omnia sicut carta dicti avunculi nostri quam inde habent testatur. Et nos istam quitam clamationem nostram warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Et preterea sciendum quod quando fecimus

dictam quitam clamationem dictus avunculus noster dedit nobis quinque marcas sterlingorum per manum monachorum de MARGAN non pro jure quod habuerimus in clamio nostro set quia nepotes ejus fuimus et voluit nos promovere. Et hoc totum factum est anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto in septimana Pentecostes in ecclesia de LANDAF coram domino E. tunc LANDAVENSE episcopo et MAURICIO archidiacono et multis tam canonicis quam clericis ejusdem ecclesie . et coram RESO filio GRIFFINI et multis aliis . existente eodem archidiacono procuratore dicti avunculi nostri una cum fratre JOHANNE tunc abbate de MARGAN. Et quia propria sigilla non habuimus sigillum domini ELYE tunc LANDAVENSIS episcopi et sigillum capituli ejusdem ecclesie presenti scripto ex parte nostra apposita sunt ad peticionem nostram. Et sigillum MAURICII archidiaconi et sigillum JOHANNIS abbatis de MARGAN procuratorum avunculi nostri apposita sunt eidem scripto ex parte ejusdem avunculi nostri. Hiis testibus . domino ELYA tunc episcopo LANDAVENSE . MAURICIO tunc archidiacono LANDAVENSE . MAURICIO GOBION thesaurario . RADULFO de NOVO CASTELLO canonico LANDAVENSE . magistro MAURICIO de CRISTCHURCHE . magistro RICARDO de KERLIUN . REYMUNDO de SULY . WILLELMO de REGNI . RESO filio GRIFFINI . RESO ab KENEWREG . YORVARD' VELIN . KENEWREG ab YORVARD' et multis aliis.

Seals of the Bishop and the Chapter of Llandaff.

Endorsed—‘Cyrographum filiorum Began . De finali compositione inter ipsos et Domum de Margan.’

## CCCCXCII.

## CONFIRMATION BY ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM ABBEY, OF THE LANDS OF ROSSAWLIN, AND PENHUTH.

[MARGAM CHARTER.] 1234.

E[LIAS] Dei gratia LANDAVENSIS episcopus . omnibus CHRISTI fidelibus tam clericis quam laicis in episcopatu LANDAVENSI constitutis salutem gratiam et benedictionem.

Universitati vestre notum facimus quod nos divine pietatis intuitu paci et quieti dilectorum filiorum monachorum videlicet de MARGAN in futurum providere cupientes confirmavimus ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et dictis m. i. D. s. totam terram de ROSSAULIN c. o. p. suis et terram de PENHUTH c. o. p. suis et terram de HAUETHALOC c. o. p. suis et terram STURMI c. o. p. suis et terram de EGLESKENWIR c. o. p. suis sicut carte donatorum testantur. Et capellas de ROSSAULIN et PENHUTH et HAUEDHALOC de STURMIESTUN . et de EGLESKEINWIR c. o. p. earum liberas et quietas ab omni servicio et exactione et consuetudine tam ecclesiastica quam seculari . confirmavimus eciam dictis monachis BONEVILESTUNE cum advocacione ecclesie et omnibus aliis pertinentiis suis sicut carte donatorum testantur . necnon et omnes alias terras et possessiones eorum . c. o. p. sicut carte fundatorum et donatorum suorum testantur . et sicut bone memorie venerabiles patres et predecessores nostri W. et H. quondam LANDAVENSES episcopi eisdem confirmaverunt.

Hec omnia predictis monachis confirmavimus auctoritate qua fungimur inhibentes ne quis predictis monachis contra cartas donatorum seu privilegiorum suorum tenorem vexacionem molestiam aut gravamen inferre presumat. Et ne premissa devocentur in dubium set firmitatis robur optineant imperpetuum presens scriptum sigilli nostri apposicione roboravimus.

Datum anno gratie M$^{o.}$ CC$^{mo.}$ tricesimo quarto.

## CCCCXCIII.

## GRANT BY ROGER STURMI[1] TO MARGAM ABBEY OF A RENT IN STURMY.

[HARL. CHARTER, 75 D. 5.]

EASTER DAY. 23 APRIL. 1234.

Universis CHRISTI f. p. s. v. vel a. ROGERUS STURMI salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consensu et consilio heredum meorum et aliorum amicorum meorum concessi et quitum clamavi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum . totum reditum meum de terra STURMI scilicet dimidiam marcam argenti quam dicti monachi solebant michi reddere annuatim . sicut carta mea quam inde habent . testatur. Ita quod habeant et teneant de me et heredibus meis dictam terram STURMI cum omnibus pertinenciis suis in perpetuam elemosinam libere quiete et pacifice in perpetuum . ab omni servicio consuetudine et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius et quiecius haberi potest vel teneri. Excepto hoc quod reddent michi et heredibus meis annuatim unum par calcarium vel sex denarios ad Pascha de recognitione. Et ego et heredes mei hanc quitam·clamationem dictis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod quando dictis monachis feci hanc quitam clamationem . dederunt michi monachi centum solidos sterlingorum. Ita videlicet quod si aliquis heredum meorum aliquando contra hoc meum factum venire voluerit . et monachos implacitare . reddet monachis predictam summam pecunie antequam monachi teneantur respondere. Preterea sciendum quod hoc factum fuit ad Pascha proximum post consecrationem EDMUNDI CANTUARIENSIS archiepiscopi . scilicet anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto. Hiis testibus . ROBERTO de CANTILUPO . WIDONE WAKE . HENRICO forestario . JOHANNE CROILLI . ROGERO tunc priore de NETH . RICARDO tunc suppriore ejusdem domus . GERVASIO et GALFRIDO monachis ejusdem

domus . Willelmo de Diuelin . Roberto Poynz . Thoma de Cantilupo monachis de Margan . et multis aliis.

Round seal, dark green wax, 1½in. diam. A seeded fleur-de-lis.

'+ SIGILL' . ROGERI . STURMI.'

Endorsed—'Carta Rogeri Sturmi junioris.'

(1) A later Roger than those in 75 D. 1-4.

Geoffrey Sturmi granted to Margam, confirmed by Roger his son, at half a mark rent in perpetual farm, the land which he held under the Chief Lord, who, in the person of Earl William, in 1170 confirmed the grant, reserving the service.

Geoffrey also, with the consent of his wife M., his sons R. and G., and his daughter Agnes, granted to Margam his land between Herbert's land and the bank of the Kinithvin on certain terms, all which grants are enumerated and confirmed in King John's Charter to Margam in 1207. [CL., CCL., CCLI., CCCXIV.]

Geoffrey Sturmi also built a church at Sturmi, which gave rise to a dispute about tythe between Roger his son and the parson of Newcastle.

Geoffrey had a son Geoffrey, whose daughter Agnes married Gilbert Burdin, and had Geoffrey and William. Geoffrey endowed her with certain lands, on her marriage, which afterwards they exchanged with Geoffrey for other lands, which other lands they granted to Margam for the benefit of the soul of Geoffrey, with certain reservations.

The elder Geoffrey's son Roger seems to have had a son Roger, called Roger junior, and a daughter who married Griffith Began, and had seven sons, who had a 'loquela' with their uncle Roger as to their mother's portion, which however was settled in 1234, in which year the uncle made a final donation to Margam, as above appears, as also did the nephews and their parents.

Sturmi and Esturmi were forms of a name widely spread over England in the thirteenth and fourteenth centuries, and especially known in Wilts, Hants, and the Honour of Gloucester.

John Sturmy was Lord High Admiral in 1324-5.

For Burden see note to CLVIII




Sturmieston or Terra Sturmi was between Margam and Pyle, and is now represented by Stormy Down in Pyle. It evidently derives its name from its early owners who came from Wilts, where Sturmy or Esturmy was a well-known name, where Richard Esturmi held land in 1160-1, and William Esturmi held

by Serjeantry the keepership of a forest in 1212-17; also in Hants, and in the Honour of Gloucester where Henry Esturmi held two hydes in 1210-12; as well as in other parts of England. John Sturmi was Lord High Admiral in 1324-5. Stormy Grange was included in the Crown sale of Margam to Sir Rice Mansel in 1540 [MCCCLXV.] and in the additional sale of Horgrove and Pyle in 1543 [MCCCLXXV.].

Galfrid, or Gaufrid, Sturmi is the first on record in Glamorgan. He leased to Margam at a perpetual rent of half a mark, the land which he held in Margam under Earl William, who confirmed the transaction in 1170, reserving the service; Roger, son and heir of Galfrid, consenting [CL.]. Galfrid Esturmi, with the consent of M. his wife, Roger and Galfrid his sons, and Agnes his daughter, granted to Margam his land on the bank of the Kinithwin, circa 1170, [CCL.] all which grants were confirmed by Pope Innocent in 1203, and by King John in 1207 [CXLVIII.—CLI.] about which time Galfrid built the Church in Villa Sturmi, which, however, has long since disappeared [CLXXXIX.] and which led to the dispute about tythe between Roger Sturmi and the Parson of Newcastle. In 1179, Henry II. confirmed the family grants to Margam, and one by which Galfred and Roger gave the residue of the land held of Earl William within the fee of Margam. Roger, the son and heir of Galfrid, joining with his father in the grant [CCLI.—CCCXIV.]. He settled half the rents of Sturmieston upon his sister, Agnes, when she married Griffith Began. He also witnessed Charters in 1185-91 and circa 1200. Countess Isabel confirms a gift as "liberorum hominum meorum, scilicet terram Sturmy," if this was a Sturmi grant, it is an unusual way of describing the donor [CCCXXV.]. For this the Monks were to pay 12 marks of silver and a cappa and four nummi to each son, and when the donor became infirm he was to be admitted into their community [CCL.].

Began is now a village near Cefn Mably and part of the estate. The manor was held of the Lord of Wentloog by the tenure of quarter of a Knight's fee. It seems to have formally been Begausley or Beganton, Baganeston, or Bagaston, and there was a church, so it was probably a parish. A weir upon the Rhymney is still known as Began's weir. The Begans were probably native landowners, but no record exists of their being connected with that place, which, according to the Welsh pedigrees, belonged originally to the Gamages. Andrew Pagan, second son of Pagan de Gamage was of Began, which became the portion of Elizabeth his daughter, who married William Kemeys. Another version describes Jorworth or Edward Kemeys as marrying Nest or Elizabeth, daughter of Andrew Beauchamp, and heiress of her brother Andrew, who died 1320, leaving Beganley, said to be a corruption of Beauchampsley. However this may be, Began has certainly for centuries been part of the Kemeys estate, and is said to have been their seat before their removal to Cefn Mably.

There is no regular pedigree of the Begans, what little is known of them is derived from the Charter [CCCCXCI.—1234], where the children of Griffin Began announced that an amicable settlement was arrived at between them and their maternal uncle Roger Sturmi, concerning the moiety of the rents of Sturmieston, they, by the advice of their father, and with consent of Res ap Griffith, their overlord, withdrew their claim to the moiety of the half mark which the monks of Margam were wont to pay annually to Roger for the land of Sturmieston, 40 pence which Roger gave to their father on his marriage with his sister, their mother. The mother's name was Leuki Sturmi. For in DCXC., Cradoc, son of Griffin, confirms to Walter de Regny six acres in his tenement of Lan Leuder, with the advowson of the church, the land was between that of Rees Began and of Leuki, widow of Griffin Began. It seems to have been in East Glamorgan, near Caerau. Also in CCCCLXXVIII., Galfrid Began makes a similar confirmation, and soon afterwards mention is made of the church at Beganston. In 1320-1, Walter Began witnesses a Kenfig Charter; in 1487 Robert Began occurs as a burgess of Cowbridge. MCCLI.; and in 1515 David Began appears to be connected with Pendoylon.

It is moreover stated in the Welsh pedigree that Henry Kemeys, Evan ab Jenkyn Kemeys, Reginald Kemeys, Roger and Morgan Kemeys, James and David Kemeys, were all of Began.

## CCCCXCIV.

## GRANT BY LEWELIN, SON OF GRIFFIN BEGAN, AND HIS BRETHREN, TO MARGAM ABBEY, OF THEIR LAND IN STURMY.

[Harl. Charter, 75 B. 6.] Circa 1234.

Universis Christi fidelibus p. s. v. vel a. Lewelinus Began et fratres ejus scilicet Resus . Rogerus . Galfridus . Johannes . Henricus . Moreduc . Mauricius . salutem.

Noverit universitas vestra quod nos consilio Griffini Began patris nostri et aliorum nostrorum quitum clamavimus D. et e. B. M. de M. et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam totum clamium nostrum de terra Sturmy et totum jus quod dicebamus vel putabamus nos habere in eadem terra. Et hoc ipsum super sacrosancta ecclesie de Landaf abjuravimus inperpetuum. Ita quod idem monachi habeant et teneant dictam terram libere quiete et pacifice solutam et quitam ab omnibus nobis et ab omnibus heredibus nostris inperpetuum. Juravimus etiam quod fideles erimus predicte domui et fideliter serviemus eidem quamdiu vixerimus. Et quod bona domus illius custodiemus et warantizabimus in omni loco pro posse nostro. Et si forte bona dicte domus alicubi in partibus nostris violenter fuerint detenta totum posse nostrum ponemus quod ipsa possit sua recuperare. Et ut hec omnia firma maneant et inconcussa sigillum domini Elye Landavensis episcopi et sigillum capituli Landavensis presenti scripto fecimus apponi quia propria non habuimus. Hiis testibus . domino Helya episcopo Landavense . Mauricio archidiacono Landavense . Henrico decano de Kaerdif . Mauricio Gobyon thesaurario . magistro Gervasio cancellario Landavense . Waltero cantore Landavense . Yuor de Pendul' canonico Landavense . magistro Johanne Word' . magistro Johanne de Lanririt officiali Landavense . Reso filio Griffini . Willelmo de Regny . Reymundo de Suly . Gilliberto de Unframvile . Gilliberto de Turbervile . Willelmo Flandrense . Rired Grant . Johanne filio ejus . Yoruard Velyn . Kenewrec

ab Yoruard . Howel ab Yuor . Thuder ab Hely . Lowarch ab Worgan . Kenewrec ab Eudas . Lewelin ab Yuor . Yoruard Vach . Lewelin ab Goronu et multis aliis.

Two pointed oval seals in green wax, in good preservation.

1. $2\frac{3}{4}$in. by $1\frac{3}{4}$in. Device—The Bishop on a pedestal, with staff, blessing. In the field a crescent and an estoile.

Legend—' ELIAS . DEI . GRACIA . L[AN]DAVENSIS . EPISCOPUS.'

Counterseal, a pointed oval, $1\frac{3}{8}$in. by 1in. Device—A right hand of blessing issuing from wavy lines.

Legend—' + SECRETU' . ELIE . LANDAVENSIS . EPISCOPI.'

2. The second type of chapter seal.

Endorsed—' Carta filiorum Griffini Began.'

## CCCCXCV.

## QUIT-CLAIM TO MARGAM ABBEY BY THE SONS OF GRIFFIN BEGAN AGAINST ROGER STURMY, THEIR UNCLE.

[Harl. Charter, 75 B. 8.] Whitsun Week, 1234.

Universis Christi fidelibus p. s. v. vel a. Johannes . Resus . Rogerus . Galfridus . Henricus . Moreduth . Mauricius . filii Griffini Began salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod nos consilio Griffini Began patris nostri et Resi filii Griffini domini nostri et aliorum amicorum nostrum quitum clamavimus et abjuravimus pro nobis et omnibus heredibus nostris totum clamium nostrum quod habuimus versus Rogerum Sturmi avunculum nostrum . et totum jus quod dicebamus nos habere de medietate redditus de Sturmiestune . scilicet dimidie marce . quem monachi de Margan solebant reddere annuatim eidem Rogero pro terra de Sturmiestune . quam medietatem scilicet quadraginta denarios dicebamus predictum Rogerum avunculum nostrum dedisse et incartasse patri nostro Griffino in maritagium cum sorore sua matre nostra. Juravimus

etiam coram pluribus bonis viris pro nobis et heredibus nostris in ecclesia de LANDAF super tumbam Sancti THELIAWI . et super omnia sacrosancta ejusdem ecclesie quod nunquam vexabimus monachos de MARGAN pro predicto redditu nec pro predicto tenemento vel aliqua parte ejus . set habeant et teneant dicti monachi dictum tenementum libere quiete et pacifice pro omnibus nobis et omnibus heredibus nostris in perpetuum in omnibus et per omnia sicut carta dicti avunculi nostri quam inde habent . testatur. Et nos istam quitam clamationem nostram warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Et preterea sciendum quod quando fecimus dictam quitam clamationem . dictus avunculus noster dedit nobis quinque marcas sterlingorum per manum monachorum de MARGAN . non pro jure quod habuerimus in clamio nostro . set quia nepotes ejus fuimus et voluit nos promovere. Et hoc totum factum est anno Domini M°. CC°. XXX°. quarto in septimana Pentecostes in ecclesia de LANDAF coram domino ELYA tunc LANDAVENSE episcopo . et MAURICIO archidiacono . et multis tam canonicis quam clericis ejusdem ecclesie . et coram RESO filio GRIFFINI et multis aliis . existente eodem archidiacono procuratore dicti avunculi nostra una cum fratre JOHANNE tunc abbate de MARGAN. Et quia propria sigilla non habuimus sigillum domini ELIE tunc LANDAVENSIS episcopi et sigillum capituli ejusdem ecclesie ad petitiones nostras presenti scripto apponi fecimus. Hiis testibus . Domino ELIA tunc episcopo LANDAVENSE . MAURICIO tunc archidiacono LANDAVENSE . MAURICIO GOBION thesaurario . RADULFO de NOVO CASTELLO canonico LANDAVENSE . magistro MAURICIO de CRISTCHURGE . magistro RICARDO de KERLIUN . REYMUNDO de SULY . WILLELMO de REGNY . RESO filio GRIFFINI . RESO ab KENEWREO . YORUARD' VELYN . KENEWREG ab YORUARD' . et multis aliis.

Two seals, dark green wax.

1. Seal of Bishop Elias, as before, chipped.
2. Seal of Llandaff chapter, as before, imperfect.

Endorsed—' Carta filiorum Begau de finali compositione inter ipsos et domum de Margan.'

Vide. CCCCXC. and DCXC.

## CCCCXCVI.

## ARBITRATION BY BISHOP ELIAS AND MORGAN CAM, BETWEEN RES GOH AND MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 A. 25.] Ante 1234.

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris E. diviua miseratione Landavensis episcopus . Morganus Cam . salutem in vero salutari.

Noverit discrecio vestra quod cum esset suborta quedam controversia inter Resum Goh . et domum de Margan super terra que jacet inter aquam de Garwe et aquam de Uggemore . quam terram dictus Resus de dicta domo petebat hereditario jure possidendam . et super forestaria in dicta terra et etiam super dampnis et injuriis sibi invicem prout dicebatur inter partes irrogatis . Lis inter dictas partes mota coram nobis arbitris ad hoc fideliter á partibus electis hoc fine conquievit. Videlicet quod cum sufficienter nobis constaret . tam per cartam . W. de Londonia quam per cartam Resi senioris et fratrum suorum ad hoc dicte domui de Margan datam . et eciam per vivam vocem quod dicta terra predicte domui de Margan in perpetuam elemosinam á dictis Reso seniori et fratribus suis pro ipsis et heredibus eorum irrevocabiliter esset collata . nos dictam terram sepedicte domui absque clamio predictorum Resi senioris et fratrum suorum et ipsorum heredum in perpetua elemosina debere remanere perpetuo . sumus arbitrati . assidentibus nobis fratribus Aniano et Lewelino predicatoribus . et magistro Mauricio de Christi Ecclesia. Super forestaria vero discretorum virorum consilio interveniente taliter fuit a nobis provisum . quod Resus junior jure forestarie quo usus fuit pater ejus . et ipse in diebus suis prout debuit . quod eodem jure libere uteretur in dicta terra . et si pasturam quam petit ratione dicte forestarie scilicet trium domorum potuerit sufficienter probare quod illam per arbitrium virorum fidedignorum et discretorum debeat habere . monachis non contradicentibus illam habeat . sin autem . illam

petere omnino desistat. Super dampnis vero sibi ipsis alternatim ut dicebatur irrogatis . quia de ipsis plene nobis non constabat . nec esset qui plenius super hiis nos posset certificare . provisum fuit a nobis quod dampna et injurie tunc inter partes irrogate remitterentur absque reclamatione in perpetuum. Partes vero predicte . scilicet abbas pro dicta domo ex una parte . et Resus junior ex altera . coram nobis personaliter existentes . pro se et successoribus suis ad standum super predictis articulis nostre provisioni et arbitrio . abbas scilicet in verbo Dei . Resus vero inspectis et tactis sacrosanctis . sacramento se obligaverunt submittentes se omnino jurisdictioni et cohercioni episcopi . si forte aliquis eorum ausu temerario predicte nostre provisioni presumere vellet contrahire . Ad cujus rei certitudinem presenti scripto sigilla nostra apponere curavimus. Hiis testibus . magistro Ricardo de Karlyon . Domino Willelmo Malet . Radulpho de Novo Castro . Johanne Capellano . Rogero Sturmy . Yoruardo ab Espus . et multis aliis. Datum anno gratie m°. cc°. xxx°. iiij°. circa festum Sancti Ambrosii.

Two seals, dark green wax.

1. Obverse.—The Bishop, full length, with pastoral staff, the right hand uplifted in blessing : in the field a crescent and star.

'ELIAS . . . . . GRAC . . . . . ENSIS EPISC . . . . . S'.'

Reverse.—A small pointed oval counterseal. A right hand of blessing.

'+ SECRETU' ELIE LANDAVENSIS EPISCOPI.'

2. Small seal of an armed horseman, riding to the left. Coarse work.

'. . . . . . GANI C . . . . . .'

Endorsed —' Finalis compositio inter domum de Margan et Resum Coh juniorem, de terra de Egliskeinwyr per arbitrium Elye episcopi Landavensis.'

## CCCCXCVII.

## SALE BY JOHN LAHELES TO ROBERT DE PENRIS OF LAND IN LANDGENUTH, IN GOWER.

[Harl. Charter, 75 C. 28.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes Laheles filius . . . lahel . . . vendidi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Roberto de Penris . . et heredibus suis pro quadraginta marcis argenti quas mihi pre manibus pacavit totam terram meam in feudo de Langdenuth quas ego et antecessores mei jure hereditario tenuimus de Roberto de la Mare et antecessoribus suis . cum omnibus pertinentiis . et libertatibus predicte terre pertinentibus . et sicut aliqua terra uberius dari vel vendi potest. Saluuo redditu annuo quem ego et antecessores mei reddere solebamus predicto Roberto de la Mare et antecessoribus suis . videlicet duos solidos . et octo denarios ad Pascha . et duos solidos et octo denarios ad festum Sancti Michaelis. Et preterea mihi et heredibus meis dictus Robertus et heredes ejus unum par cyrothecarum ad festum Sancti Michaelis annuatim persolvent. Dictam vero terram dicto Roberto vendidi Ita quod eandem cum omnibus pertinentiis . libertatibus . poterit dare . vendere . excambire . vel invadiare vel in testamento relinquere cui vel quibus voluerit successive in perpetuum saluuo redditu prenominato. Et ut hec mea vendicio rata et inconcussa in perpetuum perseveret presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . Domino Willelmo Gabriel tunc priore de Landgenuth . Domino Henrico de Vilers . Johanne de Bukeham tunc senescallo Guher . Hugone Purbig . Henrico Mansel . Ricardo Barri . et aliis.

Llangenydd was the seat of an Alien Priory, founded probably in the reign of Stephen, by Roger de Bellomont, the Norman Conqueror of Gower, and by him attached to the Monastery of St. Taurinus, at Evreux, in Normandy, and dedicated to St. Kenydd, a Welsh Saint.

These Priories were of two kinds: one managing their own affairs and electing their own head; the other a mere cell, the Prior of which was nominated by the Superior House. Llangenydd probably was of the latter description, since one of the conditions on which it was restored to St. Taurinus by Henry IV. was, that suitable Priors should be chosen.

It was the practice of the English Kings from the reign of Edward I., about 1285, in the event of a war with France, to appropriate the sums usually sent abroad. This was done by the three Edwards and Richard II., possibly on occasion seizing upon the whole revenue, but still restoring it at the conclusion of the war. Henry IV. at first shewed great favour to these Priories, but towards the close of his reign he regarded them with suspicion, and, 7th October, 8 Henry IV., he seized upon Llangenydd; and to indemnify the Priory of Ewenny for its losses from the rebels and others, he granted to the Prior a lease of the Alien House for 10 years at £20 per annum—a lease which, however, seems to have been revoked by Henry V., who restored the Priory to St. Taurinus on condition that they appointed fit persons for its head, and accordingly Richard Day and Richard ap Morgan, the latter, at least, a native, were so appointed.

Finally, all the Alien Priories were dissolved by Henry VI. (2 Henry VI.) and their possessions vested in the Crown, and for the most part applied to religious and educational uses. Llangenydd was granted in 1441 to All Souls' College, Oxon., in which body the patronage of the Church has since remained.

This Charter is interesting as containing evidence of a connection between the family of Laheles, whose head quarters were in Laleston, and those of Penrice and De la Mare in Gower. Henry Mansel, the witness, is an early member of the family of Mansell, which afterwards held Penrice, and much other land in Gower.

## CCCCXCVIII.

## GRANT BY THOMAS LAGELES OF HIS WHOLE LAND IN LAGELESTON TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes presentes et futuri . quod ego THOMAS LAGELES concessi et dedi et hac carta confirmavi D. et S. M. de M. et m. i. D. s. totam terram meam de LAGELESTUN . cum pertinenciis suis intra villam et extra . sine omni retenemento ad habendum et tenendum in perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina melius et liberius teneri potest . faciendo solummodo servicium comiti . scilicet reddendo comiti annuatim octo solidos . et reddendo michi annuatim et heredibus meis dimidiam marcam . ad festum Sancti MICHAELIS . pro omni servicio quod ad me pertinet et heredes meos. Et ego et heredes mei warantizabimus eis omnia predicta contra omnes parentes nostros . et contra omnes homines FRANCOS et ANGLOS imperpetuum sicut elemosinam nostram. Testibus . domino GREGORIO de MELLIFONTE . domino YSAIA de JORIFONTE abbatibus . WILLELMO de LICHESFELD . ROBERTO de BIRI . JOHANNE de VALLE monachis de MARGAN .

Ernaldo . Cnaithuro conversis de Margan . Willelmo Sturmi . Waltero de Marecros . Willelmo le Franceis . Ricardo de Latheuei . Roberto le Petit . Gilleberto de Sancto Fagan.

Entitled—' Carta Thome Lageles de tota terra sua de Lagelestuu.'

## CCCCXCIX.

## GRANT BY THOMAS LAGELES OF LAND IN HIS LORDSHIP, NEAR ST. DAVID'S CHAPEL, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis . Thomas Lageles salutem.

Quoniam ingratitudinis vicium cuilibet honesto viro pre ceteris est devitandum . memor beneficiorum que patri pariter et matri mee . mihi meisque coutulerunt viri religiosi monachi scilicet de Margan . licet in recompensatione collati beneficii minus sim sufficiens . ubi tamen in impari censu non impar creditur esse voluntas . apud recte quempiam sentientem . cum éadem promta est . secundum id . quod habet accepta est . non secundum id quod non habet. Inde est quod universitati vestre notificare dignum duxi . quod Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus . consilio et consensu amicorum . do et concedo et hac presenti carta confirmo totam [terram] quæ est de dominio meo ab australi parte capelle que nunc est Sancti David . et ab orientali parte veteris masuagii . quod fuit in gardino quod modo excisum [est] juxta publicam stratam que jacet a Kerd[if] usque ad Kenef[eg] . cum masuagio et crofta . que fuerunt Godchild juxta predictam viam. Totam illam terram prefatis monachis do . pro xv. acris in puram et perpetuam elemosinam . liberam et quietam ab omni servitio et exactione seculari . pro anima patris mei . et animabus antecessorum et successorum meorum necnon et pro salute anime

mee . et matris mee . et illorum pariter qui hanc donationem gratam habuerunt. Cartam igitur donationis hujus manu mea posui super altare ipsum osculans astante conventu . et me in fratrem et comparticipem recipiente omnium bonorum que in eadem fiunt ecclesia usque in finem. Testibus.

Entitled—'Carta Thome Lageles de XVII. acris quas nobis dedit.'

The family of Lageles, Laheles, or Lagthles, of whom we have Walter, Thomas, John, William, a second Walter, and Richard, possessed and probably gave name to the manor and parish of Laheleston or Laleston, near Bridgend. Walter occurs in the Pipe Roll of 1184-5 in connection with service at the castle of Neath, and witnesses a grant to Margam by G. Esturmi. In a confirmation to Margam by King John, 1205, Thomas de Lagthles appears as a donor of 100 acres [CLXXI., CCL., CCLXXXVII.]. They held land also at Llangenydd in Gower.

The connexion of the family with Glamorgan, and possibly the family itself, ended with the grant of the paternal manor to Margam, in the middle of the 13th century.

## D.

## ABJURATION BY RICHARD MERWITH AND HOEL KÆST IN FAVOUR OF MARGAM ABBEY OF THEIR CLAIM TO LANDS ON THE GARWE.

[MARGAM CHARTER.] 1235.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris RICARDUS MERWITH et HOWELUS KÆST salutem in domino.

Noverit universitas vestra nos consilio amicorum nostrorum quitum clamasse et abjurasse et hac carta nostra confirmasse Deo et e. B. M. de M. et m. i. D. s. totum clamium nostrum et totum jus quod dicebamus nos habere in terra dictorum monachorum inter aquam de GARWE et aquam de UGGEMOR' . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram . libere quiete et pacifice pro nobis et heredibus nostris et omnibus successoribus nostris in perpetuum . sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod juravimus super sacrosancta ecclesie de MARGAN quod nos et heredes nostri fideliter et sine dolo tenebimus hanc quitam clamationem et contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. Abjuravimus etiam omnia clamia si

qua habuimus vel habere potuimus in aliis terris monachorum quas tunc habuerunt quando fecimus eis hanc cartam . scilicet anno domini M°· CC°· XXXV°· Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio Ricardi Merwith et Hoeli Kaest de terra de Egliskeinwur.'

## DI.

## CONFIRMATION BY HENRY III. OF THE GRANT BY RICHARD, COUNT OF POICTOU AND EARL OF CORNWALL, TO GILBERT MARSHAL, EARL OF PEMBROKE, OF THE CUSTODY OF GOWER.

[P.R.O. CHARTER ROLL, 19 HEN. III. M. 16.]

10 FEB. 19 HEN. III. 1235.

Confirmatio conventionis inter comitem RICARDUM et comitem MARESCALLUM.

Rex archiepiscopis etc. . . . . . . . salutem.

Inspeximus conventionem factam inter dilectum fratrum et fidelem nostrum RICARDUM comitem PICTAVIENSEM et CORNUBIENSEM et dilectum et fidelem nostrum GILEBERTUM MARESCALLUM comitem PENBROCHIE in hec verba.

Hec est conventio facta inter RICARDUM comitem PICTAVIENSEM et CORNUBIENSEM fratrem domini Regis ANGLIE ex una parte et GILEBERTUM MARESCALLUM comitem PENBROCHIE ex altera. Scilicet quod predictus comes RICARDUS concessit et dimisit predicto comiti MARESCALLO custodiam terrarum que fuerunt WILLELMI de BRAUSA filii et heredis REGINALDI de BRAUSA cum castris earundem terrarum de BRECONA de RADENORA de HUNTINDONA[1] et de BERGEVENY ratione predicte custodie et cum villis eorundem castrorum et cum omnibus aliis pertinentiis ad predicta castra et honorem eorundem castrorum spectantibus et cum custodia et maritagio filiarum et heredum predicti WILLELMI de BRAUSA

scilicet quicquid habebit vel habere debet apud BERGEVENI

cum omnibus que accidere possunt eidem honori tam in ANGLIA quam in WALLIA scilicet GOER cum custodia castri de SWENESE et omnibus ad honorem illum pertinentibus et cum omnibus que eidem honori accedere possunt in WALLIA. Habenda ipsi comiti MARESCALLO et heredibus vel assignatis suis usque ad legittimam etatem heredum predictorum et JOHANNIS. Pro quibus custodiis et maritagiis predictus comes MARESCALLUS finem fecit cum predicto comite RICARDO per tria milia marcarum.

Adjectum est item in hac conventione ex utraque parte quod quicquid idem comes RICARDUS ratione dictarum terrarum que fuerunt dicti WILLELMI de BRAUSA in manu sua existentium dederat in custodiis maritagiis ecclesiis ante hanc conventionem factam die Mercurii proximo ante purificationem beate MARIE anno HENRICI Regis filii JOHANNIS XIX° ratum permaneat et inconcussum. Quod autem dicti comites dictam conventionem adinvicem fideliter observabunt uterque eorum sacramento corporaliter prestito pro se et heredibus suis vel assignatis fideliter affirmavit. Actum est istud in presentia domini Regis et in presentia venerabilium patrum CICESTRENSIS . ROFFENSIS . KARLIOLENSIS . episcoporum et in presentia comitis KANCIE . RADULPHI filii NICHOLAI . GODEFRIDI de CRAUCUMBA . WALTERI de DALEG' . HUGONIS de VIVONIA . et aliorum plurimorum.

Nos igitur predictam conventionem ratam et gratam habentes pro nobis et heredibus nostris eam concedimus et confirmamus. Hiis testibus . venerabilibus patribus H. ROFFENSI et W. KARLIOLENSI episcopis . WILLELMO de FERARIIS . PHILIPPO de ALBINI . GILBERTO BASSETT . RADULPHO filio NICHOLAI . GODEFRIDO de CRAUCUMBA . JOHANNE filio PHILIPPI . AMAURICO de Sancto AMANDO . GALFRIDO de CAUZ . HENRICO de CA'PILA . BARTHOLOMEO PECHE . WILLELMO GERNUNX et aliis. Datam per manus venerabilis patris R. CYCESTRENSIS episcopi etc. . . . . . . apud CANTUARIAM X° die Februarii anno regni nostri XIX°.

Consimilem confirmationem habet comes MARESCALLUS.

(1) Huntinton, co. Hereford.

## DII.

## CHARTER OF HENRY III., GRANTING PROTECTION TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] 20 Nov. 21 Hen. III. 1236.

Henricus Dei gratia Rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie et comes Andegavie, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem.

Sciatis quod abbas et monachi et conversi et domus de Margan et grangie ejusdem domus sunt in custodia et protectione nostra. Et ideo vobis mandamus et firmiter precipimus quod eos et omnia sua custodiatis manuteneatis et defendatis sicut nostra dominica . et non fatiatis aut fieri permittatis eis aliquam injuriam gravamen aut molestiam. Et si eis in aliquo forisfactum fuerit . id eis sine dilatione fatiatis emendari. Et concessimus eis quod sint quieti de theloneo et omni alia consuetudine per omnes terras nostras de blado et de omnibus aliis rebus que ad opus suum proprium emerint vel de suo proprio vendiderint. Et prohibemus ne quis super hoc eos impediat super forisfacturam decem librarum ad opus nostrum et viginti solidorum ad opus vicecomitis nostri . sicut carta domini Johannis Regis patris nostri quam inde habent rationabiliter testatur. Hiis testibus . H[umfrido de Bohun] comite Herefordie . Roberto de Ros . Willelmo de Ralegh' . Roberto de Muscegros . Godefrido de Craucumbe . Amaurico de Sancto Amando . Bartholomeo de Saukevilla . et aliis.

Datum per manum venerabilis patris R[adulphi de Neville] Cycestrensis episcopi cancellarii nostri apud Radingiam xx°. die Novembris anno regni nostri vicesimo primo.

Great seal of King Henry III., in green wax, very imperfect, appended by plaited bobbins of red taffeta.

Endorsed—'Protectio Henrici Regis Anglie tercii. Et quitantia tholonei.'

## DIII.

## ACQUITTANCE BY ROBERT DE BONEVILE FOR EIGHTEEN MARKS, BEING SIX YEARS' RENT OF LAND IN BONEVILESTONE, TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 21.] 19 MAY, 1237.

Universis[1] CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris ROBERTUS de BONEVILE salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod ego recepi pre manibus de monachis de MARGAN totum reditum meum sex annorum de terra de BONEVILESTONE . scilicet decem et octo marcas sterlingorum anno gratie M$^{o}$· CC$^{o}$· XXX$^{o}$· septimo circa festum Sancte POTENCIANE virginis. Ita quod dicti monachi quiti sunt de eodem reditu usque ad nativitatem Sancti JOHANNIS BAPTISTE . anni domini millesimi ducentesimi quadragesimi tercii . et tunc et deinceps de eodem reditu respondebunt. Quod si infra dictum terminum de me humaniter contigerit . heredes mee nichil recipient de dicto reditu . usque ad dictum terminum. Et in hujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino RICARDO canonico LANTHONIE PRIME . GALFRIDO de BONEVILE . JOHANNE PARIS . RICARDO clerico de KENEFEG . WILLELMO FRANKELEYN . NICHOLAO de LEGGE . JOHANNE WHITARD' . et multis aliis.

Broken seal, green wax, about 1in. by ⅞in. Impression of an antique oval intaglio, an Agnus Dei.

'. . . . . . BER . . . . . . ONE . . . . . .'

(1) Ornamental handwriting.

## DIV.

## AGREEMENT (BY ARBITRATION OF THE ABBOTS OF RIEVALLIS, VAUDEY, AND KINGSWOOD,) BETWEEN THE ABBEYS OF NEATH AND MARGAM, SETTLING DISSENSIONS AND ARRANGING CLAIMS IN NEWTOWN, NEWTOWN DOWN, AND CORNELI DOWN, ETC.

[MARGAM CHARTER.] ST. AGATHA'S DAY. 5 FEB. 1237-1238.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris ROGERUS RYEVALLIS . NICHOLAUS de VALLE Dei . JOHANNES de KINGESWDE dicti abbates salutem in Domino.

Ad universitatis vestre noticiam volumus devenire quod omnes controversie et querele inter domum de NETH et domum de MARGAN mote ante festum beate AGATHE virginis anno gratie M$^{o.}$ CC$^{o.}$ tricesimo septimo . in presencia nostra et multorum aliorum tali fine conquieverunt . per utriusque abbatis et conventus consensum.

Imprimis quia constans est quod abbas de MARGAN tam per se quam per suos . quam eciam per seculares nisus est supplantare abbatem et conventum de NETH de villa que dicitur NOVA VILLA et quantum in se fuit contra formam apostolicam . et quantum in se fuit circumvenit et supergressus est in negotio fratres suos . provisum est ut tam ipse quam omnes successores sui abstineant et arceantur in perpetuum ab adquisitione dicte ville . nisi per consensum abbatis et conventus de NETH. Caveat etiam sufficienter per cartam conveutus de MARGAN quod nunquam in perpetuum abbas et conventus de NETH aliquod per ipsos incurrant impedimentum quin dictam villam ad opus suum adquirant. Provideat nichilominus abbas de NETH ne in emptione vel adquisitione dicte ville diffiuitiones capituli generalis transgrediatur.

Item . de pasturis de NEUTUNEDUNE et CORNELIDUNE statuitur ut quoniam utraque pars sufficienter et evidenter probavit tam jus in proprietate quam usum in possessione utraque domus habeant dictas pasturas . eas videlicet aut in commune possidentes . aut si de BOXLE . BILDEWAS . et KINGESWDE abbates magis viderint expedire dictas pasturas ita dividant . ut medietas propinquior grangie de NETH domui de NETH remaneat . reliqua medietas propinquior grangie de MARGAN remaneat domui de MARGAN.

Item . Quoniam ut videtur monachi de NETH licet primo injuste provocati quasi malum pro malo reddere nituntur monachis de MARGAN vendicantes sibi jus in terris et pasturis quas domus de MARGAN a sua fundatione in proprietate possedit occasione cujusdam carte ROBERTI comitis GLOUCESTRIE . tam propter diutinum et inconcussum usum domus de MARGAN quam etiam per expressam compositionem inter duas domos per venerabiles patres quondam de BOXLE . de WARDUN' . de FONTIBUS abbates factam . omnes tales querimonias adnichilantes . dictorum monachorum de NETH actio debet prorsus elidi . Cum neutra domus in alterius propriis terris aut pasturis aliquid sibi possit vendicare.

Et sciendum quod forma hujus concordie provisa fuit per venerabilem fratrem dominum JOHANNEM primo quidem abbatem de BOXLE, et postea abbatem CISTERCII datum judicem a capitulo generali in causa ista . ante recessum suum de ANGLIA versus CISTERCIUM, in monasterio de BOXLE . presentibus tunc temporis in eodem monasterio de BOXLE . de STRATFORD . de VALLE Dei . de PONTE ROBERTI abbatibus. Et quod compositiones prius inite inter dictas domos de NETH et de MARGAN et sigillis autenticis roborate per omnia observabuntur. Et in hujus rei testimonium nos de RYEVALLE . de VALLE Dei . de KINGESWDE abbates una cum sigillis dictorum abbatum de NETH et de MARGAN huic scripto sigilla nostra apposuimus.

Indented at top with the word CYROGRAPHUM.

Four seals, green wax, imperfect, pointed oval.

1. Label inscribed 'De Rievalle.' About 1$\frac{5}{8}$in. by 1$\frac{1}{8}$in. An abbot, with crozier and book, on a platform.

'SIGILL'. AB . . . IS . DE . RIEVALL . . .'

(Birch, *Catal.* No. 3,909.)

2. 'De Valle Dei.' Similar design. About 1$\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in.

'. . . . . M ABBATIS . . . . . . . .'

(Birch, *Catal.* No. 4,238.)

3. 'De Kingeswde.' Similar. 1$\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in.

'. . . . . . . BAT . . . . . . INGESW.'

(Birch, *Catal.* No. 3,355.)

4. 'De Neth.' Similar. About 1$\frac{5}{8}$in. by 1$\frac{1}{8}$in.

'. . . . . . . . . M ABBATIS . DE . . . . .'

(Birch, *Catal.* No. 3,670.)

Endorsed—'Compositio inter domum de Margan et domum de Neth . secunda'; and in a later hand—'De Newton et Neutonis Dowen.'

## DV.

## NOTIFICATION BY ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF, THAT THE ABBOT OF TEWKESBURY HAS RENOUNCED HIS CASE AGAINST MARGAM ABBEY, RESPECTING THE TITHES OF KENFIG.

[MARGAM CHARTER.] XIV. KAL. JUN. 18 MAY, 1239.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . E[LIAS] Dei gratia LANDAVENSIS episcopus eternam in Domino salutem.

Quoniam ea quæ coram nobis fideliter acta sunt perpetuitatis robur optinere debent in perpetuum. Universitati vestre presentibus duximus intimandum quod dominus R. abbas TEUKESBIRIE in presentia nostra constitutus . ob favorem religionis et pacis omni questioni et liti abbati et conventui de MARGAN super

decimis . et ceteris omnibus quæ eos in parochia de KENEFEG contingunt coram domino S. priore de STRUGULL' auctoritate domini OTTONIS olim legati ANGLIÆ mote . expresse in suo perpetuo renunciasse. Et ne promissa devocentur in dubium . set ut rata consistant . hec vobis . literis presentibus sigillo nostro munitis . duximus intimandum.

Datum anno incarnationis Dominice millesimo ducentesimo tricesimo nono . XIIIJ. kalendis Junii.

Fragmentary seal in green wax. (See Birch, pp. 283-4, 1872.)

Endorsed—'Confirmato E. Landavensis episcopi de terris et decimis ecclesie de Kenefig.'

## DVI.

## LICENCE BY ELIAS, BISHOP OF LLANDAFF, TO MARGAM ABBEY, FOR DIVINE SERVICES IN MELIS GRANGE.

[HARL. CHARTER, 75 A. 26.] 1239.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . E. Dei gratia LANDAVENSIS episcopus salutem . gratiam . et benedictionem.

Quoniam ex offitio nobis injuncto justis petentium desideriis et precipue virorum religiosorum . animo nos decet benigno condescendere . universitati vestre presentibus duximus significandum . quod nos concessimus dilectis filiis nostris abbati videlicet et conventui de MARGAN ut in grangia sua de MELIS divinia possint celebrare. Ut autem ea que auctoritate nostra concessa sunt firmitatis robur optineant in perpetuum . presenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

Datum anno gratie M°. C°. XXXIX. Valeat universitas vestra in Domino.

Seal and counterseal of the Bishop, light brown, imperfect.

Endorsed—'Quod liceat nobis divina misteria in grangia de Melis celebrare . a. a.'

## DVII.

## RELEASE BY THE SONS OF WASMIHANGEL, OF RUATHLAN, AND OTHERS, OF THEIR LANDS IN BRADINGTUN, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 D. 16.] 1240—1244.

Sciant omnes presentes et futuri . quod nos . scilicet . ego Joruard' . et ego Gnaythurus . et ego Cradocus . et ego Johan . filii Wasmihangel . et ego Meuric . et ego Joruard' filii Ruathlan . et ego Reu filius Riggeuarhc . remisimus et quietum clamavimus domui de Margam . in elemosinam pro nobis et omnibus heredibus nostris . totum clamium nostrum de terra de Bradingtun . et totum jus quod in eadem terra nos habere dicebamus. Et sciendum est quod nos juravimus super tumbam Sancti Theliawi . et super sacrosancta ecclesie de Landavia . In presentia domini episcopi et capituli Landavensis . christianitatem etiam nostram in pleuinam in manus eorundem posuimus . quod nos hec fideliter et sine dolo in perpetuum observabimus. Et si forte aliquis nostrum vel heredum nostrorum contra factum istud vel juramentum venire temptaverit . omnes alii viriliter stabunt cum monachis . contra ipsum. Similiter nos et omnes heredes nostri faciemus contra filios Rieredi filii Kanaf et heredes eorum . si monachos de predicta terra molestare presumpserint. Et sciendum quod cum aliquis nostrum ubicunque vel quandocunque obierit . si corpus ejus a suis delatum fuerit ad abbatiam . ibi sepelietur nisi fuerit nominatim excommunicatus vel interdictus . Ut autem hec rata et illibata in perpetuum permaneant . ad petitionem nostram sigillum episcopi . et capituli Landavensis . una cum sigillis nostris . fecimus apponi. Hiis testibus . domino . W. Landavensi episcopo . Mauricio archidiacono . Radulpho Mailoc . Nicholao Gobion . Yuor de Pendiuelin canonicis . magistro Johanne persona de Landrierid' . Reimundo de Sullia . Waltero Pain . Waltero . Costentin . Hoel ab

YUOR . WILLELMO de LICHESFELD . WILLELMO de DUUELIN monachis de MARGAM . et multis aliis.

Four seals.

1. Bishop William of Christchurch, and counterseal (see Birch, *Catal. Seals in Brit. Mus.*, Vol. I., No. 1879).

2. Round, dark green, $1\frac{1}{2}$in. diam. A double-headed eagle displayed, inverted.

‘ + SIGI[LLUM F]ILIORUM WASMIHANGEL.’

3. Round, dark green, $1\frac{5}{8}$in. diam. An ornamentally designed fleur-de-lis.

‘ + SIGILLVM . REV . FILII . RIHCEVAR.’

4. Round, dark green, $1\frac{1}{2}$in. diam. A dexter hand with glove of ring mail, and vested arm issuing from the base, grasping a javelin and trident.

‘ + SIGILLUM . FILIORUM . RUATHLAN.’

Endorsed (contemp.)—‘ Carta vii. Walensium de terra de Bradintun.’

Wasmihangel
Jorvard | Gnaythur | John.

Ruathlan.
Meuric. | Jorvard

## DVIII.

## GRANT BY WILLIAM FRANKELEYN OF LAND AT GOYLAKE TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 47.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS FRANKELEYN dedi . concessi et hac presenti carta mea confirmavi D. et e. B. M. d. M. et m. i. D. s. et servituris in perpetuum unam acram terre que se extendit a GOYLAKE usque ad SEYLUE juxta acram que quondam fuit HUGONIS GRAMMUS in occidentali parte quam habui ex dono THOME GRAMMUS. Tenendam et habendam de me et heredibus meis dictis monachis et successoribus suis libere quiete bene et in pace in perpetuum. Reddendo inde annuatim heredibus predicti THOME GRAMMUS

prefati religiosi et successores sui unum denarium ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio consuetudine exactione et demanda seculari. Et ego WILLELMUS FRANKELEYN et heredes mei predictis monachis et successoribus suis predictam acram terre cum pertinentiis suis contra omnes homines et feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus in perpetuum. Ut autem hec mea donacio et concessio rata et stabilis in perpetuum perseveret presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . WALTERO LOVEL . MAURICIO de CORNELY . WILLELMO AILWARD . WILLELMO TERRY . PHILIPPO GRAMMUS . HENRICO WILLOC . JOHANNE COUH . et multis aliis.

Fragment of pointed oval seal. Green wax. A fleur-de-lis, on it two birds, regardant.

'. . . . . WILEL . . . KELE . . . . .'

Late endorsement—' Goyth Lake.'

## DIX.

## GRANT BY WILLIAM FRANKELEYN OF ALL HIS LAND IN BONEVILESTONE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum v. vel a. WILLELMUS FRANKELYN salutem in domino.

Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus totam terram meam in BONEVILESTUNE cum omnibus pertinenciis suis sine aliquo . retenemento. Quam quidem terram PHILIPPUS pater meus tenuit de WILLELMO de BONEVILE. Ita quod dicti monachi habeant et teneant totam dictam terram cum omnibus pertinenciis et libertatibus ad eandem pertinentibus . sicut puram et liberam et perpetuam

elemosinam . sine aliquo clamio et contradiccione mei et omnium heredum meorum. Et ego et heredes mei dictam terram dictis monachis warantizabimus contra omnes mortales. Et ut hec mea donacio et confirmacio firma et inconcussa permaneat in perpetuum . presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino Reymundo de Sul' . Willelmo de Regni . Willelmo de Lanmeis . Willelmo de Clivedone . Galfrido de Bonevile . Symone filio ejus . Willelmo Cole . Henrico de Neth . et multis aliis.

Entitled—'Carta Willelmi Frankelein de terra in Bonevilestune.'

## DX.

## GRANT BY WILLIAM FRANKELEIN OF TWO ACRES AND A HALF OF LAND IN BONEVILESTON TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Frankelein dedi et concessi et presenti carta confirmavi Deo et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus . in puram et perpetuam elemosinam duas acras terre et dimidiam in feudo de Bonevilestune sitas in valle quadam juxta villam . quas quidem tenui de Willelmo le Noreis. Ita ut dicti monachi habeant et teneant totam terram de me et heredibus meis libere et pacifice quietam ab omni vexacione seculari et demanda . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et ego et heredes mei dictam terram dictis monachis warantizabimus contra omnes mortales et ut hec mea donatio et confirmatio firma et stabilis perseveret inperpetuum presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Willelmi Frankelein de duabus acras terre et dimidia in Bonevilestune.'

## DXI.

## DAVID, SON OF WASMER, OF KENEFEC, UNDERTAKING TO PAY FOURTEEN PENCE YEARLY FOR FIVE ACRES OF LAND AT LE HORESTON TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Notum sit omnibus presens scriptum visuris . vel audituris . quod ego DAVID filius WASMERI de KENEFEC . et heredes mei tenemur singulis annis solvere quatuordecem denarios ad festum Sancti MICHAELIS domui de MARGAN pro reditu (*sic*) quinque acrarum terre quas dominus J . . . . . . . . abbas et ejusdem loci conventus mihi et heredibus meis dederunt. Quarum quatuor continue jacent juxta LE HORESTON ex parte occidentali semite que tendit ad villam de CORNELI . et una jacet desub VETERI CASTELLO secundum quod carta mea quam michi et heredibus meis dederunt testatur. In cujus rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . WALTERO LOUEL . WILLELMO de CORNELI . ROGERO GRAMMUS . RICARDO clerico . WILLELMO FRANCHELAIN . HENRICO de NETH . et multis aliis.

Pointed oval seal, dark green wax, $\frac{7}{8}$in. by $\frac{3}{4}$in. A fleur-de-lis.

'+ SIGILLUM . DAVID.'

Endorsed—' Wasmeir. Carta David de XIIIJ. denariis pro quinque acris.'

## DXII.

## QUIT-CLAIM BY ROGER KAM OF HIS RIGHTS IN BONEVILESTON TO MARGAN ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 22.] CIRCA 1241.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . ROGERUS KAM salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu . ROBERTI . WRONU . ADAM . et PHILIPPI filiorum meorum et heredum et aliorum amicorum meorum

concessi et quitum clamavi et abjuravi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus totum jus meum et totum clamium quod habui in terra quam tenuit pater meus de Templariis . et ego tenui in feudo de Bonevilestone . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram . libere quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis qui sunt . vel erunt sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod ego et predicti filii mei affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margan juravimus . quod istam concessionem et quitam clamationem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus . Enea ab Roser . Madoco fratre ejus . Yoruard ab Espus . Yoruard Coh . Ricardo de Bonevile . Osberno et Thoma de Kantelo . monachis de Margan . Riredo et Espus et Johanne Fabro conversis de Margan. Et multis aliis.

Endorsed—'Abjuratio Rogeri Kam de terra in feudo de Bonevilest.'

Pointed oval seal, dark green wax, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{7}{8}$in. A symmetrical branch of five flowers, inverted.

Legend—'+ SIGILL' . ROGERI . KAM.'

## DXIII.

## RESPONSE OF GILBERT MARSHAL, 6TH EARL OF PEMBROKE, AS TO HIS CLAIM, AS CUSTOS OF THE LANDS OF RICHARD DE CLARE, TO THE TEMPORALITIES OF THE SEE OF LLANDAFF, 'SEDE VACANTE.'

[Placit. Abbrev. Rec. Commission, 1811, p. 109. Rotulo 17, in dorso.]

Mich. Term. 25 Hen. III. 1241.

Idem comes [G. Marescallus comes Penbrokie] summonitus fuit eodem die et loco [apud Westmonasterium in crastino Sancti Michaelis anno xxv^to.

Regis HENRICI tercii] ad ostendendum si quod jus habet in custodia LANDAVENSIS ecclesie vacantis et ad illud prosequendum si voluerit. Et comes venit et dicit quod nichil juris clamat in predicta custodia nomine suo nisi racione terrarum RICARDI de CLARE in GLAMMORGAN quarum custodiam dominus Rex ei vendidit usque ad plenam etatem predicti RICARDI unde ipse habet cartam domini Regis et unde dicit quod predictus RICARDUS et alii barones in provincia illa vacante sede illius episcopatus et cujuslibet alterius debent singuli ipsorum habere custodiam terrarum que de ipsis tenentur salva solummodo domino Regi dignitate crocie. Et ideo provisum est quod rotuli cancellarie querantur et si inveniatur quod dominus Rex vendidit comiti predictam custodiam . habeat eam secundum quod ei illam vendidit et si comes plus sibi attraxerit quam dominus Rex ei vendidit dominus Rex perquiret se versus eum. Preterea provisum fuit quod si domino Regi placuerit fiat inquisicio in partibus Marchie per vicecomitem et ballivos ipsius domini Regis si barones Marchie vacantibus sedibus episcopatuum debeant habere custodiam terrarum episcopatus que de ipsis tenentur ita quod domino Regi nichil accrescat nisi solummodo dignitas crocie.

The circumstances of the Welsh conquest had invested the early Norman lords with powers not compatible with the Royal sovereignty, and which as the kings gained strength they were disposed to recover. One of these was the custody of the temporalities of the See of Llandaff, which was claimed and exercised, at first unchallenged, by the Earls of Gloucester for the Manor of Llandaff, and by the Lords of Gower for Bishopston. It appears from the above that Henry III. had taken advantage of the minority of the Earl of Gloucester to contest his claim, which however was resisted by the Earl Marshal, the guardian of the Earl and custos of his rights. Henry was not in a position to enforce his claim, but as will be seen his son was more successful. It will also be seen that some years later, in 1250, in the latter years of Bishop de Burgh, Henry obtained from his son acknowledgment that he held under the Crown direct, and Earl Richard seems to have assented to this.

## DXIV.

## ROYAL GRANT TO STEPHEN BAUKAN OF LAND IN CARDIGANSHIRE.

[Rôles Gascons, 4to Paris, 1815. I. p. 85.] 1242.

Carta pro Stephano Baucan tradita in equali Manu Philippo Basset.

Rex archiepiscopis etc salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse Stephano Baukan totam terram in comitatu de Kardigan Sub Hirewerne quam habet de dono T. Marescalli, quondam Comitis Pembrok' habendam et tenendam sibi et heredibus suis sicut carta predicti T. in qua donacio predicta plenius continetur rationabiliter testatur. Quare volumus etc. Testibus . Willelmo Lunguespee . Philippo Basset . Roberto Tregoz . Johanne filio Galfridi . Johanne de Lexintone . Paulino Peyvre . Nicholao de Bolevilla . et aliis. Data per manum nostram apud Silvan' iij. die Novembris.

Quia convencio talis est inter Regem et comitem Mariscallum, quod feoffamenta per eum facta in honoribus Kaermardin et Kardigan firma maneant nisi excedant duas partes conquestus predictorum honorum. Ideo tradita est confirmatio ista in manu equali P. Basset . donec constiterit Regi utrum feoffamenta predicta excedant partes predicti conquestus vel non . ut si excedant . reddatur Regi.

# DXV.

## GRANT BY RICHARD DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER, OF THE MANOR OF LECKWITH, TO NICHOLAS DE SANFORD.

[Treas. of the Exchequer. Wallia. Bag. 2. No. 10.]

1242—1262.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus de Clare comes Gloucestrie et Hertfordie dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Nicholao de Sanford pro homagio et servicio suo totum manerium meum de Lecquid in Glamorgan cum pertinenciis suis. Habendum et tenendum eidem Nicholao et heredibus suis vel assignatis exceptis Judeis et viris religiosis de me Ricardo et heredibus meis libere et quiete bene et in pace integre et hereditarie in boscis et planis in pratis et pasturis in terris et aquis in viis et semitis in homagiis et redditibus in vilenagiis et serviciis in escaetis releviis et wardis in piscariis et stagnis in molendinis et omnibus aliis pertinenciis suis et libertatibus. Sicut ego illud manerium cum omnibus pertinenciis eidem pertinentibus melius et liberius per rectas divisas aliquo tempore tenui. Faciendo inde annuatim dictus Nicholaus et heredes sui vel assignati exceptis Judeis et viris religiosis michi Ricardo et heredibus meis servicium quarte partis feodi unius militis pro omni servicio et exactione et secta curie et comitatus et omnimodis consuetudinibus tolney vel alterius rei. Dedi [etiam] et concessi eidem Nicholao et heredibus suis vel assignatis heybote et husbote in omnibus forestis meis de Meyskin per visum forestariorum meorum. Et ego Ricardus de Clare et heredes mei dictum manerium de Lecquid cum omnibus pertinenciis suis ut predictum est eidem Nicholao et heredibus suis vel assignatis exceptis Judeis et viris religiosis contra omnes gentes in perpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio et presentis carte mee confirmacio robur perpetue firmitatis optineant cum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino Stephano Baucen tunc vicecomite

GLAMORGAN . GALFRIDO de FANECURT . WALTERO de SULLIE . GILBERTO DUMFRANVILE . GILBERTO TURBERVILE . WILLELMO de REGNY . ADA WALENSE . DANIELE SIWARD . ROGERO de REYGNI . THOMA de SULLIE clerico . WILLELMO FLANDRENSE et multis aliis.

Lequid or Leckwith which the Earl here grants to Sir Nicholas de Sandford, is a small parish on the lower part of the Ely, near its mouth

## DXVI.

## PRIVILEGE GRANTED BY POPE INNOCENT IV. TO THE CISTERCIAN ABBOTS, OF TRANSFERRING THEIR POWER OF ABSOLVING EXCOMMUNICATED MONKS, TO THEIR PRIORS.

[MARGAM CHARTER.] X. KAL. MAR. PONT. I. 1243.

INNOCENTIUS episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . . abbati CISTERTII et universis coabbatibus ejus CISTERTIENSIS ordinis salutem et apostolicam benedictionem.

Cum monachos et conversos monasteriorum vestrorum ab excommunicatione quam iniciendo manus violentas invicem in seipsos frequenter incurrunt ex officio vestro absolvere valeatis auctoritate vobis presentium indulgemus ut absolvendi eos ab excommunicatione hujusmodi prioribus vestris cum vos abesse contigerit possitis committere vices vestras . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum LATERANI x. kal. MARTII Pontificatus nostri anno primo.

The usual leaden seal is affixed, and on the reverse appears 'INNOCENTIUS P. P. IIII.'

Endorsed—' Innocentius IIII. De potestate committenda priori absolvendi,' and in a later hand, 'A.D. 1243.'

## DXVII.

## CONFIRMATION BY HENRY, ABBOT OF GLOUCESTER, OF LAND IN LANGEWI TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] ANTE 1243.

Sciant tam p. q. f. quod ego HENRICUS Dei gratia abbas Sancti PETRI GLOUCESTRIE et ejusdem loci conventus . concessimus et hac carta nostra confirmavimus venerabilibus fratribus et amicis nostris . abbati et conventui de MARGAN . terram illam in feudo de LANGEWI quam WILLELMUS SCURLAGGE dedit ecclesie Sancti MICHAELIS de EWENI . ut habeant monachi de MARGAN predictam terram cum omnibus libertatibus et aisiamentis suis . liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine et exactione . reddendo inde annuatim duos solidos solummodo ecclesie Sancti MICHAELIS de EWENI . ad terminum Pasche. Et nos predictam terram prefatis monachis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In hujus rei testimonium . presens scriptum in modum cyrographi confecimus . cujus unam partem sigillo ecclesie nostre munitam . predictis abbati et conventui de MARGAN tradidimus . alteram vero partem sigillo ejusdem abbatis . et conventus de MARGAN' roboratam . penes nos retinuimus. Hiis testibus . ADAM priore . THOMA suppriore . DAVID tunc priore de EWENI . GILEBERTO de LEDEBIRIA . JOHANNE capellano de EWENI . et multis aliis.

Seal, light brown wax. See Birch, *Catal. of Seals*, No. 3,192.

Counterseal, a smaller pointed oval seal, $1\frac{1}{4}$in. by 1in. The abbot standing on a platform, holding staff and book.

Legend—'SECRETUM ABBATIS GLOUCESTRIE.'

The upper edge of the deed has the words CYROGRAPHUM . WՈHԀⱯᴚ⅁Oᴚ⅄Ɔ cut through by an indented line.

Endorsed—'H. abbas Sancti Petri de Gloeucestre.'

## DXVIII.

## GRANT BY RICHARD LAHELES OF RENTS IN LAHELESLOND TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] 3 May. 1244.

Universis Christi fidelibus p. s. a. vel v. Ricardus Laheles salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod ego consensu et consilio heredum meorum et aliorum amicorum meorum concessi et quitum clamavi et hac carta mea confirmavi D. et e. S. M. de M. e. m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum totum redditum meum de terra de Laheleslonda scilicet dimidiam marcam argenti quam dicti monachi solebant reddere michi annuatim sicut carte antecessorum meorum quas inde habent testantur. Ita ut habeant et teneant de me et heredibus meis dictam terram de Laheleslonda cum omnibus pertinentiis suis in perpetuam elemosinam libere et quiete et pacifice in perpetuum ab omni servitio . consuetudine . et exactione seculari sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri. Excepto hoc quod reddent michi et heredibus meis annuatim unum par calcarium vel tres denarios ad Pascha de recognitione si propter calcaria miserimus. Et ego et heredes mei hanc quitam clamationem dictis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod quando dictis monachis feci hanc quitam clamationem dederunt michi centum solidos sterlingorum. Que ut rata et stabilis in posterum permaneat . presentem paginam sigilli mei impressione confirmavi. Facta autem fuit hec quita clamatio anno gratie m^o. cc^o. quadragesimo quarto . circa festum inventionis sancte crucis. Hiis testibus . Domino David Barone de Nas . Roberto de Cantelo . Waltero Luvel . Rogero Gramus . Willelmo de Cornely . Milone de Penvey . Willelmo Cole . et multis aliis.

Seal, green wax, 1⅜in. diam. A lion rampant, queue fourchée, facing sinisterwards.

Legend—' + sigillum . ricardi . laeles.'

Endorsed—' Carta Ricardi Laheles.'

## DXIX.

## RECORD OF A SUMMONS BY THE KING TO CERTAIN WELSH OFFENDERS TO PUT IN THEIR APPEARANCE AT THE KING'S COURT, WESTMINSTER.

[N. Fœdera.: I. 258.] 6 Jan. 1245.

Mandatum est cuilibet Walensium subscriptorum quod compareant coram Rege, in curia Regis Westmonasterii in crastino Cinerum, responsuri et judicium recepturi de homicidiis, depprædationibus, et aliis dampnis, quæ perpetrata sunt in regno Regis, contra pacem Regis. Teste Rege, apud Westmonasterium, sexto die Januarii.

Baronibus de Norwallia, qui fecerunt Regi homagia.

* * * * * * * *

Baronibus de Sutwallia.

Mailgun filio Mailgun.
Reso filio Griffini.
Mereduk filio Oweyn.
Filio Morgan Gam.
Mereduk filio Resi Screk.
Howeil Amereduk.
Filiis Resi Wachan.

The Barons of North and South Wales are here summoned to appear before the Royal Court of Westminster to answer and be judged for divers homicides, depredations, and damages perpetrated in this Kingdom, against the King's peace. Of the Barons named, seven entries are from South Wales, the rest for North Wales. The seven are—Mailgon, son of Mailgon; Mereduc, son of Owein; Mereduc, son of Res Screk; the sons of Res Wachan; 'Res, son of Griffin;' the son of Morgan Gam; and Howel Amereduk, of whom two only are connected with Glamorgan, Res ap Griffin, over-lord of Sturmiston, and the son of Morgan Gam, head of the family of Avan, who seem to have held their land per Baroniam, free from all service save a heriot of a horse and arms at death.

## DXX.

## ROYAL WRIT TO THE BARONS OF THE EXCHEQUER TO DELAY THEIR PROCESS AGAINST RICHARD DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER.

[Exc. e Rotulis Fin. I. 436.] 10 June. 1245.

Pro comite Gloucestriæ. Mandatum est Baronibus de Scaccario quod demandam quam faciunt Ricardo comiti Gloucestriæ et Hertfordiæ pro summonitione scaccarii de murdris et aliis de quibus clamat habere libertatem per G. quondam comitem Gloucestrie et Hertfordie patrem suum in respectum ponant usque in xv. dies a die Sancti Michaelis. Teste, etc., x. die Junii.

## DXXI.

## QUIT-CLAIM BY ROGER GRAMUS OF A RENT OF HALF A MARK, TO MARGAM ABBEY; THE ABBEY UNDERTAKING TO SUPPLY HIS WIFE AGNES WITH A STIPULATED SCALE OF FOOD, SEVEN LOAVES AND FIVE GALLONS OF BEER WEEKLY, Etc.

[Harl. Charter, 75 C. 7.] 24 June. 1245.

Universis Christi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Rogerus Gramus salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et assensu Agnetis uxoris mee et heredum meorum relaxavi et quitum clamavi . et hac carta mea confirmavi in perpetuum Deo et beate Marie de Margan e. m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum totum redditum meum . scilicet . dimidiam marcam argenti quam dicti monachi solebant mihi reddere annuatim. Ita tamen quod predicti monachi reddent mihi et heredibus meis unum par cyrothecarum albarum vel unum denarium ad pascha de recognitione. Et sciendum quod

predicti monachi tenentur annuatim solvere Agneti uxori mee quamdiu vixerit pro hac relaxatione . et mea quita clamatione unam prebendam ad vite sustentacionem . scilicet . qualibet septimana per annum septem panes conventuales . et qunique lagenas cervisie conventualis. Et semel in anno donec vitam finierit . unum crannocum[1] de gruello[2] . et alium crannocum de fabis . cum uno modio salis ad festum Sancti Michaelis. Ego vero Rogerus Gramus et heredes mei hanc predictam relaxationem . et meam quitam clamationem dictis monachis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In hujus rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. His testibus . Willelmo de Cornely . Ricardo clerico . Willelmo Cole . Willelmo Fronkeleyn . Johanne Withard . David Wasmeir . Et multis aliis . Facta sunt hec anno gratie millesimo . ducentesimo . quadragesimo quinto . ad festum beati Johannis Baptiste.

Round seal, brownish-red wax. 1¼in. diam. A seeded fleur-de-lis.

'+ s'. rogeri . gramus.'

Endorsed—'Carta Rogeri Gramus de relaxacione reditus sui.'

(1) A Measure. (2) Oatmeal. (?)

## DXXII.

## CONFIRMATION BY THOMAS GRAMUS OF THE QUIT-CLAIM OF HIS FATHER ROGER, TO MARGAM ABBEY, OF AN ANNUAL HALF MARK, RESERVING AN ACKNOWLEDGMENT OF A PAIR OF GLOVES OR ONE PENNY YEARLY.

[Harl. Charter, 75 C. 11.] 24 June. 1245.

Omnibus[1] hominibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Thomas Gramus salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et assensu Ysote uxoris mei et heredum meorum concessi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie beate

Marie de Margan e. m. i. D. s. relaxationem et quitam clamationem patris mei Rogeri Gramus sicut carta ipsius testatur . scilicet de dimidia marca argenti quam predicti monachi dicto Rogero patri meo et heredibus suis tenebantur solvere annuatim. Ita tamen quod dicti monachi reddent dicto Rogero patri meo et heredibus suis unum par cyrothecarum albarum . vel unum denarium ad pascha de recognitione. Ego vero Thomas Gramus et heredes mei hanc meam confirmationem et quitam clamationem contra omnes mortales warantizabimus in perpetuum. In hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Willelmo de Cornely . Ricardo clerico . Willelmo Cole . Willelmo Fronkeleyn . Johanne Withard . David Wasmeir . et multis aliis.

Facta sunt hec anno gratie millesimo . ducentesimo . quadragesimo quinto . circa festum beati Johannis Baptiste.

Seal, a fleur-de-lis, between four groups of three pellets each.

'+ SIGILL' THOME GRAMUS.'

Endorsed—'Carta Thome Gramus de relaxatione patris sui.'

(1) Very elegant ornamental handwriting. For the Gramus pedigree see No. CLXV

## DXXIII.

## GRANT BY WALTER LUVEL, OF LAND ADJACENT TO THE GRANGE OF ST. MICHAEL ON THE MOUNT, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant omnes quod ego Walterus Luvel dedi et concessi Deo et B. M. et monachis de Margan vij$^{tem.}$ acras terre quas habui ex libero tenemento meo et unam quidem earum in escambium unius acre quam ipsi monachi habuerunt juxta terram meam. Reliquas vero sex dedi in perpetuam elemosinam liberas et quietas ab omni servicio et exactione seculari pro anima patris mei et antecessorum

meorum et salute mea et uxoris mee et filiorum meorum. Quarum quidem v^que. acre sunt juxta grangiam de S. MICHAELE SUPER MONTEM prope aquam ad occidentem grangie . habentes ad australem partem terram RODBERTI CORUESARII et ad septentrionalem partem terram ALEXANDRI conjunctam sibi. Due autem acre ibi sunt juxta terram predictam prefati ALEXANDRI ad septentrionalem partem inter terram quam fuit WALTERI ULF[1] . et illam que fuit RICARDI presbyteri. Et pro hac donatione mea abbas de MARGAN dedit michi in caritatem XII^cim. solidos argenti teste DAVID filio meo . et uxore mea ATHELEWA et WILLELMO filio meo . EINULFO de KENEFEC . RICARDO de DUNESTER . ROGERO filio RADULFI et RODBERTO fratre ejus . STPEHANO [STEPHANO] scriptore . RICARDO filio ALBERTI . GERVASIO filio GILIANE . WILLELMO filio GAUFREDI . WILLELMO BONA NATURA . MANSEL . RICARDO filio GRAMMUS . et toto hun redo de KENEFEC.

Seal, white wax, pointed oval 1in. by $\frac{3}{4}$in. ; a lily.

Legend—' + SIGILLUM WALTERI LUUELLI.'

Endorsed—' Carte Walteri Luvel de terra quam dedit nobis juxta grangiam de S. Michaele . VIJ^tem. scilicet acras.'

(1) See No. CCII., and for the notification of this grant by the donor to W. Bishop of Llandaff, No. DXXIV.

## DXXIV.

## NOTIFICATION OF THE GRANT BY WALTER LUVEL, OF LAND NIGH TO THE GRANGE OF ST. MICHAEL ON THE MOUNT, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

W. Dei gratia LANDAVENSI episcopo et omnibus Sancte ecclesie fidelibus ad quos presens pervenerit scriptum . WALTERUS LUPELLUS salutem.

Notum facio nobis me dedisse et concessisse Deo et B. M. et monachis de MARGAN VIJ^tem. acras terre quas habui de libero tenemento meo quod adquisivi .

et unum quidem earum in excambium unius acre quam ipsi monachi habuerunt juxta terram meam. Relique vero sex dedi in puram et perpetuam elemosinam concessu heredum meorum liberas et quietas ab omni servitio et exactione seculari pro anima patris mei et antecessorum meorum et salute mea et uxoris mee et filiorum meorum. Quarum quidem $v^{que.}$ acre sunt juxta grangiam de Sancto Michaele super Montem prope aquam ad occidentem grangie . habentes ad australem partem terram Rodberti Corvesarii et ad septentrionalem partem terram Alexandri conjunctam sibi. Due autem acre ibi sunt juxta terram predictam prefati Alexandri ad septentrionalem partem inter terram que . fuit Walteri Vlf et illam que fuit Ricardi presbyteri. Et pro hac donatione mea ut eam contra omnes homines monachis warentizem . abbas de Margan dedit michi in caritatem $xij^{cim.}$ solidos argenti. Testibus . Waltero Lupello filio meo . David et Willelmo filiis meis . Athelewa uxore mea . Einulfo de Kenefec . Ricardo de Dunester . Rogero filio Radulfi et Rodberto fratre ejus . Stephano scriptore . Ricardo filio Alberti . Gervasio filio Giliane . Willelmo filio Gaufridi . Willelmo Bona Natura . Mansel . Ricardo filio Grammus . Jordano . et Godwino conversis de Margan . et toto hundredo de Kenefec.

Seal as before. An ornamental fleur-de-lis.

‘ + SIGILLUM . WALTERI . LUVELLI.’

Endorsed—‘ Carta Walteri Luuel de VII. acris terre quas nobis dedit juxta grangiam de Sancto Michaele.’

Walter Lupellus, or Luvel=Athelewa.

Walter Luvel. David L. William L.

## DXXV.

## AGREEMENT WHEREBY WALTER LUVEL, WHO IS TO PAY TWO SHILLINGS YEARLY RENT FOR LAND RENTED FROM MARGAM, TAKES OFF, INSTEAD OF THIS, TWO SHILLINGS FROM THE FIVE SHILLINGS YEARLY RENT WHICH THE ABBEY OWES HIM FOR THE LAND OF PENVEY, AT LANGEWI.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus has literas visuris et audituris . WALTER LUVEL junior . nepos DAVID SCURLAG . salutem.

Noverit universitas vestra quod quando monachi de MARGAN incartaverunt michi decem acras terre arabilis quas habuerunt de dono patris mei juxta terram WILLELMO de CORNELY . videlicet pro redditu duorum solidorum . singulis annis domui de MARGAN solvendorum ad festum Sancti MICHAELIS a me et heredibus meis . Ita convenit inter me et dictos monachos . videlicet quod loco eorundem duorum solidorum cadent singulis annis duo solidi de redditu quinque solidorum quos dicti monachi debebant michi et heredibus meis . pro terra de PENVEY . apud LANGEWI . Ita quod decetero dicti monachi non respondebunt michi nec heredibus meis nisi tantum de redditu trium solidorum pro predicta terra de PENVEY. Hiis testibus . WILLELMO de CORNELY . ROGERO GRAMUS . THOMAS filio ejus . WASMEIR . WILLELMO COLE . Burgensibus de KENEFEG . WALTERO de HAFERFORD . WILLELMO de Sancto PETRO monachis de MARGAN . et multis aliis.

Seal in dark green wax, pointed oval, $1\frac{3}{8}$in. by 1in. A seeded fleur-de-lis.

Legend—'+ SIGILL' WALTERI LOVEL.'

Endorsed—'Carta . W. Luvel junioris de redditu . III. solidorum de terra Penvey.'

## DXXVI.

### MORGAN, SON OF OWEN, IN RECOMPENSE FOR THE INJURY HE HAS INFLICTED ON MARGAM ABBEY, REDUCES THE RENT OF HAVOTHALOG FROM TWENTY TO TWO SHILLINGS.

[MARGAM CHARTER.] 1246.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum v. vel. a. MORGANUS filius OWEN salutem in domino.

Noverit universitas vestra quod hec est concordia finalis facta anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto coram domino WILLELMO de BURGO LANDAVENSI episcopo inter me et monachos de MARGAN. Videlicet quod ego MORGANUS consensu et consilio heredum meorum et ceterorum amicorum meorum pro maximis et enormibus dampnis que dictis monachis intuli . Utpote in equitio et animalibus aliis . bobus scilicet et vaccis . rebus etiam aliis quamplurimis quas hic enumerare pretermitto . Quorum dampnorum summa ad centum quinquaginta tres libras sterlingorum a viris prudentibus estimabatur . redditum viginti solidorum quem michi annuatim reddere solebant pro HAVOTHALOCH usque ad redditum duorum solidorum pro me et heredibus meis dictis monachos relaxavi et quitum clamavi inperpetuum. Ita sane quod redditum duorum solidorum octavo die ante natale Domini michi et heredibus meis annuatim reddere fideliter non omittant. Et ut hec nostra finalis concordia a me et heredibus meis fideliter et sine dolo teneatur in posterum . volo quod si contra eam ego vel heredes mei venire presumpserimus aliquando quod absit . ut statim liceat domino episcopo LANDAVENSI . vel alii ordinario qui pro tempore fuerit in me et heredes meos et in terram nostram excommunicationis sententiam vel interdicti promulgare sine cause cognitione . donec plenarie dictis monachis satisfecerimus . Ad majorem etiam hujus obligationis confirmationem concedo ut ballivi domini comitis et maxime ballivi castrorum de NETH et

LANDTRISSEN ad hec predicta inviolabiliter observanda nos compellant. Juravi insuper tactis sacrosanctis ecclesie de MARGAN omnia predicta me fideliter observaturum . et omnia bona predictorum monachorum contra omnes homines pro posse meo defensurum. Super hiis etiam omnibus ut hec nostra finalis concordia in perpetuum firmitatis robur obtineat . dominus WILLELMUS de BURGO LANDAVENSIS episcopus in cujus presentia . consilio etiam et auxilio facta est . Et dominus RICARDUS comes GLOUERNIE . una cum sigillo meo sigilla sua huic scripto apposuerunt. Hiis testibus . domino WILLELMO LANDAVENSI episcopo . magistro PETRO officiali . RADULFO de NOVO CASTELLO . NICHOLAO tunc decano de GRONNYTH . STEPHANO BAUZAIN tunc vicecomite de GLAMMORGAN . WALTERO de SULYA . GILLEBERTO de UMFRAMVILLA . JOHANNE de REGNY . WILLELMO le FLAMMENG . LEYSANO filio MORGANI CHAM . OWEN ab ALAYTHUR . YORVERD' ab ESPUS . et multis aliis.

Three seals.

1. Bishop de Burgo, in red wax, with counterseal [No. DXXXIV.] Imperfect.

2. In green wax, 2¾in. diam. Earl Richard on horseback, helmet, a flat-topped vizor closed, bars vertical. Surcoat flowing, right arm in chain-mail extended, and sword uplifted. On the shield and caparisons the three chevrons of Clare.

Legend—' ...... .. DE . C ......... '

Reverse—A large shield of three chevrons, suspended by the guige from an ornamental tree, between two lions addorsed.

Legend—' ...... RE . COMIT ...... '

3. In green wax, pointed oval, 1¼in. by ⅞in. Device—An ornamental fleur-de-lis.

Legend—' + S' MORGAN . MAB . OEIN.'

Endorsed—' Carta Morgan filii Owen de ralaxione redditus de Havothaloch.'

## DXXVII.

## GRANT WHEREBY THE SONS OF ALAYTHUR MAKE RESTITUTION FOR INJURY DONE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1246.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . OENUS . RESUS . et CRADOCUS . filii ALAYTHUR salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod hec est concordia finalis facta anno domini . millesimo . ducentesimo . quadragesimo sexto . inter nos et monachos de MARGAN . videlicet quod nos assensu . et consilio amicorum nostrorum pro maximis et enormibus dampnis que dictis monachis intulimus . utpote in bladis . feno . pratis . pasturis . piscariis . nemoribus . grangiis . bercariis . et averiis multis . rebus et aliis quamplurimis . quas hic dicere pretermittimus . quorum dampnorum summa ad trecentas viginti quatuor libras a viris prudentibus computabatur . dedimus . et concessimus domui beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus ut habeant in bosco nostro omnia necessaria sine gabulo . et eo pro voluntate sua utantur ut proprio bosco pro nobis et heredibus nostris sine impedimento in perpetuum . pro magna destructione quam fecimus nos et homines nostri in nemoribus dictorum monachorum. Preterea in recompensatione dictorum dampnorum pacabimus infra triennium dictis monachis sexagiuta marcas . in primo anno videlicet ad festum Sancti JACOBI apostoli decem marcas . et ad festum omnium sanctorum sequens decem marcas . simili modo secundo anno et tercio. Si vero de nobis humanitus infra dictum tempus contigerit . heredes et amici nostri dictam pecuniam dictis terminis monachis predictis fideliter pacabunt. Insuper autem nos et heredes nostri singulis annis ad festum Sancti ANDREE apostoli viginti solidos dictis monachis nomine redditus solvemus in perpetuum. Necnon et redditum quem pro prioribus dampnis supradictis monachis a nobis illatis . ad festum Sancti MICHAELIS reddere consuevimus . reddemus . prout carte

nostre quas eisdem monachis fecimus testantur. Et hoc scilicet sub pena unius marce nisi dicti redditus a nobis et heredibus nostris infra quindecim dies a dictis terminis in perpetuum fuerint persoluti. Juravimus insuper super sacrosancta ecclesie de MARGAN quod nuuquam nos . nec homines nostri . nec aliquis per nos intrabimus cum animalibus . scilicet equiciis . bobus . capris . porcis . seu bidentibus ad pascandas terras dictorum monachorum ullo tempore anni sine speciali licentia abbatis vel prioris. Nec in domibus eorum manebimus . nec in aqua de NETH infra divisas dictorum monachorum piscabimur . scilicet ABER CLEUDACH . et ABER WRACH . nec alios idem facere pro viribus nostris permittemus. Et ut omnia predicta a nobis et heredibus nostris fideliter et sine dolo teneantur in posterum . volumus quod si contra hanc cartam nostram nos seu heredes nostri venire presumpserimus aliquando quod absit . ut statim excommunicationi subjaceamus . et tota terra nostra interdicto ponatur sine dilatione . ita plane ut cessantibus divinis . careamus nos et homines nostri fidelium sepulturis . donec plenarie dictis monachis satisfecerimus. Et ad majorem securitatem omnium supradictorum dictis monachis hos plegios invenimus . videlicet LEYSANUM filium MORGANI CHAM dominum nostrum . et heredes ejusdem . cujus consilio . concessione . et voluntate hanc concordiam fecimus. Nisi eciam ea que predicta sunt firmiter a nobis et heredibus nostris fuerint custodita . concedimus ut ballivi domini comitis . et maxime ballivi castrorum de NETH et LANDGUNED ad hec omnia inviolabiliter conservanda nos compellant. Super hiis etiam omnibus ut hec nostra finalis concordia firmitatis robur optineat in posterum . dominus WILLELMUS de BURGO LANDAVENSIS episcopus . et capitulum loci ejusdem . et dominus RICARDUS comes GLOUCESTRIE . et LEYSANUS filius MORGANI CHAM una cum sigillis nostris sigilla sua huic scripto apposuerunt. Hiis testibus . STEPHANO BAUZAIN . tunc vicecomite de GLAMMARGAN . WALTERO de SULLIA . GILLEBERTO de HUMFRAMVILLA . JOHANNE de REYGNI . NICHOLAO de LISWRINI tunc decano de GRUNITH . WALTERO LUUEL . RICARDO clerico in KENEFEG . RESO clerico de LANDGUNED . JORUARDO ab ESPUS . WRONU ab CRADOC . LEWELINO ab GRIFIN . CRADOCO ab MADOC .

Knatho Goh . Wronu Goh . Philippo filio Morgani . Ketherec ab Readlan . Heylin Pren . et multis aliis.

Endorsed—'Hec est finalis concordia inter filios Alaythur . et monachos de Morgan,' and in later handwriting, 'de libertate in bosco . Lyson Morgan Cham.'

Seven seals.

1. The Bishop of Llandaff. (See No. DXXVI.)
2. Oval. An Agnus Dei.

   '. . . . lum . landavensis . . . . .' (Chapter of Llandaff.)

3. Oval. A seeded fleur-de-lis.

   's' . lessani . ab . morgan.'

4. Wanting. (Richard, Earl of Gloucester.)
5. Round. A seeded fleur-de-lis.

   '+ s' . owein . f' . elaitho.'

6. Round. A rosette.

   '+ sigil' . resi . filii . alithhuri.'

7. Round. A rosette.

   '+ s' . cradoci . fil' . alaitho.'

## DXXVIII.

## AGREEMENT WHEREBY SUSANNA DE BONEVILL' AND WILLIAM, HER SON, CONVEY HER LAND TO MARGAM ABBEY ON CONDITION OF FINDING HER IN BREAD, ETC., SUCH AS ONE OF THE ABBEY SERGEANTS WOULD HAVE.

[Margam Charter.]

Hec conventio facta est inter monachos de Margan et Susannam de Bonevill' et Willelmum filium ejus quod monachi habebunt totam terram et pratum predicte Susanne cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis quamdiu ipsa Susanna vixerit preter v. acras quas prefatus Willelmus filius ejus tenet. Et

sciendum quod quando prefata SUSANNA obierit . monachi de MARGAN tenebunt omnia predicta usque ad plenariam perceptionem vestiture ejusdem anni . Monachi autem invenient sepedicte SUSANNE quamdiu ipsa vixerit ad victum ejus in pane et pulmento quantum uni servienti suo. Ipsa vero SUSANNA et WILLELMUS filius ejus juraverunt supra altare quod hanc conventionem tenebunt absque malo ingenio. Et hoc fecerunt in ecclesia de BONEVILL' coram his testibus . RICARDO presbitero de BONEVILL' . ROBERTO SAMSON . RADULPHO tunc preposito de BONEVILL' . GRIFINO clerico . WALTERO de MARECROS . et WILLELMO fratre ejus.

Labels for two seals, of which the first only remains. It is in white wax, 1in. diam. Device, a star of fourteen rays, set like clubs, radiating from a central button.

Legend—' + SIGILL' WILL' . FILII . SUSANNE.'

Endorsed—' Susanna de Bonevill'.'

But little is known of the Bonvilles of Glamorgan, although they were numerous, and continually occur in local Charters. They came from Devon and Dorset, where they held Minehead, Westcomb, Shute, and Chewton; were of Bonvileston, in Plymlegh, Henry III., and Edward III.; were summoned to Parliament in 1449: and inherited the barony of Harington. They also gave name to a parish in Pembrokeshire. In Glamorgan Sir Simon gave name to the parish and fee of Bonvilleston, called by the Welsh Tre-Simon, from the Tre or Castle, of which traces of the fosse and *enceinte* wall remain south of the church, near which Coed-yr-Abbot preserves the memory of a later connexion with Margam. The confirmation of Bishop Nicholas, 1153-1183, shews that Tewkesbury then held two parts of the tythe, and in the confirmation of King John to Margam, in 1205, John de B. appears as the donor of 50 acres. This may be Johannes Clericus de Bonavilla from whom Henry, son of John de B., had the croft 'Johannis Clerici' and five virgates for William de B. and Mabel his wife, Geoffrey and Jordan B. being witnesses. Mabel afterwards gave up her dower land to Margam for £8 sterling, Geoffrey, Henry, and Simon—no doubt near kinsmen of her husband—being witnesses. John de B. also gave 30 acres to Margam, and with William his brother —the two sons of 'John the Clerk'—quit-claimed to the same the land their father held from the Templars. John de B. also gave land to William the harper (Citharedo), as did William, son of John, with his daughter Sibilla. The harper also appears as a donor to Margam, and Sibilla, as his widow, confirms the grant. Another widow, Cecilia de B., confirms to Adam, her eldest son, her land in Bonvileston, Simon and James de B. being witnesses. Robert de B., with Aliza his wife, grants to Margam, saving the thirds of Cristina de B. (another widow), the whole fee of Bonvileston, in fee farm, which is confirmed by Raymund de Sully, who describes Robert as 'liber homo meus,' he being free lord. Robert de B. and Juliana his wife gave lands in Craumere to Tewkesbury. [N. Mon. IV, 73.]

The Close Roll of 1297 [25 Edward I., M. 18, 9 May] mentions James de Bonevill and Amabilia his wife, as co-complainants with Simon de Ralee and Johanna his wife: the subject being no doubt the heritage of the two wives, who were probably coheirs of de Reigny. It is probable that Amabilia died childless.

See DXLIV. for Robert and Aliza de Bonevilla's gift to Margam.

Next, probably about 1260, occurs William de Bonavilla, son of John, who gives to the monks of Margam forty acres of arable land which they held of the Templars in the time of his father, paying to them forty pence annually. This seems to be a gift on condition that the land shall be his and not the Templars, and was probably taken by the monks as a measure of precaution [75 B. 17]. It may be observed that King John's Charter enumerates, next after the Boneville grant, forty acres given by the Templars.

Soon afterwards Abbot Gilbert is found executing agreements with John le Norreys, who holds lands and tenements in Bonevileston of the Convent, by which Norreys admits the holding at the seisin of 12d. per annum, and monthly rent at the Abbot's Court of Bonvileston, paying the foreign service and reasonable relief to the Abbot when due, with custody of the lands and heir when a minor, and fealty. For those considerations, and at the instance of Gilbert, Earl of Gloucester, the Abbot warrants to le Norreys and his heirs the tenement of the fee of Bonvileston should he (the Abbot) be impleaded in the Easter Court, but should le Norreys be so impleaded, and cast, he can only come upon Margam for a pair of gilt spurs of 6d. value, as value of the land so lost, and le Norreys covenants under a forfeiture of £100 sterling not to sell more than the gilt spurs. [75 A. 36.]

In 1291, 1st February, the Abbot, as Lord of the fee of Bonvileston, is party to an agreement with Thomas le Spodur of that place, by which Thomas gives up, in perpetuity, an acre of land, a house and curtilage in the vill of Tudekistowe, which Thomas, son of Robert Acus, formerly held of Margam, and which lies between the Margam land and the main road towards the common called Newton's Down. In return the Abbot grants to Thomas two acres in the fee, one in Redelond field and one near the vill, which Roger, son of Cady, formerly held, paying 14d. per annum, and doing suit of Court. At Thomas' death a heriot of 5s. to be paid. [75 A. 42.]

In 1302, 24th June, John, son and heir of Henry de Bonvyle de Bonevylston, informs the faithful that he has demised and acquitted to Margam, for himself and his heirs, 14s. sterling of a certain 40s., annual rent due to him from the Abbey, and this in exchange for 14s. annual rent upon the tenement which Philip le Especer formerly held of Margam in Bristol, and which is now assigned to his lord, Reymund de Sullye, who in returns enfeoff John and his heirs of 14s. rent in exchange for 20s. which Matthew Everrard, Joan his wife, and Hugo their son, used to pay to Reymund for a tenement held by them at Holeton, in the lordship of Dinas Powys. A somewhat complex arrangement, showing de Sully to have been Boneville's lord, and pointing to the retirement of the Bonevilles from the county. [75 B. 22.]

It does not here appear how de Sully came to be the superior lord of de Boneville: perhaps this may be connected with the superiority of Wenvoe over Bonevileston, mentioned above, and the fact that in 1262, as appears by the County Extent, Walter, the then lord of Sully, held also two fees in Wenvoe.

A deed of 25th July, 1378, records an exchange by the Abbot and convent of two acres of arable land in Redelond, and five acres next the old castle on the northern side of Bonvileston, with Will. Wrouno [Grono] de Bonevileston, against his seven acres next Heligogy on the west side. [75 A. 43.] The Spencer *Survey* of 1320 mentions Ma : Bonville, 1a. plough lands. This may be Maurice Bonville.

26th November, 1330, occurred a plea before the Sheriff of Glamorgan between the Abbot of Margam and John le Woledon, who held a free tenement under Margam in Bonevileston, for which John le Flemyng of St. George's claimed service. Woledon absconded, leaving nothing behind, upon which the Abbot became responsible to John le Flemyng. [Francis MSS.]

30th November, 1377, an indenture was agreed to between the Abbot and convent and John Denys of Waterton, by which they granted him in farm eighty-nine acres of land in the fee of Bonvileston, during

the minority of John, son and heir of John Norreis of Leche Castle, at 13s. 4d. per annum. [75 A. 45.] The Abbot held the Norreis lands as lord of the fee.

The *Golden Grove Book* mentions Elias de Bonville as contemporary with William, Earl of Gloucester, Simon as the person who gave name to the parish and manor, William as named in the dateless deed, Maurice, and John, and adds that an heiress of Bonville married Lewis Raglan. Bonvileston probably remained in the Crown from the dissolution until 18th February, 32 Henry VIII. [Orig., p. 90, part I., m. 62], when the manor and rectory were granted to Sir John St. John, Kt., in exchange for other lands.

Sir John did not long retain his acquisition. 33 Henry VIII. he fined £4 13s. 4d. for licence to alienate to John Bassett the manor and rectory of Bonevileston, and John Bassett did homage and fealty to the Crown for the manor and rectory of Bonevileston, and messuages in Brandiston, Monewydon, Hoo. Kilylboro', Some-Count, and Cretyngham. [*Ibid.*, p. 93, m. 126, and p. 90, m. 69.] Further, 8 Elizabeth, is a memorandum concerning the exonerating William Bassett and Edward Manxwell from the annual rent of five marks from the manor of Bonwyshton. The Bassetts thus acquired Bonvileston, which they still retain in the person of Thurstan Bassett.

Allusion has been made to the Templar lands in or near Bonvileston, of which they gave 40 acres to Margam before 1205. The residue no doubt descended to the Knights of St. John, for in the Lansdowne MSS. [No. 200, p. 6] is a Charter by John Kendall, prior of St. John of Jerusalem in England, dated 20th June, 1492, by which he lets to Roger Vaughan, and Roger his son, all their demesne lands in the Lordship of Milton, Glamorgan, with a water mill newly built there, for forty-one years from the Assumption of the Virgin, at a rent of 44s., payable to the Preceptor of Dynmor.

This property was acquired by John Bassett, who did homage 35 Henry VIII. for the manor of Milton. [Orig., p. 77, part I., m. 91.] It has descended with Bonvileston to Thurstan Bassett, whose father rebuilt the Parish Church. They represent in the male line the Bassetts of Beaupré and St. Hilary.

## DXXIX.

## GRANT BY CECILIA DE BONAVILLA TO ADAM, HER ELDEST SON, OF ALL HER LAND IN THE TOWN AND FEE OF BONEVILESTUN.

[Harl. Charter, 75 B. 18.]

Sciant presentes et futuri quod ego Cecilia de Bonavilla dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Ade filio meo primogenito pro homagio et servicio suo totam terram quam habui in villa et in feudo de Bonevilestun . scilicet viginti acras terre . videlicet quindecim terre arabilis . et quinque de prato . quarum decem jacent simul in campo qui vocatur Pratum Clerici . ex quibus una pars est de prato . et alia de terra arabili . et una acra jacet in parte occidentis proxima itineri Veteris ville . et una acra prati et dimidia jacet in parte australi

fontis proxime terre Ricardi filii Galfridi. Et una acra terre arabilis et una perticata terre jacet proxima mansioni Ricardi filii Galfridi . in parte occidentali. Et tres acre arabiles jacent simul apud viam que vocatur Gracilis Via . Et tres acre arabilis jacent apud La pole in boreali parte ville de Bonevilestun . cum illo orto et messuagio quod jacet proximum mansioni Wrunu medici. Tenendum et habendum de domino abbate de Margan et ejusdem loci conventu dicto Ade et heredibus suis. Reddendo inde annuatim dicto abbati et conventui dictus Adam et heredes sui unam dimidiam libram cere ad festum Sancti Michaelis . pro omni servicio et exaccione et demanda et omni re seculari . preter regale quod debatur domino de Wnuo.[1] In cujus rei testimonium hanc presentem cartam sigillo meo confirmavi. Hiis testibus . Symone de Bonavilla . Jacobo de Bonavilla . Roberto Gowel . Ricardo filio Galfridi . Ada Frankelein . Johanne Springale et multis aliis.

(1) Wenvoe ?

## DXXX.

## GRANT BY JOHN DE BONEVILL[ESTON] TO MARGAM ABBEY OF LAND IN BONEVILL', Etc.

[Margam Charter.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis p. et f. ad quos presens scriptum pervenerit . Johannes de Bonevill' salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse et presenti carta confirmasse Deo et e. S. M. de M. et m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum xxxiij. acras terre arabilis in feudo meo de Bonevill' in perpetuam elemosinam . habendas et tenendas de me et heredibus meis sine omni servitio seculari . exactione . et consuetudine . integre . pacifice . quiete . et libere . sicut ulla elemosina potest liberius haberi et teneri. Preterea concessi et confirmavi eis totam terram Willelmi Citharedi . scilicet xij. acras terre arabilis et dimidiam acram prati . cum tofto et crofto . Et ex dono Susanne . quinque acras. Hec

omnia concessi et confirmavi predictis monachis habenda et tenenda de me et heredibus meis in perpetuum libere et quiete . et sine omni servitio seculari exactione et consuetudine. Hiis testibus . PHILIPPO de MARCROS . WALTERO de SULIA . WILLELMO SOR . RICARDO FLAMANGO . RICARDO capellano de BONEVILL' . WALTERO clerico de CUMKEBIRIA . ROBERTO SAMSOŃE.

Seal, round-ended oval, in dark green wax. $1\frac{1}{8}$in. by 1in. Device—An Arabic sentence or cypher.

Legend—'+ SIGILL' JOHANN' DE BONEVILE.'

Endorsed—'J. de Bonevilest' de XXXIIJ. acris . et confirmatio terrarum . W. Citharedi et Susanne.'

## DXXXI.

## GRANT BY ROBERT DE BONEVILLA TO MARGAM ABBEY, OF THIRTY-FOUR ACRES IN THE FEE OF BONVILESTONE.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. quod ego ROBERTUS de BONEVILLA . consilio . et consensu uxoris mee et aliorum amicorum meorum concessi et dedi . et hac presenti carta mea confirmavi D. et B. M. de M. et m. i. D. s. pro salute anime mee . et omnium antecessorum . et successorum meorum XXX$^{ta.}$ IIIJ$^{or.}$ acras terre in feudo de BONEVILLEST[ONE] . in puram et perpetuam elemosinam . scilicet totam terram illam que jacet juxta bercariam suam de BONEVILLEST[ONE] et tendit a magna via que dicitur PORT STRETE usque ad HELLEGOGY et usque ad divisas de PENDUUELIN . ut prefati monachi habeant et teneant predictam terram de me et heredibus m[eis] cum omnibus libertatibus et aisiamentis suis absque omni servitio sicut ulla elemosina liberius et quiecius potest [teneri]. Et ego et heredes mei predictam terram domui de MARGAN sicut puram elemosinam nostram contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. Hiis . testibus.

Entitled—'Carta ejusdem de XXX$^{ta.}$ IIIJ$^{or.}$ acras.'

## DXXXII.

## DEED WHEREBY REIMUND DE SULLY CONFIRMS TO MARGAM ABBEY THE FEE-FARM OF BONVILLESTONE.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego REIMUNDUS de SULLIA consilio et consensu amicorum meorum concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam illam feudo-firmam quam ROBERTUS de BONEVILL' liber homo meus fecit eis de tota terra sua de BONEVILESTONE ut habeant et teneant per o . . . . . . eandem terram de BONEVILESTONE cum omnibus pertinentibus suis inperpetuum sicut carta dicti ROBERTI quam inde habent testatur libere et quiete ab omni consuetudine et exactione et servitio seculari quod ad me pertinet vel ad heredes meos excepto servitio dimidii militis quod michi et heredibus meis facient predicti monachi et exceptis quadraginta denariis ad wardam de KARDIF et ego et heredes mei warantizabimus hanc concessionem et confirmationem dictis monachis contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus . magistro RADULPHO MAILOC . WILLELMO de REIGNY . WILLELMO de SOMERY . RICARDO PINCERNA . WILLELMO le H. . . . . . GWIDONE WAK . ROBERTO SAMSON . WALTERO PAGANO . GAUFRIDO monacho de NETH . PHILIPPO de HALES . WILLELMO de Sancto PETRO monacho de MARGAN . ROBERTO de LANDMEUTHIN et ESPUS . conversis de MARGAN et multis aliis.

In 1379 the Abbot of Margam granted to John Denys a lease of eighty-six acres of land at Bonvileston during the nonage of John, son of John Norris, of Leche Castle. [75 A. 45.] How this estate was acquired does not appear. Leche Castle is a square earthwork of Roman aspect, and near the old Roman road from Cardiff to Cowbridge. This is the only evidence of its having been a residence. The manor, of small extent, is dependent upon Wenvoe. As Bonvileston had already been made over to Margam, John was probably in ward to the Abbot.

This document has apparently been mislaid See Birch. *Hist. of Margam Abbey*, p. 241. *n.*

## DXXXIII.

## A FINE PASSED IN THE 'COMITATUS' OR COUNTY COURT OF GLAMORGAN, BETWEEN THE ABBOT OF MARGAM AND LEYSON, SON OF MORGAN, RESPECTING THE WATER, FISHERY, AND MILL-POOL OF AVON RIVER.

[MARGAM CHARTER.] 8 MAY. 31 HEN. III. 1247.

Hec est finalis concordia facta in comitatu de KARDIF apud Sanctum NICHOLAUM die Lune scilicet in festo Sancti JOHANNIS apostoli ANTE PORTAM LATINAM anno regni Regis HENRICI filii Regis JOHANNIS tricesimo primo coram domino STEPHANO BAUSANE tunc vicecomite de GLAMMARGAN . et dominis WALTERO de SULIE . WILLELMO de REYNNI . WILLELMO de BARRI . militibus . THOMA NERBERD . WILLELMO FLANDRENSI . JOELO filio WILLELMI . ROBERTO de CANTELUPO . JOELO tunc preposito de LANYLTWITH et multis aliis in dicto comitatu existentibus . inter abbatem et conventum de MARGAN petentes . et LEYSANUM filium MORGANI tenentem de aqua de AVENE. Unde placitum initum fuit inter predictos abbatem et conventum . et predictum LEYSANUM per breve domini RICARDI de CLARE comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE de nova disseysina in dicto comitatu . videlicet quod dictus LEYSANUS recognovit pro se et heredibus suis dictis abbati et conventui totam aquam de AVENE . et omnimodas piscarias in dicta aqua sicut jus suum in perpetuum . salvo tamen dicto LEYSANO et heredibus suis molendino de AVENE et aqua sufficiente ad idem molendinum et stagno sufficiente in dicta aqua. Ita tamen quod pisces et piscarie totius aque predicte tam facte quam faciende . dictis abbati et conventui plenarie remaneant. Pro dicta vero aqua sufficienter ad dictum molendinum libere habendum reddet dictus LEYSANUS et heredes sui dictis abbati et conventui unam libram cimini annuatim in festo Sancti MICHAELIS.

Fine seal of LEYSAN, as usual, in red wax.

'SIGIL[LU]M [LE]ISAUN FILII MORGANI.'

The deed is indented, and along the top and the left hand margin, the letters being cut in half, is the word CIROGRAFPUM.

Endorsed, in a late hand—'Fynis pyscariæ de Avan et aquæ currentis ad molendinum'; 'redditus unius libræ de comin.'

The comitatus meeting, usually held at Cardiff, was also ambulatory. On one occasion it was held at Stalling Down, on another at St. Nicholas.

## DXXXIV.

ACKNOWLEDGMENT BY CNAYTHO AB YAGO, AND OTHERS, OF ST. BRIDGET'S SUPERIOR, THAT THEY HAVE DAMAGED MARGAM ABBEY IN HER GRANGE OF EGLISKEINWIR, AND ARRANGING TERMS OF RESTITUTION OF ONE MARK YEARLY AND TWENTY-FOUR MEN'S WORK FOR SIX YEARS.

[Margam Charter.]

St. Donat's Day. 7 Aug. 1247.

Universis Christi f. h. p. s. v. vel a. Cnaytho ab Yago . Candalo ab Walter'. Walter' ab Wassamfret . Eynon Vachan . Wronu ab Eynon . Wronu Du . et filii ejus . Yewan ab Aythan . Aythan Vachan . Philip' ab Alured . Yewan Palmer . Eynon ab Ruathlan . Ririd ab Ruathlan . Jorvard ab Yvor . Cradoc ab Alured . Eynon ab Nestrec . Wronu ab Yvor . Wronu ab Caterod . Wilim ab Ythel . Ithenerd ab Yvor . Wasmeyr ab Caterod . Ythel ab Lewelin . Heylin ab Goythur . Cnaytho ab Kenewrec . Lewelin ab Kenlas . Wronu ab Wasmeyr . Wassamfret Vachan . Wronu ab Wassamfret . Yewan ab Gidla . Louark ab Wasdewi . Ythel Grun et mater ejus Wladus filia Ythel . Wladus uxor Aythan . Weyruil filia Yvor . Weurdit filia Rired . Lewelit uxor Aythan de Sancta Brigida superiori salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos in recompensacione multorum et magnorum dampnorum que monachis de Margan intulimus apud grangiam suam de Egleskeinwir . et in locis aliis ad dictos monachos pertinentibus utpote . pratis . pascuis . nemoribus . edibus . feno . blado . et rebus aliis multis . quorum estimacio dampnorum sexaginta excedit libras reddituros dictis monachis infra curriculum sequencium sex annorum . vi. marcas . quolibet videlicet anno ad festum Sancti Donati marcam unam . sub pena xx^ti^ solidorum primam marcam solvere incipientes anno gracie m^o^ cc^o^ xlvii^o^ Si vero quemquam nostrum infra

ultimum prefixum terminum mori contigerit . morientis heres taxatam solucionem pro defuncto supplebit. Et quia ad dictorum satisfaccionem dampnorum minus sufficit tantilla pecunie solucio . voluntate ducti spontanea dedimus et concessimus Deo et ecclesie B. M. de MARGAN nos et heredes nostri vel successores servicium . xx$^{ti.}$ IIII$^{or.}$ hominum qui parati erunt omni tempore ad auxilium et defensionem dicte domus super sumptus monachorum contra omnes injuriantes preter proprium dominum quicunque ab eisdem vel eorum assignatis fuerimus requisiti. Juravimus etiam super sacrosancta ecclesie de MARGAN quod decetero nullum dampnum nullo in loco dictorum monachorum inferemus eisdem . vel inferri pro posse nostro permittemus . Nec furtum de bonis suis recipiemus . nec fures seu raptores bonorum suorum manutenebimus set fideles eisdem erimus imperpetuum . nec terrarum suarum terminos cum animalibus nostris pascendis intrabimus aliquo tempore anni. Si vero nos seu heredes nostri contra dictam formam quod absit aliquando venire presumpserimus . videlicet ut cum animalibus pascendis terminos monachorum dictorum ullo tempore decetero ingrediamur . in penam transgressionis dabimus dictis monachis singulis vicibus quibus transgressi fuerimus . pro unoquoque bove . seu vacca . equo . vel equa . denarium unum . pro . XIJ. ovibus denarium unum . pro totidem porcis seu capris tantumdem . absque contradictione aliqua. Volumus etiam ut si nos seu heredes nostri dicte forme fuerimus transgressores . quod dominus LANDAVENSIS episcopus qui pro tempore fuerit vel ejusdem sedis ordinarius absque strepitu judiciali nos statim excommunicationis et interdicti sentencie supponat. Et quia sigilla propria non habemus . ad peticionem nostram dominus WILLELMUS de BURGO tunc LANDAVENSIS episcopus huic scripto sigillum suum apposuit una cum sigillis . magistri GOBIO tunc precentoris LANDAVIE . et W. de CANETON' tunc decani ejusdem loci . judicum a domino Papa subdelegatorum ad totam causam que inter nos et dictis monachos vertebatur. Hiis testibus . Dominis GILLEBERTO de HUMFRAMUILE . WALTERO de SULLIA . THOMA vicario de LLANTRISSEN . tunc cancellario domini episcopi LANDAVENSIS . RADULPHO tunc rectore ecclesie de

Novo Castello . Jorvardo ab Espus . Reso Coch . Ricardo clerico de Kenefeg . Thomas de Cantelo . Philippo de Kayrmerth[in] . Johanne de Sueynese . monachis de Margam . Pagano tunc vicario de Cohytchirche et multis aliis.

Three seals, of which the 2nd and 3rd are lost.

The remaining seal is one of singular elegance of design and fine execution, as appears from the Bishop's effigy and a part of the background, which alone remain. The Bishop stands on a carved bracket in full robes—a jewelled clasp at his neck, and the mitre on his head. The right hand is lifted in benediction; the left, also lifted, grasps a pastoral staff near its top, which is broken off. The background is reticulated in quatrefoils, with a flower at the junction of the lines, and in each compartment is a crescent.

Legend—'. . . . . . . . . GR . . . . . . . . ENSIS . E . . . .'

Counterseal—Smaller, pointed oval, 1½in. by 1in. Device—The Annunciation of the Blessed Virgin. Below, under an arch, the Bishop adoring the divine group.

'+ VE . DELENS . P[ER] . AVE . PIA . P[ER] . TE . [LIBE]RER A VE.'

The play of words in this line is upon 'VE' *woe*, and 'AVE' *hail*, and it may be rendered 'O thou pious one, who destroyedst human woe by the word '*Hail*' let me be delivered by thee from this woe.'

Endorsed—' Carta hominum de Sancta Brigida Superiore.'



## DXXXV.

## PLEA BEFORE KING HENRY III. BETWEEN RICHARD SYWARD AND RICHARD DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER.

[Wallia 32 Hen. III., Sancti Mich., Cott. MS. Vitellius C.X., p. 17, 2 b.] 1248.

Gloucestria. Ricardus de Clare comes Gloucestrie attachiatus fuit ad respondendum Ricardo Syward[1] de placito quare cum venisset ad mandatum suum ad quoddam parliamentum in Glammorgan ipsum Ricardum arrestavit et coegit ad obsides tradendos donec redderet ei castrum suum de Thalevon et constabularium suum cepit et imprisonavit contra pacem etc. et unde queritur quod cum venisset apud les Escaleurs in Glamorgan ubi predictus comes tenuit parliamentum suum die Mercurii proximo ante translationem Sancti Thome Martiris regni Regis qui nunc est xxix. [5 Julii 1245] in pace domini Regis absque summonitione contentione et placito que ibi credebat habere venit dictus comes et corpus ipsius Ricardi arrestavit et tanquam prisonem detinuit donec obsidem ei invenisset scilicet Paganum de Sancto Philiberto ut personaliter veniret in crastino ad reddendum ei predictum castrum suum de Thalevan ita quod ibidem venit cum constabulario suo et quodam alio serviente statim venit predictus comes et ipsos cepit et ipsum Ricardum retinuit donec ei redderet predictum castrum sibi reddidit (*sic*). Idem comes retinuit constabularium predictum et illum poni fecit in gaola sua in vinculis et ferris donec finem fecisset cum eo pro vita sua et membris suis pro lx. marcis. Preterea predictus comes ista malitia nondum contentus ubi idem Ricardus habuit terram suam de Llanblidian extra castrum predictum venit predictus comes et contra pacem domini Regis et ibi cepit l. boves de precio xxx. marcarum et cc. bidentes precio x. marcarum et alia animalia et bona ut equos porcos et arma ad valenciam x. marcarum et

bona alia contra pacem et abduxit. Et postquam dominus Rex mandavit dicto comiti quod dum predictus Ricardus fuisset in servicio domini Regis et in guerra sua apud Glammork omnes contentiones inter eos mote ponerentur in respectum et omnia bona ipsius Ricardi in pace essent usque in crastinum animarum, venit predictus comes et terram ipsius Ricardi cepit in manum suam et fecit liberos homines suos facere ei homagium et villanos fidelitatem. Et quod hoc fecit contra pacem domini Regis et dampnum suum de . . . . . . . . . producit testes. Et comes alias venit coram domino Rege scilicet a die Pasche in xv. dies apud Oxoniam anno regni sui tricesimo primo [1247] quod attachiatus fuit ad respondendum predicto Ricardo de predictis transgressionibus et defendit vim etc. et quicquid contra pacem est etc. Et dixit quod non videbatur ei quod debeat ei ibidem respondere quia cum predictus Ricardus conquestus fuit de transgressione ei facta in Glammorgan et ipse comes habuit talem libertatem in terra sua de Glammorgan quod nullus de hominibus suis nec aliis debeut de aliquo placito placitare alibi quam infra libertatem suam de Glamorgan et desicut idem Ricardus qui tunc conquerebatur est de libertate illa et terre unde conquerebatur et res sunt de Glamorgan. Et desicut ipse conquestus fuit quod transgressio predicta si facta fuit, facta fuit ibidem. Et desicut ipse nec antecessores sui nunquam alibi solebant placitare quam ibidem non videbatur ei quod deberet ei respondere. Et rogavit dominum Regem quod teneret ei libertatem suam et quod dominus Rex mitteret ibidem si ei placeret duos vel tres vel quatuor milites de consilio ad audiendam querelam predicti Ricardi ibidem et responsam suam ita quod si bene fecerit secundum consuetudinem patrie pro justitia fieret sin autem bene concederet quod factum ejus corrigeretur per dominum Regem. Et comes requisitus extra placitum si ipse haberet castrum et terram predictam de judicio comitatus sui vel alio modo dixit quod bene ostendet ibidem quod ille habuit per judicium curie sue et secundum consuetudinem et usagium patrie. Et Ricardus Siward per attornatum suum tunc venit et dixit quod non videbatur ei quod debet curiam suam de querela illa

ibidem habere set debet tunc coram Rege respondere quod ipse Ricardus conquestus fuit de persona propria ipsius comitis.

Postea coram domino Rege et consilio suo tunc provisum fuit quod dominus Rex mitteret ibidem Walterum de Clifford Johannem de Munemeu' Walerannum Theotonicum[2] et Gilbertum del Val' ad audiendum in curia predicta utrum dictus comes bene fecerat et juste in facto predicto ita quod si bene fecerat secundum consuetudinem et usagium patrie staret factum sin autem milites facerent recordum domino Regi et ipse factum illud corrigeret. Unde per provisum illum mandatum fuit predictis Waltero de Clifford . Johanni de Munemeu' . Waltero Theotonico et loco Gilberti del Val' . Nicholao de Meules . quod essent coram domino Rege a die Sancti Johannis Baptiste [24 Junii] in unum mensem proximo preterito etc. ad testificandum simul recordum factum in curia Ricardi comitis Gloucestrie de Glammorgan inter ipsum comitem et Ricardum Syward per quod idem Ricardus dixit injuste esse utlagatum et quod recordum domino Regi mitterent sub sigillis suis in crastino Sancti Hillarii [14 Jan.]. Et ubi tunc venisse debuerunt etc. simul ad testificandum recordum illud et non venerunt sicut venire debuerunt etc. et ipsi omnes ad diem illam venerunt et testificati fuerunt quod recordum quod miserunt in crastino Sancti Hillarii secundum quod in recordo illo scriptum fuit audiverunt recordari in comitatu de Glamorgan et quando predictus comes fecit coram eis recordum illud omni eodem modo sicut continetur in predicto recordo et similiter testificati fuerunt quod coram eis venit Paganus de Sancto Philiberto et obtulit se quasi attornatum predicti Ricardi Syward et obtulit probare per corpus cujusdam liberi hominis contra curiam predictam quod recordum illud quod recordabatur coram ipsis militibus in parte fuit verum et in parte falsum et protulerunt recordum quod tale est.

Comitatus de Glamorgan. Apud Stalur' die Mercurii proximo ante translationem beati Thome Martiris anno R. R. Henrici xxix. [7 Julii 1245] ibidem venit Ricardus de Clare comes Gloucestrie et Hertfordie et appellare

Scilicet quod dicta terra de ENESGAUELEU per abbates de BILDEWAS . et de KINGESWODE quantumcunque melius et utilius fieri poterit . in duas medietates equales dividetur in longum. Medietas vero terre monachorum de MARGAN propinquior . una cum aqua de NETH intercurrente ipsis jure perpetuo pacifice remanebit. Monachi vero de NETH aliam medietatem sibi vicinam perpetuo jure quiete possidebunt. Ita quod neutra pars in alterius partis medietate sibi communam vendicabit. Dicti vero abbates de BILDEWAS . et de KINGESWODE tam certas et evidentes in limitibus dicte divisionis per eos fatiende metas poni fatient . quod nunquam exinde inter domos de MARGAM et NETH questio valeat exoriri. Item . quantum ad articulum secundum statuimus . quod composiciones diligenter inspiciantur . et per dictum prefatorum de BILDEWAS . et KINGESWODE abbatum emendetur . quod contra ipsas composiciones fuerit attemptatum. Item . quantum ad tertium . taliter diffinimus quod omnes rancores . ire . et odia siqua fuerint . divini timoris . et fraterne caritatis intuitu . ab utraque parte ad invicem remittantur. Pene vero que pro suis excessibus et injuriis ad invicem illatis . monachis et conversis aliquibus utriusque domus . nomine penitentie infligentur . a memoratis de BILDEWAS et KINGESWODE abbatibus cum provido discretionis moderamine taxabuntur . et utraque pars tam in suscipiendo injunctam penitentiam . quam perficiendo . humiliter obediat . Item . quantum ad articulum quartum volumus et statuimus quod neutra pars amodo seculares excitet . aut adjuvet in utriuslibet partis dispendium et gravamen . Et sciendum quod de consensu partium dictum fuit pronunciatum arbitrium . Anno gratie . M°. CC°. XL°. IX°. in crastino beatorum apostolorum PETRI et PAULI . et ab utraque parte gratanter receptum. In quorum omnium robur perpetuum et testimonium . tam nos quam dicte partes presenti scripto sigilla nostra apposuimus . ad majorem etiam securitatem sepedicti de BILDEWAS et KINGESWODE abbates judices a capitulo generali dati . de prefatis querelis . Abbate de DUNECESWILLE tertio collega suo . quantum ad dictam causam se litteratorie excusante . nobis assistentes et prefate pronunciationi consencientes una cum co-abbate nostro de GARDO qui

similiter presens affuit . sua sigilla appenderunt in testimonium perpetuum et confirmacionem.

Six pointed oval seals, green wax, imperfect.

1. About $1\frac{1}{2}$in. by $1\frac{1}{8}$in. An Abbot standing on a corbel, with pastoral staff in the right hand, and book in the left. The Abbot of Clairvaux, in France.

'. . . . . . . TIS . CLAREVA. . . . . . . . . . . . . .'

2. An Abbot, as before. The Abbot of Buildwas.

'. . . . . . . BBAT . . . . DE . . . . . . . . . . . . .'

3. An Abbot, as before. The Abbot of Kingswood, co. Wilts.

'. . . . . . . BBATI . . . . . . . . . . . . .'

See Birch, *Catal. of Seals*, No. 3,355.

4. An Abbot, standing, slightly turned to the left, with staff and book. The Abbot of Le Gard, or Gardum, a Cistercian Abbey near Amiens.

'. . . . SIGILL . . . . . . . . . . DO. . . . . .'

5. Wanting. The Abbot of Neath.

6. $1\frac{1}{4}$in. by $\frac{7}{8}$in. An Abbot, three-quarter length, with staff and book. The Abbot of Margam.

'[+] SIGILLUM . ABBATIS . D[E . M]ARGAN.'

Endorsed—'Compositio inter domum de Neth et domum de Margam . tertia .'

## DXLI.

## INSPEXIMUS BY THE ABBOTS OF SAVIGNY, ST. ANDREW'S, AND QUARR, OF THE PRECEDING DEED.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus presens scriptum visuris . vel audituris . abbates de SAVIGNEIO . de Sancto ANDREA . et de QUARRERIA salutem vite presentis et future.

Noverit universitas vestra nos evidenter inspexisse . et seriatim legisse apud abbatiam de NEHT LANDAVENSIS diocesis . scriptum quoddam . venerabilium

patrum . de Claravalle . de Gardo . de Bildevaus . de Kingeswode . et de Margan abbatum sigillis signatum in hec verba . Omnibus hec visuris frater Stephanus etc., *as in the preceding document down to* confirmacionem . Valete.

In hujus igitur inspeccionis testimonium . ad petitionem abbatis . et conventus loci prenominati . scilicet . de Neht presenti scripto nostra sigilla apposuimus.

Seals wanting.

Endorsed in a late handwriting—'Composicio inter Neth et Morgan.'

## DXLII.

## GRANT BY WILLIAM DE REGNY TO JOAN LA BOTILLERE OF THE MANOR OF BAGGEBERE.

[Harl. Charter, 55 B. 42.] Circa 1250—1260.

Notum sit omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit quod Willelmus de Regny dedit concessit et hoc presenti scripto confirmavit Johanne la Botillere pro servicio suo totum manerium de Baggebere cum advocacione ecclesiæ predicti manerii homagiis fidelitatibus villanis cum eorum sequelis et catallis redditibus serviciis sectis curiarum releviis auxiliis guardis maritagiis excaetis et omnimodis rebus et pertinenciis. Tenendum et habendum predicte Johanne et heredibus suis de carne sua legitime procurtis[1] de predicto Willelmo et heredibus suis libere quiete integre bene et in pace inperpetuum. In viis in semitis in pratis et pasturis in moris et mariscis in boscis in aquis in piscariis in marleris et in omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus. Reddendo inde annuatim dicto Willelmo quamdiu vixerit triginta libras sterlingorum ad duos anni terminos videlicet ad festum Sancti Michaelis quindecim libras et ad Pascha proxime sequens quindecim libras, et post decessum dicti Willelmi heredibus suis annuatim unum denarium ad Pascha pro omnibus serviciis secularibus sectis curiarum querelis auxiliis consuetudinibus et demandis salvis serviciis capitalibus dominis de eodem feodo inde

debitis et consuetis. Et si contingat quod predicta JOHANNA facta decesserit sine herede de carne sua legitime procurato[2] concessit vero dictus WILLELMUS quod predictum manerium cum pertinenciis suis ut predictum est integre remaneat JOHANNE filie dicte JOHANNE et heredibus suis vel suis assignatis per predicta servicia inperpetuum. Dictus vero WILLELMUS de REGNY et heredes sui hanc donacionem concessionem et presentis scripti confirmationem dictis JOHANNE la BOTILLERE vel JOHANNE filie sue et eorum heredibus et assignatis ut supradictum per prefata servicia contra omnes mortales warantizabunt defendent et acquietabunt inperpetuum. In cujus rei testimonium predicti WILLELMUS de REGNY et JOHANNA la BOTILLERE presenti scripto ad modum cyrographi confecto sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . domino RICHARDO de WYLECESTER . domino WARINO de RALEGHE . domino JOHANNE filio GALFRIDI . militibus . RICARDO filio BERNARDI . ROBERTO FICHET de SPAXTON . HENRICO de FITINTON . ROBERTO de BLAKEMORE et multis aliis.

Pointed oval seal, green wax. Device: a standing cup.

Legend—' +S' IOHANNE . LE . BOTELER.'

(1) for procreatis. (2) for procreato

Johanna was probably the heir of Richard le Buteler, who died childless before 1262. Baghere is probably Bagborough, co. Somerset.

## DXLIII.

## AGREEMENT BETWEEN THE ABBOT OF NETH AND WILLIAM DE BARRI.

[FRANCIS MSS.] CIRCA 1250.

Hec est conventio facta inter abbatem et conventum de NETH ex una parte et WILLELMUM de BARRI militem de GLAMORGAN ex altera parte, videlicet quod idem WILLELMUS de BARRI dedit et concessit et inperpetuum quietum clamavit totum feodum suum de VILLA WALTERI in terra de GOHER cum omnibus pertinenciis suis excepta advocacione ecclesie predicti feudi de VILLA WALTERI

quam sibi et heredibus suis retinuit dicto abbati et conventui de NETH pro sexaginta octo acris terre arabilis et virgata terre et dimidia virgata terre in feudo de HORNBLAUTON cum pratis et pascuis adjacentibus et omnibus libertatibus ad eas pertinentibus. Ita quod dictus abbas et conventus de NETH annuatim persolvent dicto WILLELMO de BARRI et heredibus suis unam marcam argenti apud grangiam del' HESSE dimidiam scilicet marcam ad le HOCKEDAI et dimidiam marcam ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio consuetudine et demanda ad ipsum vel ad heredes suos racione predicti feudi de VILLA WALTERI pertinente. Et domino de PORTHEINON facient servicium feudi unius militis annuatim inperpetuum, excepto quod successores dicti WILLELMI de homagio et relevio predicto domino de PORTHEINON respondebunt. Dictus vero WILLELMUS et heredes ejus vel assignati ejus redditus quos predictus abbas et conventus de NETH annuatim reddere solebant pro dictis terris de HORNBLAUTONE annuatim solvent, scilicet WILLELMO de KENE sex solidos pro virgata terre del OK, et JOHANNI de STANE duos solidos pro dimidia virgata terre que fuit PETRI filii sacerdotis, et RICARDO POLEYN duo paria chirothecarum salvo regali servicio quantum pertinet ad tantum terre. Insuper idem WILLELMUS et heredes ejus vel assignati illius habebunt tres solidos red[d]itus ADE de KATICOTE et homagium et servicium ad terram ipsius pertinens. Et facient sectas Hundredorum quas predictus abbas et conventus facere debuerint. Et de placitis et querelis emergentibus respondebunt. Si vero calumpnia exheredacionis super predictis terris de HORNBLAUETON et de VILLA WALTERI aliquo tempore mota fuerit unde dicti WILLELMUS et heredes ejus sive assignati ejus sive predictus abbas et conventus de NETH jacturam terre incurrant tam dictus WILLELMUS quam dictus abbas et conventus de NETH terras predictas cum pertinenciis suis inperpetuum sibi invicem warantizare debent contra omnes homines et feminas secundum consuetudinem regni. Et ut hec convencio inperpetuum stabilis et inconcussa permaneat eandem dictus abbas de NETH et dictus WILLELMUS de BARRI presentis scripti serie et sigillorum suorum impressione confirmaverunt.

Hiis testibus . Reymundo de Sulie . Willelmo de Reigni . Roberto de Sumeri . Thoma de Barri[1] . Henrico de Vilers[2] . David Escurlac . Roberto de la Mare . et Petro fratre ejus . Ricardo de Barri et aliis.

[Sigillis duobus amissis.]

(1) Barry was a common Norman name, but does not seem to have taken root in Gower. Sir Thomas de Avan, a great-great-grandson of Iestyn, married a daughter of Sir Thomas de Barry.

(2) Henry de Vilers gave to Neath lands in Talbont, which gift named in a Charter by Henry, Earl of Warwick, is confirmed in Lord Mowbray's Charter of 1334 [Coll Top and Gen., IV. 29.]

## DXLIV.

## ROBERT DE BONEVILLA AND ALIZ, HIS WIFE, GRANT THE FEE OF BONEVILESTONE TO MARGAN ABBEY.

[Harl. Charter, 75 B. 19.] Circa 1250.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Bonevilla consilio et assensu Aliz uxoris mee et aliorum amicorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus in perpetuam elemosinam totum feodum meum de Bonevilest' cum omnibus pertinenciis suis; habendum et tenendum de me et heredibus meis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis tres marcas sterlingorum ad nativitatem beati Johannis Baptiste pro omni servitio consuetudine et exactione seculari excepto servicio dimidii militis unde predicti monachi respondebunt dominis de Wunfal de predicto feodo. Relevium vero de eadem terra quandocunque evenerit faciet heres ille qui humagium faciet de dicta firma vel unde voluerit. Ita quod monachi super hoc non vexabuntur. Hanc donationem feci predictis monachis ut habeant et teneant dictum feudum de me et heredibus meis libere et quiete et pacifice cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis molendinis et piscariis et omnibus rebus et aisiamentis sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri, excepta dicta

firma et dicto servicio. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis dictam donationem contra omnes homines et omnes feminas in perpetuum. Hiis testibus . Petro Pincerna tunc vicecomite de Glamargan' . Reimundo de Sullia . Mauricio tunc archidiacono Landavensi . Reso et Griffino fratribus ejus . magistro Radulpho Mailoc . Willelmo de Reigni . Gaufrido de Bonevilla . Johanne Croft . Waltero Flandrense . Dunstano . et Waltero de Haverford monachis de Margan' . Roberto de Landmeuthin' et Espus conversis de Margan' et multis aliis.

Seal, green wax. An ornamental seeded fleur-de-lis, between two quatre-foil flowers.

'+ SIGILLVM . ROBERTI . DE BONEVILLE.'

This Charter by Robert de Bonavilla, with the consent of Aliz, his wife, gives to Margam his whole fee of Bonavilla at an annual payment of three marks, and the service of half a Knight's fee, for which they are to answer to the lord of Wenvoe. His heirs will be responsible for the reliefs when they occur.

The witnesses are Peter Pincerna, Sheriff, probably a member of the Butler family who inherited Marcross; Reymond de Sully; Archdeacon Maurice, of Llandaff; and Res and William, his brothers; Master Ralf Mailoc; Wm. de Reigny; Geoffry de Bonavilla; John Croft, who is not known; Walter Fleming; Dunstan and Walter de Hereford, Monks of Margan; Robert de Llanmeithen; and Espus conversi de Margan.

## DXLV.

## WILLIAM DE LONDON GRANTS TO MARGAN ABBEY LAND BETWEEN THE WATERS OF OGMORE AND GAREWE.

[Duchy of Lanc. Register, No. 18, f. 136, Dorso.]

Circa 1250.

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus de Londoniis salutem. Sciatis me consilio et assensu matris mee et fratris mei Thome de Londoniis et aliorum amicorum meorum concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus pro salute mea et antecessorum et successorum meorum in perpetuam elemosinam quicquid continetur inter has duas aquas Uggemore et Garewe in bosco et plano ab eo loco ubi Garewe cadit in Uggemore quantum

terra mea durat versus ROTHENI, ut habeant et teneant eam ad feodi firmam reddendo mihi et heredibus meis annuatim tres marcas scilicet viginti solidos ad festum Sancti MICHAELIS et viginti solidos ad Pascham, pro omni servicio, consuetudine, et exaccione. Et sciendum quod forestarius meus custodiatum nemoris habebit cum consilio abbatis de MARGAN ita quod ego inde capiam quantum opus habuero ad proprios usus meos et hominum meorum; et monachi inde capient quantum opus habuerint ad usus proprios sine nemoris destruccione. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis monachis hanc elemosinam contra omnes homines in perpetuum. Testibus THOMA de LONDONIIS . PETRO PINCERNA . RADULPHO de CANTELO . WALTERO GUMDI . OWENO le NOREYS . PAGANO de TURBERVILLA . GILBERTO de TURBERVILLA . WILLELMO de CANTELO . OSBERNO clerico . ROBERTO clerico.

A duplicate of this Charter is among the Margam MSS., with a seal in black wax, oval, $1\frac{1}{2}$ in. by $1\frac{1}{4}$ in.

Legend—'SIGIL . . . . . DE LONDINIIS.'

The family of De Londres were early, perhaps original, settlers under Fitzhamon upon the lower Ogmore, where they held four fees and built a castle, of which the square keep, in the late Norman style, still remains. The Butlers of Dunraven were their vassals; and they seem already to have held large possessions in Carmarthenshire, where they acquired or built Kidwelly Castle and the lordship of Carnwylhion. Of this family, Maurice gave lands in Aisse, or Nash, to Neath before 9 John; and about 1200 the church of Colwinston to the church and monks of St. Michael's of Ogmore [Ewenny Priory], which was founded, in 1141, as a cell to Gloucester, by Sir John de Londres [N. Mon., V., 58; I., 537; Cott. Cart XI., 24]. William was brother to Richard, and tested a Charter to Neath by Henry, Earl of Warwick [Coll. Top. et Gen., 29]. It is curious that the family are not included in the list of fees in 1262, but the name is of frequent occurrence both here and in Berks till Hawisia de Londres, heiress of the Welsh and Berks estates, conveyed them by marriage to the Chaworth or De Cadurcis family; her son, Pagan de Chaworth, coming into possession on her death, 2 Edward I. Maud, the heiress of Chaworth and of the four fees, married Henry Earl of Lancaster, grandson of Henry III.; and her granddaughter, Blanche, carried the Welsh estates to her husband, John of Gaunt. They have since merged in the Duchy of Lancaster, of which the old De Londres Castle of Ogmore, with a large upland estate, is still held.

This is a Charter preserved by its inclusion in a letter patent. William de Londres' mother, whose name is not given, and his brother Thomas, were then alive. William de Londres gives what he had between the Ogwr and the Garw, probably the hamlet of Ynisawdre, which is included by them at their junction. Rotheni no longer appears on the map, for which Margam is to pay three marks annually. The timber seems to have been valuable. Peter Pincerna, who witnesses, is not at this time sheriff. Ralf and William de Cantelo are no doubt of Cantleston. Gumdi, is unknown. Owen le Noreys possibly of Penllyn: Pagan and Gilbert de Turbervill of Coyty.

## DXLVI.

## CONFIRMATION BY RICHARD PINCERNA TO MARGAM ABBEY OF EIGHTY ACRES, GIVEN BY HIS GRANDSIRE.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1250.

Sciant p. et f. quod ego RICARDUS PINCERNA concessi et presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus . xx$^{ti.}$ IIIJ$^{or.}$ acras quas PHILIPPUS de MARCROS avus meus eis dedit in liberam puram et perpetuam elemosinam in feodo suo de MARCROS . ita videlicet quod dicti monachi habeant et teneant dictas xx$^{ti.}$ IIIJ$^{or.}$ acras libere et quiete bene et in pace quietas ab omni servicio et seculari exactione in omnibus et per omnia sicut carta dicti PHILIPPI quam inde habent testatur. Et sciendum quod ex xx$^{ti.}$ IIIJ$^{or.}$ acris predictis x. acre jacent juxta divisam terre ecclesie Sancti DONATI juxta mare . et sex acre jacent juxta divisam dicte ecclesie Sancti DONATI ex occidentali parte magne vie que vadit de Sancto DONATO usque ad MARCROS . et VIIJ. acre jacent ex orientali parte ejusdem vie. Et ego et heredes mei dictas xx$^{ti.}$ IIIJ$^{or.}$ acras sicut puram liberam et perpetuam elemosinam dictis monachis contra omnes mortales warantizabimus. Ut autem hec mea concessio et confirmacio firma et stabilis in perpetuum perseveret presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus.

Entitled—'Carte Ricardi Pincerne de xx$^{ti.}$ IIIJ$^{or.}$ acris apud Marcross.'

Richard Pincerna appears in a Neath Charter in 1249 [DXXXVII.]. He was grandson of Philip de Marcross, who died after 1230. William Pincerna witnessed the foundation Charter of Neath, circa 1129. Peter Pincerna was Sheriff circa 1249, and Dominus Mauricius Pincerna had land in Siginston, near Marcross, from Hugh de Sigin. [LXVII., CCL., DXLIV., DCXXIV.]

Philip de Marcross, the earliest of the name on record, is mentioned by Giraldus as attending on Henry II. about 1189. Mr. Traherne records an agreement between W. de Barri and John de la Mare, witnessed by this Philip in 1201, as is a Barry Charter to Neath before 1207 [75 B. 5 b.], and a Charter to Margam, granted by W. de Londres about 1210 [CLX.]. Philip also witnessed a final concord between Gilbert de Turberville and Margam about the same time.

This Philip seems to have lived to see his son Philip of mature age, since Philip senior and junior witness together the above composition between Margam and Helias, clerk of Newcastle, without date, but early in the thirteenth century, and one or the other gave 10s. rent for Neath and to Margam for a light to burn at the purification of the Virgin Mary. Mr. Traherne mentions a Walter de Marcross, who witnessed a grant by Thomas Lawilis, of uncertain date.

## DXLVII.

## DECLARATION OF WILLIAM, BISHOP OF LLANDAFF, THAT HE HOLDS OF THE KING IN CAPITE ONLY.

[COTTON MSS. VIT. C.X. f. 177.]

MICH. TERM. 34-35 HENRY III. 1250.

DE TERMINO SANCTI MICHAELIS ANNO XXXIV. INCIPIENTE XXXV. WALLIA . LANDAF . AUSTURUS.

WILLELMUS episcopus LANDAVENSIS venit coram domino rege et cognovit et concessit quod ipse nihil tenet de aliquo in episcopatu suo de LANDAF nisi de domino Rege in capite. Et super hoc venit R. comes GLOUCESTRIE et offert domino Regi unum austurium sorum pro sic quod inrotuletur, et recipitur.

## DXLVIII.

## GRANT BY BROTHER THOMAS DE PORTECHEWETH, ABBOT OF MARGAM, TO RICHARD, SON OF JAMES MEY, OF CARMARTHEN, OF A BURGAGE IN KIDWELLY, AT A YEARLY RENT OF FOUR SHILLINGS.

[MARGAM CHARTER.] CIRCA 1250—1270.

Sciant p. et f. q. ego frater THOMAS de PORTECHEWETH dictus abbas de MARGAN et ejusdem loci conventus dedimus concessimus et h. p. c. n. confirmavimus RICARDO filio JACOBI MEY de KERMERDIN et h. s. vel s. assignatis burgagium nostrum quod habemus in villa de KEDWELI cum quodam curtillagio et prato ad dictum burgagium pertinentibus . tenendum et habendum de nobis ipse et heredes sui vel sui assignati l. q. p. inperpetuum reddendo nobis inde annuatim ipse et h. s. vel s. a. quatuor solidos sterlingorum in festo Sancti MICHAELIS pro omni servicio seculari . exaccione et demanda. Et nos predictum burgagium cum predictis curtilagio et prato predicto RICARDO et

heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines warantizabimus. Nec licet predicto RICARDO et h. s. v. s. a. predictum burgagium cum predictis c. et p. conjunctim aut divisim totum aut aliquam partem sine consilio et assensu predictorum abbatis et conventus de MARGAN vendere distrahere aut alicui alienaret.[1] Et ut hec nostra donacio concessio et confirmacio rata stabilis et inconcussa permaneat . nos presens scriptum sigilli nostri inpressione roboravimus.

Hiis testibus et cet.

Above the entry of this Charter is written :—'Hanc ipse Jacobus habet . reddet IIIJ$^{or.}$ sol. ad festum Michaelis.'

(1) *sic*. MS.

Portskewit, a village on the Severn, in Monmouthshire, does not appear to have given a name permanently to any known family. Abbot Thomas probably came from thence, and so we may suppose did William Portechewet, who witnessed a notification by Pagan de Turberville, without date.

## DXLIX.

## GRANT BY THOMAS, ABBOT OF MARGAM, TO JOHN, SON OF WRONO THE PHYSICIAN, OF LAND AT BONEVILESTON, AT TWELVE PENCE YEARLY RENT.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant p. et f. q. ego frater THOMAS abbas domus de MARGAN et ejusdem loci conventus dedimus et concessimus et h. p. c. n. confirmavimus JOHANNI filio WRONO medici duas acras et dimidiam terre arabilis in feodo de BONEVILESTON que jacent in quadam valle juxta villam scilicet in parte occidentali. Quas quidem duas acras et dimidiam WILLELMUS FRANKELEN quondam tenuit de WILLELMO le NORREYS. Tenendas et habendas s. et h. s. d. n. inperpetuum libere quiete et pacifice ab omni servicio reddendo tamen inde annuatim domui de MARGAN duodecim denarios argenti ad duos terminos anni . videlicet ad festum Sancti MICHAELIS VJ. denarios . et ad nunciacionem beate MARIE VJ. denarios. Faciet etiam sectam . et quicquid ad predictam terram pertinet in

curia JOHANNIS le NORRES . reddendo ibidem unum quadrantem. Pro hac autem donacione et concessione et hujus carte nostre confirmacione dedit nobis predictus JOHANNES quatuor marcas argenti premanibus et unam acram terre arabilis . et nos eidem JOHANNI filio WRONO medici et heredibus suis predictam terram contra homines et feminas inperpetuum fideliter warentizabimus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

Hiis testibus . Domino WALTERO de SULLIA . WILLELMO FLANDRENSI . PHILLIPPO le SOR . WRONO VACHAN de PENDEUUELIN . JOHANNE SPRINGEL de BONEVILEST' . ROBERTO de ANNE . THOMA filio RICARDI et multis aliis.

[See No. DCCCLV.]

## DL.

## GRANT BY GRIFIN, SON OF CANETHUR, OF LAND IN KENEFEC TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 B. 34.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis GRIFINUS filius CANETHURI salutem.

Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse atque hac presenti carta confirmasse Deo et beate MARIE et ecclesie de MARGAN monachisque ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum sex acras terre arabilis in territorio de KENEFEC juxta illam terram proximas que vocatur terra PETEVIN . in puram et perpetuam elemosinam ut habeant et teneant eas in perpetuum libere et quiete . reddendo annuatim Regi IX. denarios ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servitio exactione et consuetudine seculari. Et sciendum quod hanc donationem concesserunt KENEWREC avunculus meus et MADOCUS frater meus . et illam se firmiter observaturos . affidaverunt. Hiis testibus . HENRICO . WILLELMO . ANDREA monachis de MARGAN . RICARDO . CANETHURO . ROGERO . conversis de MARGAN . KENEWREC avunculo meo et MADOCO fratre meo.

Endorsed—'Carta Grifini filii Kanethur . de VI. acras.'

## DLI.

## ABJURATION BY GRIFFIN AB WRONU, OF RIGHTS IN EMBROH AND THE LANDS BETWEEN WESSAC AND FRUDUL, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit GRIFFINUS filius WRONU salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me communi consilio et assensu amicorum meorum remisisse et quitum clamasse et abjurasse et hac presenti carta confirmasse D. e. e. Sancte MARIE de MARGAN et m. i. D. s. totum jus et clamium quod habui vel habere potui vel dicebam me habere in EMBROH . et in terra que jacet inter WESSAC et FRUDUL vel in aliquo alio tenemento ad dictam domum pertinente tam in marisco de AVENA quam alibi. Ita ut dicti monachi habeant et teneant dictas terras cum omnibus pertinentiis suis libere et quiete bene et pacifice pro me et omnibus heredibus meis in perpetuum, sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri. Et ego et heredes mei dictam remissionem et quitum clamationem et presentem confirmationem dictis monachis warantizabimus contra omnes homines in perpetuum. Et sciendum quod ego affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod ista omnia fideliter et sine dolo . et malo ingenio servabo. Ut autem premissa firmitatis robur obtineant in perpetuum presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . RESO ab ALAITHUR . CRADOCO ab ALAITHUR . WRONU COH . HEILIN BREN . RETHERIC ab RUALLAN . YOVAN ab ISTIN . RICARDO clerico de KENEFEG . WILLELMO SCURLAG . et multis aliis.

Seal, dark green wax, 1¼in. diam. Device, a seeded fleur-de-lis, between two pellets.

Legend, commencing at the base, and with some of the letters reversed and inverted—' + SIG[ILLU]M . GRIFINI AB WRUNU.'

Endorsed—' Abjuratio Grifini filii Wronou de terra de Hembroc.'

## DLII.

## QUIT-CLAIM BY IVOR VACHAN AND HIS SONS OF TWELVE ACRES IN THE FEE OF KENFIG TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum v. vel a. IVOR VAGHAN . et filii ejus scilicet MADOCUS . LEULIN . WALEVED' . GNEYTHUR . salutem.

Noverit u. v. quod nos consilio et assensu amicorum nostrorum pro salute animarum nostrarum et pro salute omnium antecessorum et successorum meorum abjuravimus et quitum clamavimus Deo et ecclesie Sancte M. de MARGAM et m. i. D. s. totum clamium nostrum et totum jus quod habebamus de duodecim acris terre in feudo de KENEFEG . que jacent inter moram STURMY . ex aquilonari parte . et CORNELDUNE . ex parte australi . scilicet juxta vallem MEY . ex occidentali parte ejusdem vallis. Ita videlicet quod dicti monachi habeant et teneant dictam terram cum pertinentiis suis libere et quiete . et pacifice . in perpetuam elemosinam . solutam et quietam á nobis et ab omnibus heredibus nostris in perpetuum. Hiis testibus . MAURICIO clerico de LANGUNED' . RESO fratre ejus . JORVARD' ab ESPUS . JORVARD' ab GISTELARD'. GRIFFIN'. PHILIPPO. HOELO. filiis CADUGAN . WILLELMO de DUUELIN . WALTERO BAGELAN . monachis. RIERED'O. ESPUS . conversis de MARGAN . et multis aliis.

Seal, dark green wax, $1\frac{1}{4}$in. diam. Device, a seeded fleur-de-lis.

Legend—' + SIGILL' YVOR VACHAN ET FILIOR'.'

Endorsed—' Carte Ivor Vaghan et filiorum ejus.'

## DLIII.

## QUIT-CLAIM BY GRIFFIN OR GRIFID LATIMER OF HIS LAND-RIGHTS IN KIDLICOLUM TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 29.]

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris GRIFFINUS LATIMER eternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra me consilio amicorum meorum abjurasse et quitum clamasse et hac presenti carta mea confirmasse pro me et omnibus heredibus meis Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus . totum jus quod dicebam me habere in terra de KIDLICOLUM. Juravi eciam quod fidelis ero dicte domui omnibus diebus vite mee in omni loco . et bona domus custodiam et defendam pro omni posse meo ubicunque fuero. Et sciendum quod quando hoc juramentum feci dicte domui . monachi dederunt michi tantum unde potui michi emere tunicam et mantellum de burello . et lineos pannos . scilicet camisiam et braccas . non pro aliquo jure quod haberem in dicta clamatione mea . quia nullum jus inde habui . set pro fideli servitio meo quod juravi quod facerem illis . cunctis diebus vite mee. Hiis testibus . HOWELO ab MOREDUTH . WRONU ab KNAITHUR . HOWELO VAHHAN . ENIAS VAHHAN . MAURICIO fratre ejus . LEULINO ab MEURIC . HEYLIN ab YSAC . KNAITHO ab WRGAN . JOHANNE la WARE . et OSBERNO monachis . ESPUS et JOHANNE fabro conversis de MARGAN . et multis aliis.

Round seal, green wax, 1⅛in. diam. A fleur-de-lis of ornamental design.

'+ SIGILL' . GRIFID . LATIMER'.

Endorsed—'Abjuratio Griffini Latimer de terra de Kidlicolum.'

Of Griffin Latimer it is only known that he was one of those imprisoned by Richard Syward in violation of a truce, an act pleaded against Syward by Earl Richard in 1245. [DXXXV.]

## DLIV.

## ABJURATION BY MADDOCH VAHHAN TO MARGAM ABBEY OF THE MOOR OF TREIKIK.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris MADDOCHUS VAHHAN filius MADOCI ab KNAYTHO salutem in Domino.

Noveritis universitas vestra quod ego consilio et consensu amicorum meorum abjuravi et quietum clamavi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum jus et clamium quod ego vel antecessores mei habuimus vel nos habere dicebamus in mora de TREIKIK vel in aliis possessionibus dictorum monachorum . ita ut dicti monachi habeant et teneant dictam moram . et omnes alias terras et possessiones suas libere et quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus et omnibus successoribus meis qui sunt vel esse poterunt imperpetuum . sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius haberi potest vel teneri. Et ego et heredes et successores mei dictis monachis dictam quietam clamationem warentizabimus contra omnes mortales. Et sciendum quod ego affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod omnia premissa fideliter et sine dolo et malo ingenio servabo in perpetuum. Et ut premissa firmitatis robur optineant imperpetuum . presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus . WRONHU capellano de LANGUNETH . MAURICIO et RESO clericis . YORVARD ab ESPUS . YORVARD ab GISTELARD . CRADOCO ab ALEYTHUR . et multis aliis.

Endorsed—' Abjuratio Madoci Vahgan de mora Treikik.'

## DLV.

## GRANT BY ENEAWN AB WRUNO CHAM OF HIS FATHER'S LAND BETWEEN THE GARW AND THE OGMORE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus S. M. e. f. p. et f. ENEAWN filius WRUNU CHAM salutem.

Sciatis me concessisse et dedisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in elemosina totam terram que fuit WRUNU CHAM patris mei inter GARWE et VGKEMORE in bosco et plano cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis et aisiamentis . ad tenendum et possidendum libere et quiete et pacifice . sicut ulla elemosina liberius et quietius teneri potest. Et sciendum quod juravi super sanctuaria quod ego et heredes mei warentizabimus istam predictam terram sicut elemosinam nostram predictis monachis contra omnes parentes nostros imperpetuum. Hiis testibus . MEURIC filio YTHEL . ROATLATH filio YTHEL . CNAITHUR filio WILIM . CNAITHUR filio YTHEL . JOHANNE filio JUSTINI . ROATLAN filio YTHEL filii WINANWEL.

Endorsed—' Donatio Eneawn filii Wrunu Cham.'

## DLVI.

## QUIT-CLAIM BY ROBERT DE PENNARD OF LAND ON MOUNT-RALPH AND WEWORTHI TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte e. f. p. et futuris . ROBERTUS de PENNARD . salutem. Sciatis me c. et d. et p. car. conf. D. et e. S. M. de MARGAN et M. i. D. servientibus . terram quam clamavi versus WILLELMUM filium ALGERI . et uxorem ejus in MONTE RADULPHI . et in WEWORTHI . in elemosinam . ut habeant et teneant

eam libere et quiete ab omni servicio seculari . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et ego et heredes mei warantizabimus eis predictam terram . contra omnes homines. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Roberti de Pennard.'

This Mons Radulphi appears in the following deed as Raulesdune.

## DLVII.

## GRANT BY WILLIAM, SON OF ALGAR AND MARGERY, HIS WIFE, OF RAULESDUNE AND FELLEWRTHI TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancti matris ecclesie filiis presentibus et futuris WILLELMUS filius ALGARI et uxor ejus MARGERIA salutem.

Sciatis nos concessisse dedisse et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN e. m. i. D. s. totam terram nostram que dicitur RAULESDUNE et totam terram nostram que dicitur FELLEWRTHI cum omnibus pertinenciis utriusque terre in puram et perpetuam elemosinam liberam et quitam ab omni seculari servicio consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et nos et heredes nostri warantizabimus eis hec omnia contra omnes homines in perpetuum. Et hoc fecimus eis quando GALFRIDUS filius noster reddidit se religioni domus de MARGAN. H[iis testibus].

Entitled—'Carta Willelmi filii Algari et uxoris ejus Marge'.'

## DLVIII.

## GRANT BY JORDAN, SON OF ASCER, AND GENOUEVA, HIS WIFE, TO MARGAM ABBEY, OF LAND IN RAULESDUNE.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus Sancte e. f. a q. p. s. pervenerit JORDANUS filius ASCER et GENOUEFA uxor ejus salutem.

Sciatis nos concessisse et d. et h. karta conf. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. servientibus in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni servicio . consuetudine . et exactione seculari . sicut ulla elemosina liberius teneri potest . totam terram nostram super Raulesdune et totam terram nostram in Velleworthi . cum pertinentiis suis. Et nos et heredes nostri predictis monachis predictam terram warantizabimus contra omnes homines in perpetuum . sicut liberam elemosinam nostram. [1]Testibus . Johanne presbytero de Castello . magistro Radulfo Mailoc . Herberto Turkil . Gocelino . Roberto filio Willelmi . Gaufrido de Wintonia . Willelmo Sturmi et multis aliis.

Seal, red wax, $\frac{7}{8}$in. diam. Device, an antique classic profile head.

Legend—' + sigill' . iurdan . fil' . acere.'

Endorsed—'Jordan' fil' Ascer de terra sua super Raulesdune et Felleworthe.'

(1) Testibus, etc., added from the original deed, also in the Margam Collection.

## DLIX.

## CONFIRMATION BY WRNU, SON OF PHILIP, AND HIS BROTHERS KENEWRECH AND WILLIAM, TO MARGAM ABBEY, OF THEIR FATHER'S GRANT.

[Margam Charter.]

[Universis matris ecclesie filiis] ad quos p. s. pervenerit Wrnu filius . Philippi . salutem.

Notum facimus universitati vestre nos conces . . . . . . amicorum nostrorum et fratrum . Kenewrech . scilicet . et Willelmi . et presenti hac carta nostra confirmasse Deo et beate [Marie et abbati et mona]chis de Margan . totam terram quam pater meus . Philippus . dedit . illis pro x. acris et aliquantulum amplius in puram et perpe[tuam elemosinam] sicut carta ipsius testatur . et per

easdem divisas . scilicet . inter viam que vadit inter terram meam . et terram . P. de [Turbervilla . et foss]atum quod descendit . ab eadem via inter terram meam et terram . W. Scurlag' . usque ad metas in [signum positas] . in planitie ejusdem campi . versus orientem . et hinc usque ad bosculum recta linea . qui est in descen[su versus aliam v]iam que vadit inter terram meam et terram . W. Scurlag. Et insuper addidi eisdem monachis in perpetuam elemosinam . . . . . [a]cras. ii. unam et dimidiam ad septentrionalem partem . earundem acrarum procedentes recta linea usque in . . . . . divisam terre mee et terre W. Scurlag' . et dimidia jacet juxta predictas acras illi datas prius a . . . patre meo . ad orientalem partem. Testibus.

Entitled—'Confirmatio Wrnu filii Philippi de eodem et de ii. acris additis.'

## DLX.

## GRANT BY THE SONS OF CADUGAN TO MARGAM ABBEY OF THEIR FATHER'S LAND BETWEEN WALDERESTON AND HOREGRAVE.

[Margam Charter.]

[Sciant omnes] presentes et futuri quod ego Griffinus . Philippus . et Hoel . filii Cadugan . consilio et consensu parentum et ami[corum nostrorum dedimus conce]ssimus et quitum clamavimus Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus in [puram et perpetu]am elemosinam totam terram que fuit patris nostri Cadugan inter Walderestov et Horegrave . ut habeant [et teneant dicti monachi dictam terram] cum omnibus aisiamentis et pertinentiis suis . liberam et quietam ab omni servitio et seculare exactione . . . . . . [li]berius et quietius teneri potest. Et nos et heredes nostri hanc donationem nostram contra omnes homines predictis . . . . . warantizabimus in perpetuum. Et sciendum quod nos super sanctuaria predicte domus omnes

terras que sunt . . . . s predictorum monachorum tam inter AVENE et KENEFEG quam extra . abjuravimus. Hiis testibus.

Entitled—'Carta filiorum Cadugan de terra inter Walterestou ad Horegrave.' With a marginal note—'Quere inter cartas Sancti Michaelis.'

Cadugan.

Wronu. Griffin. Meuric. Philip. Howel.

## DLXI.

## GRANT BY WRONU, SON OF CADUGAN, TO MARGAM ABBEY, OF LAND BETWEEN WALDERESTON AND HOREGRAVE.

[MARGAM CHARTER.]

Universis Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris WRUNU filius CADUGAN salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN . et monachis qui ibidem Deo serviunt totam terram meam inter WALDERESTONAM et HOREGRAVAM cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano et in omnibus aliis aisiamentis suis in perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius . haberi et teneri potest. Et hanc donacionem warantizabimus eis ego et heredes mei contra omnes homines. Et ut hec donacio firma maneat . imperpetuum . sigillo meo eam munivi . et super sanctuaria juravimus ego et MEURICUS frater meus . et pater meus CADUGAN . et CANAN avunculus noster et filii sui . et filii LUARCH avunculi nostri. His testibus . domino WILLELMO de BRAUS . WALTERO de SUL[IA] tunc vicecomite de GLAMMORGAN . HELIA decano de NOVO CASTRO . JOHANNE BRUN constabulario de KENEFEG . STEPHANO clerico . OSMERO CUUIAN.

Endorsed—'Carta Wrunu filii Cadugan de tota terra sua inter Walderestonam et Horegravam.'

## DLXII.

## GRANT AS THE PRECEDING, BY MEURIC, SON OF CADUGAN.

[Margam Charter.]

Universis Sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Meuric filius Cadugan salutem.

Sciatis quod ego consilio et consensu parentum et amicorum meorum concessi et dedi et hac carta confirmavi Deo et ecclesie Sancte Marie de Margan et monachis qui ibidem Deo serviunt totam terram meam inter Walderestonam et Horegravam . cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano et in omnibus aliis aisiamentis suis in perpetuam elemosinam . ut habeant et teneant eam liberam et quietam ab omni seculari servicio et consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina haberi et teneri potest. Et hanc donacionem warantizabimus eis ego et heredes mei contra omnes homines. Et ut hec donatio firma maneat imperpetuum sigillo meo eam munivi et super sanctuaria juravimus ego et Wrunu frater meus . et pater noster Cadugan . et Canan avunculus noster . et filii sui et filii Luarch avunculi nostri. His testibus . domino Willelmo de Braus . Waltero de Sulia tunc vicecomite de Glamorgan . Helia decano de Novo castro . Johanne Brun constabulario de Kenefeg . Stephano clerico Osmero Cuuian.

Endorsed—'Carta Meuric filii Cadugan de tota terra sua inter Walderestonam et Horegravam.'

## DLXIII.

## ABJURATION BY CRADOC, SON OF RICHARD, AND HIS SONS, TO MARGAM ABBEY, OF CLAIMS IN EGLISKEYNWUR.

[Margam Charter.]

Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Cradocus filius Ricardi salutem.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu filiorum meorum scilicet . Wrony . Lewelini . Ketheri . Howeli . Griffini . Lewelini . et aliorum amicorum meorum quitum clamavi et abjuravi Deo et e. B. M. de Margan et m. i. D. s. totum clamium meum et totum jus quod dicebam me habere in terra de Egliskeynur in bosco et plano cum omnibus libertatibus et aisiamentis et pertinentiis suis . ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis et successoribus meis . sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri in perpetuum . sicut carta mea et fratrum meorum quam inde prius habuerunt . testatur. Et quia illi carte sigillum meum appositum non fuit . ideo hanc singularem cartam feci dictis monachis sigillo meo confirmatam. Et sciendum quod quando feci hanc cartam dictis monachis . ipsi dederint michi unam vaccam nomine karitatis et unicuique filiorum meorum duos solidos. Et nos omnes scilicet ego et omnes predicti filii mei juravimus super sacrosancta ecclesie de Margan . quod hanc quitam clamationem fideliter et sine dolo tenebimus et contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Abjuratio Cradoci filii Ricardi de terra de Egliskeinwir.'

Richard.
Cradoc.
Wrony. Lewelin. Ketheri Howel Griffin Lewelin.

## DLXIV.

## AGREEMENT BETWEEN MARGAM ABBEY AND KAERLION CONCERNING LAND BETWEEN THE TAF AND DUFLEIS.

[Margam Charter.]

Compositio inter domum de Margan et domum de Kairleon.

In nomini patris et filii et spiritus sancti Amen. Convenit inter domum de Margan et domum de Kairleon super terris et pasturis inter Taf et Dufleis

propinquiorem . quod domus de MARGAN adquiret sibi in proprietatem vel ad firmam quicquid sibi adquirere poterit de FRANCIS et ANGLIS . domus de KAIRLEON nichil nisi communem pasturam et pratum et terram DUC de feudo DOGEFEL et burgagia infra villam quotcunque eis data fuerint. Item domus de KAIRLEON ádquiret sibi in proprietatem vel ad firmam quicquid sibi adquirere poterit de WALLENSIBUS . domus de MARGAN nichil nisi communem pasturam et boscum infra predictos terminos.

Teste LUCA monacho et RICHERO monacho de MARGAN . YSAAC . KNAITHERO monachis de KAIRLEON . JORDANO . ERNALDO conversis de MARGAN . ROLLANO . RANDULFO . WASTELIO . KADRODO conversis de KARLEON.

The Dufleis or Dubleis is thought by some not to be the Dowlais, a tributary of the Ely, near Llantrissant. but a brook of that name which flows into the river Rhymney, near Cardiff. Dogefel is probably the manor of Roath Dogfield, which however lies east of Cardiff, and between the Taff and the Rhymney. The distinction between acquisitions from the French and the English, that is the invaders, and the Welsh is remarkable

A similar agreement was arrived at between the same Houses as regarded the land between the Nedd and the Taph. Rotheni Mawr in that agreement is evidently the greater Rhondda, Ilyrwennnworgan the well known common of Hirwaun Wrgan, and Magna Pola, the great pool there, all of which lie about the head waters of branches of the Taff and the Nedd.

For the Agreement dated 1203 see CCLXXXIV., see also DLXXX.

## DLXV.

## GRANT BY THE SONS OF KEDIC AND MADOC SON OF MEURIC OF LAND IN THE FEE OF AVAN TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus p. s. v. vel a. PHILIPPUS . MADOC . YTHENERD filii KEDIC . et MADOCUS filius MEURIC . salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos spontanea voluntate . et consensu unanimi dedisse concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie b. M. de MARGAN et m. i. D. s. in liberam et perpetuam elemosinam totum illud pratum cum marisco quod jacet inter WALDAM ANGLORUM ex occidentali parte in feodo de AVENE . et pratum WRONU GOGH ex orientali. Habens pullam ab

aquilonari parte transfluentem terram dictorum monachorum . ab australi vero concluditur terra arabili de Meles . Necnon et totum illud pratum quod fuit Clevyn in eodem feodo quod jacet inter pratum filiorum Alaytho ab occidentali parte . et waldam predictorum monachorum ab orientali . ab australi vero terram arabilem de Meles. Et ab aquilonari parte fossa terminatur aquaria eorundem monachorum media quidem existente inter terram arabilem et dictum pratum. Que quidem prata cum dicto marisco patres nostri Kedic scilicet et Meuric frater ejus dictis monachis dederunt et carta sua confirmaverunt . solvendo inde nobis et heredibus nostris annuatim quadraginta denarios ad Pascha quos dicti monachi dictis Kedic et Meuric reddere consueverunt pro omni servicio . consuetudine . et seculari exactione. Hanc autem donationem nostram et confirmationem tam nos quam heredes nostri dictis monachis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In cujus rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus . Madoc ab Griffud . Lowarc ab David . Oweno . Reso . et Madoc filiis Alaytho . Meuric Gogh . Wronu ab Ythel et multis aliis.

Four seals, in dark green wax, all pointed ovals, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{3}{4}$in.

1. A rude fleur-de-lis.

Legend—‘ + s’ . PHILIPPI . AB . KHEDIHK.’

2. A bent bow, with an arrow upon the string pointing to the proper right.

‘ + SIGILL’M . MADOC . AB KEDIC.’

3. An elegantly-designed flower.

‘ + s’ I . . . . . . D . AB . KEDIC.’

4. A sort of lily.

Legend—‘ + s’ . MADOC . AB . MEUR.’

Endorsed—‘ Carta filiorum Kedic . et Meuric . de pratis in marisco de Avene’; added—‘ cum ejusdem ffinibus.’

## DLXVI.

## GRANT BY PHILIP DE CORNELY OF IRON AND LEAD MINES ON THE WEST OF THE ROAD FROM NEW-TOWN TO CORNELY TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris . Philippus filius Willelmi de Cornely salutem in Domino.

Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu Amabilie uxoris mee . et heredum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi monachis de Margan totam mineram ferream et plumbeam in terra mea que jacet in orientali parte magne vie que vadit de Nova Villa usque ad villam Walteri Louel que vocatur Cornely. Et si contigerit quod minera illa predicta in dicta terra defecerit concedo predictis monachis ut per totum feodum meum dictam mineram sine aliqua contradictione quandocunque eis placuerit requirant et inventam habeant . Concedo etiam dictis monachis liberum ingressum et egressum cum bigis et quadrigis ad eandem. Ita sane quod nullus alius decetero per me seu per heredes meos ad mineram fodiendam in toto feodo meo sine predictorum monachorum consensu . consilio . et bona voluntate admittetur . reddendo inde mihi et heredibus meis annuatim unum par cyrothecarum vel unum denarium ad Pascha pro omni servitio . consuetudine . et demanda . et hoc quamdiu dictam mineram querunt et habere volunt. Et ego et heredes mei dictam donationem dictis monachis fideliter et sine dolo contra omnes homines et feminas warantizare tenemur et warantizabimus imperpetuum. Pro hac autem donatione et concessione mea xx[ti.] solidos sterlingorum dicti monachi dederunt mihi quando eis hanc meam feci cartam. Et ut hec meo donatio et concessio in posterum firmitatis robur optineat presenti meo scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Philippi de Cornely de minera ferrea que est in terra sua.'

## DLXVII.

## CONFIRMATION BY GRUNU, SON OF PHILIP, OF HIS FATHER'S GRANT OF LAND TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 46.]

Omnibus Sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Grunu filius Philippi salutem.

Notum facimus universitati vestre nos concessisse consilio et consensu amicorum nostrorum et fratrum Kenewrec . scilicet . et Willelmi . et presenti hac karta nostra confirmasse Deo et beate Marie et monachis de Margan totam terram quam pater meus Philippus dedit illis pro x. acris et aliquantulum amplius in puram et perpetuam et liberam elemosinam per omnia sicut karta ipsius testatur . et per easdem divisas . scilicet inter viam que vadit inter terram meam et terram Pagani de Turberville . et fossatum quod descendit ab eadem via inter terram meam et terram Willelmi Scurlagg' . usque ad metas in signum positas in planicie ejusdem campi versus orientem . et hinc usque ad bosculum recta linea qui est in descensu versus aliam viam que vadit inter terram meam et terram Willelmi Scurlagg' . et insuper addidi eisdem monachis in perpetuam elemosinam liberam et quietam acras duas . unam et dimidiam ad septentrionalem partem earundem acrarum pertendentes recta linea usque in fossam que est juxta divisam terre mee . et terre Willelmi Scurlagg' . et dimidia jacet juxta predictas acras illis datas prius á patre meo ad orientalem partem. Testibus Helia clerico . Kenewrec et Willelmo fratribus meis . Willelmo cellerario de Margan . Godefrido monacho . Waltero magistro de Lantgewi . fratre Ricardo . fratre Petro conversis de Margan . et aliis pluribus.

Pointed oval seal, red wax, $2\frac{1}{8}$in. by $1\frac{1}{4}$in. A dexter hand and vested arm, issuing from the right, grasping a lance flag; between two stars in the chief part and two slipped trefoils in the base.

'+ SIGILL' GRUNU FILII PHILIPPI.'

Endorsed—'Confirmatio Grunu filii Philippi de x. acras quas pater ejus dedit nobis . et donatio ipsius de acris duobus.'



## DLXVIII.

## GRANT BY MEURICH AB WRONU CHOT OR CHOC OF LAND IN AVEN MARSH TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 D. 21.]

Sciant presentes et futuri quod ego MEURICH ab WRONU CHOT ex consensu et assensu uxoris mee et aliorum amicorum meorum pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum c. et h. p. carta m. c. D. et e. B. M. d. MARGAN e. m. i. D. s. in perpetuam elemosinam totum pratum meum in marisco de AVENE quod jacet inter pratum ALAYTHO . et pratum KEDICH . ut habeant et teneant de me et heredibus meis vel assignatis imperpetuum libere . et quiete . et in pace . sicut ulla elemosina potest liberius teneri et haberi. Reddendo michi et heredibus meis vel assignatis ad festum Sancti MICHAELIS annuatim sexdecim denarios pro omni servicio . accione . et demanda. Et ego et heredes mei vel assignati warantizabimus predictum pratum dictis monachis contra omnes mortales imperpetuum. Et ut hec mea concessio et confirmacio imperpetuum stabilis . et rata . et inconcussa permaneat . presenti scripto sigillum meum apposui . Hiis testibus . PHILIPPO ab MORGAN . CRADOCO ab MADOC . MEURICH ab WILIN . RESO ab ROGER . LEWARH ab DAUID . PHILIPPO HEYWARD . et multis aliis.

Round seal, red wax, $1\frac{1}{4}$in. diam., a rosette of eight leaves, seeded.

'+ SIGILL' . MEURICH . GOUH'

Endorsed—'Carta Meurish Choc de prato in Marisco de Avene.'

## DLXIX.

## DECLARATION BY RES AB GRIFFIN AB IVOR THAT HE HAS TAKEN MARGAM ABBEY UNDER HIS PROTECTION.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant omnes p. et f. quod ego RESUS filius GRIFFIN . ab YVOR . suscepi in custodiam et protectionem meam domum de MARGAN . et omnes res et posses-

siones ejusdem domus custodiendas et defendendas sicut res meas proprias et non sustinebo quod aliquis hominum meorum vel aliorum qui in terra mea manere . vel ad eam redditum habere voluerit predicte domui molestiam faciat injuriam vel gravamen. Et si contigerit aliquas res ejusdem domus . vel predam in terram meam devenire . ego compellam ipsos malefactores omnes res suas restituere . sicut voluerint pacem meam habere. Et si contigerit aliquem hominem meorum habere querelam erga prefatam domum . non permittam ei propter hoc fieri aliquam violentiam . aut gravamen . set ipsa querela coram me . justo judicio terminabitur . Et ego juravi et affidavi me fideliter et absque dolo hec omnia servaturum prefate domui in perpetuum . Hiis testibus.

Entitled—'Carta Resi filii Griffini.'

## DLXX.

## GRANT BY RUATHLAN AND ENNIAUN, SONS OF ROBERT SON OF ENNIAUN, OF ALL THE LAND OF ROSSAULIN TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Carta Ruathlan et Enniaun filiorum Roberti filii Enniaun de Rossaulin.

Omnibus s. ec. f. p. et f. Ruathlan et Enniaun filii Roberti filii Enniaun salutem.

Sciatis nos concessisse et dedisse et hac carta confirmasse D. et ec. S. M. de Margan . et m. qui i. D. s. in elemosinam totam terram de Rossaulin cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano in pratis et pasturis et in omnibus aliis aisiamentis et rebus suis ad habendum et tenendum libere et quiete ab omni servicio et consuetudine et exaccione seculari sicut ulla elemosina liberius haberi et teneri potest. Et hoc totum warantizabimus eis contra omnes homines in perpetuum.

Hiis testibus . Wrunu filio Ithenardi . Cnaithuro filio Cradoci . Waltero de Sancto Hylario . Enniaun Penbul . Generiz filio Roberti filii Enniaun.

The pedigree is :—

Enniaun=

Robert=

Ruathlan — Enniaun. — Generiz

(See DCCCXXXIV.)

## DLXXI.

## QUIT-CLAIM BY THE SONS OF RUATHLAN AB WRGI OF LAND AT ROSSAULIN TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Carta Ivor et Tudir et Kenwrec filiorum Ruhatlan ab Wrgi.

Sciant o. h. c. v. vel a. quod ego Ivor . et Tudir . et Kenwrec filii Ruathlan ab Wrgi consilio et as[s]ensu patris nostri Ruathlan et aliorum amicorum nostrorum concessimus et quitum clamavimus totum jus nostrum et clamium quod habuimus erga monachos de Margan de terra que appellatur Aberclæudac . et Gogonev . apud Rosaulin ita quod neque nos . neque heredes nostri predictis monachis pro eadem terra aliquando gravamen aut calumpniam inferemus. Et sciendum quod nos coram domino G.[1] archidiacono . et capellano de Breghen[oc] . eandem terram super sanctuaria abjuravimus in perpetuum . et in hujus rei testimonium sigilla ejusdem archidiaconi . et domni officialis de Breghen[oc] cum sigillo nostro huic scripto apposuimus.

Hiis testibus.

Wrgi

Ruhatlan

Ivor. — Tudir. — Kenwrec.

(1) This is Giraldus Cambrensis, the historian of Wales, who occurs as Archdeacon of Brecknock, A.D. 1175, and was nominated Bishop of St. David's in 1199, but not consecrated.

## DLXXII.

## GRANT BY JOHN, SON OF WRONU, THE PHYSICIAN, OF LAND IN THE FEE OF BONEWILESTON TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

CARTA JOHANNIS WRONUTH DE UNA ACRA TERRE.

Sciant p. et f. quod ego JOHANNES filius WRONU medici d. et c. et h. p. c. m. confirmavi D. et ec. B. M. de MARGAN et monachis i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam unam acram terre arabilis in feodo de BONEWILESTON'. que extenditur in longitudine ab a quilone versus austrum . in parte orientali habens terram meam . et in parte occidentali terram dictorum monachorum . in parte vero aquilonari terram WRONU WACHAN . et in parte australi terram predictorum monachorum. Tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi in perpetuum . libere quiete . et pacifice ab omni vexacione seculari et demanda . sicut ulla elemosina liberius et quiecius teneri et haberi potest. Et ego predictus JOHANNES filius WRONU et heredes mei predictam acram terre predictis monachis contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donacio et concessio et h. p. c. m. confirmacio rata permaneat et stabilis in perpetuum . presenti scripto sigillum meum apposui.

Hiis testibus . domino WALTERO de SULLIA . WILLELMO FLANDRENSI . PHILIPPO le SOR . WRONU WACHAN de PENDUUELIN . JOHANNE SPRINGEL de BONEWILESTON' . ROBERTO de ANNE . THOMA filio RICARDI . et multis aliis.

The 'mansio' of Wronu medicus is mentioned in the grant of Cecilia de Bouvill. DXXIX. Wronu Wachan ab Wronu occurs in an abjuration. CCCLXXVI. See also in advance.

## DLXXIII.

## 'VIDIMUS' BY THE BISHOPS OF LANGRES AND ROSKILD, OF A PRIVILEGE GRANTED BY POPE INNOCENT IV. TO THE CISTERCIANS, PROBABLY WITH REFERENCE TO MARGAM.

[Margam Charter.] 11 April. 1251.

Innocentius episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis . abbati Cisterchi ejusque coabbatibus Cisterciensis ordinis . salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper duxerimus statuendum ut exempti quantacumque gaudeant libertate nichilominus tamen ratione delicti seu contractus aut re de qua contra ipsos agitur . rite possint coram locorum ordinariis conveniri . et illi qnoad hec suam in ipsos jurisdictionem prout jus exigit exercere . vos dubitantes ne per constitutionem hujusmodi libertatibus et immunitatibus vobis et ordini vestro per privilegia et indulgentias ab apostolica sede concessis prejudicari valeat nobis humiliter supplicastis . ut proinde super hoc indempnitati vestre paterna sollicitudine curaremus. Quia vero ejusdem ordinis sacra religio sic vos apud nos dignos favore constituit ut nobis nocivum existat vos ab omnibus per que vobis possent provenire dispendia immunes libenti animo preservare auctoritate vobis presentium indulgemus ut occasione constitutionis hujusmodi nullum eisdem libertatibus et immunitatibus imposterum prejudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Lugduni . iiij. nonas Marcii. Pontificatus nostri anno octavo. [4 Mar. 1251.]

Nos Guido Lingonensis . et Jacobus Roskildensis . Dei gratia episcopi vidimus et diligenter inspeximus . Privilegium domini Innocentii Pape . Quarti non cancellatum . non abolitum . non abrasum . sed verbo ad verbum continens omnia superius expressa secundum quod in presenti pagina continetur. In cujus

rei testimonium presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Auctum anno domini Mo. ducentesimo . quinquagesimo . primo . feria tercia infra octabas Pasche.

Pointed oval seal, green wax, imperfect.

Obverse—About $2\frac{1}{2}$in. by $1\frac{3}{4}$in. A bishop standing, with mitre and crozier; in the field on the right hand a fleur-de-lis.

'S' GUIDON . . . . . .'

Reverse—$1\frac{1}{4}$in. diam. The bishop, kneeling in prayer, to the right; on the field, GUI . . . . .

'+ S' SECRE[T]U EP . . . . . . . . .'

Endorsed—Quod nova constitutio domini . I. pape nullum prejudicium generet immunitatibus et libertatibus nostris.'

See Douët d'Arcq., *Collection de Sceaux*, No. 6,621

Guido de Rochefort was Bishop of Langres, in France. A.D. 1250—1266.

Roskild is the seat of an ancient bishopric in Denmark

## DLXXIV.

## AGREEMENT BETWEEN THOMAS, ABBOT OF MARGAM, AND SYMON LE VIHC, WHO PLEDGES FOR TWENTY-EIGHT YEARS 'LA LONGELAND' IN HURTINGHAM, FOR EIGHT MARKS, TEN SHILLINGS.

[MARGAM CHARTER.] MICHAELMAS, 1252.

Anno gratie . Mo. cco. Lo. IJo. in festo Sancti MICHAELIS facta fuit hec convencio inter dominum THOMAM abbatem de MARGAM et ejusdem loci conventum ex parte una . et SYMONEM le VIHC . ex altera . videlicet quod idem SYMON invadiavit dictis abbati et conventui . totam terram suam que vocatur LA LONGELONDE et jacet in campo qui vocatur HURTINGHAM . extendens se in longitudine versus australem partem super terram HENRICI le HEORT . et versus borealem partem super terram ROBERTI de REODHAME . et in latitudine inter terras dictorum

abbatis et conventus usque ad terminum viginti octo annorum . proximo sequentium plene completorum . pro octo marcis et decem solidis esterlingorum . quas dicti abbas et conventus dicto Symoni in sua urgenti necessitate accommodaverunt. Tenendam et habendam totam predictam terram per totum predictum terminum dictis abbati et conventui de dicto Symone et heredibus suis . libere et quiete bene et in pace. Reddendo inde annuatim per totum dictum terminum sibi Symoni et heredibus suis dicti abbas et conventus unum denarium argenti . in festo Sancti Michaelis pro omnibus serviciis . sectis . querelis et secularibus demandis tam regalibus quam aliis ad dictam terram pertinentibus. Dictus vero Symon et heredes sui totam predictam terram per totum dictum terminum . memoratis abbati et conventui et eorum successoribus contra omnes mortales warantizabunt. Et sciendum quod in fine dicti termini . dictus Symon vel heredes sui dictam pecuniam dictis abbati et conventui plenarie persolvent antequam dictam terram recipiant . exceptis duodecim denariis qui dicto Symoni vel heredibus suis de dicta pecunia singulis annis per idem tempus relaxabuntur . Ut autem hec convencio fideliter et sine dolo teneatur . partes huic cyrographo bipartito sigilla sua alternatim apposuerunt. Hiis testibus . Domino Nicholao Poynz . domino Alexandro de Cheverel . Petro Croc . Henrico de Stokes . Mauricio de Cumpton' . Henrico de Werkesbur' . Gileberto le Specier . et aliis.

Seal, brown wax, pointed oval. 1$\frac{1}{4}$in. by $\frac{3}{4}$in. Device—A bird, reguardant. Legend—' + S' SIMON . LE WIHC' (?)

Endorsed—' Carto Simonis le vie de Langelonde.'

## DLXXV.

## LEASE BY SIMON LE VIKE OF LA LONGELOND FOR FOURTEEN YEARS TO MARGAM ABBEY, RENT ONE PENNY, AND FIFTY-SIX SHILLINGS BEFOREHAND.

[MARGAM CHARTER.] MICHAELMAS. 1252.

Anno Domini Mo. cco. quinquagesimo secundo in festo etc. . . . . [*ut supra*] . . . . THOMAM abbatem . . . . [*ut supra*] . . . . SYMONEM le VIK . . . . [*ut supra*] . . . . SYMON tradidit ad firmam dictis abbati et conventui unam terram que vocatur LONGELOND que jacet [*ut supra*] inter terram dictorum abbatis . . . [*ut supra*] . . . usque ad terminum quatuordecim annorum proximo sequentium plene completorum. Tenendam et habendam . totam predictam terram per totum predictum terminum de me SYMONE et heredibus meis memoratis abbati et conventui libere et quiete bene et in pace. Reddendo inde singulis annis mihi SIMONI et heredibus meis dicti abbas et conventus unum denarium argenti in festo Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis et demandis tam regalibus quam aliis. Pro hac autem conventione et traditione dederunt michi SIMONI dicti abbas et conventus quinquaginta et sex solidos esterlingorum pre manibus . Quare ego SIMON et heredes mei totam predictam terram predictis abbati et conventui per totum predictum terminum contra omnes mortales warantizabimus. Ut autem hec conventio et traditio per totum terminum firmitatis robur optineat . huic scripto ad modum cyrographi confecto et inter partes diviso singna parcium alternatim sunt appensa. Hiis testibus . Domino N. POYNZ . domino ALEXANDRO de CHEVERELL . PETRO CROC de OLVESTON . HENRICO de STOKES . MAURICIO de CUMPTONE . GILEBERTO clerico . GALFRIDO de AWEL' . et aliis.

Seal gone.

Endorsed—'Cyrographum Symonis le Vik de una acra,' and 'Langelonde.'

## DLXXVI.

## GRANT BY WRONU BIL TO MARGAM ABBEY OF LAND AT GRETHULLE.

[MARGAM CHARTER.]

FEAST OF SS. FABIAN AND SEBASTIAN. 20 JAN. 1253.

Noverint universi presens scriptum visuri vel audituri quod ego WRONU BIL invadiavi duas acras terre mee . abbati et conventui de MARGAN pro decem solidis . que jacent in eminentiori loco montis que dicitur GRETHULLE . videlicet inter terram dictorum abbatis et conventus de MARGAN versus austrum et terram WILLELMI clerici filii ALEXANDRI . habendam et tenendam ad terminum . viginti annorum libere . quiete . et pacifice cum omnibus pertinenciis illis . et aysiamentis solvendo michi vel heredibus meis singulis annis ad Pascha unum denarium quamdiu dictam terram tenuerint. Et sciendum quod si ego vel heredes mei dictam terram ad terminum prefixum non acquietaverimus . dicti abbas et conventus eandem terram libere possidebunt . donec dicti decem solidi a me et vel heredibus meis eisdem plenarie fuerint persoluti. Hoc insuper considerato quod si dicti abbas et conventus aliquo modo dictam terram melioraverint . ego vel heredes mei cum eandem acquietaverimus pro recompensatione melioracionis eis respondebimus . Facta autem fuit hec convencio anno Domini . M°. cc°. quinquagesimo tercio . In festo beatorum FABIANI et SEBASTIANI coram WALTERO LUVEL . THOMA GRAMUS . PH. de CORNELY . WILLELMO FRANKELEIN . PH. clerico . WALTERO ACELIN. In cujus rei testimonium ego predictus . WRONO BIL presenti scripto sigillum meum apposui.

Seal in dark wax, as in the other charter by W. Bil.

Endorsed—'Carta Wronu Bil de duabus acris terre,' also 'Kenefige.'

## DLXXVII.

## SALE BY MAURICE GRAMUS TO MARGAM ABBEY OF LAND AT GOYLAKE FOR ONE HUNDRED SHILLINGS AND A YEARLY RENT.

[Harl. Charter, 75 C. 15.] 1253.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Mauricius Gramus salutem in domino.

Noverit universitas vestra me pro manibus accepisse a domino abbate de Margan et ejusdem loci conventu . anno domini m°· cc°· l°· tertio centum solidos argenti . pro quatuor acris terre et dimidia cum pertinentiis. Quarum due jacent juxta terram Henrici Baret . in orientali parte . et que jacent juxta terram Hugonis juvenis . in occidentali parte. Et extendunt se omnes dicte quatuor acre in longitudine a magna via usque ad Goyelake. Dimidia vero acra jacet inter terram monachorum de Margan quam habuerunt ex dono Hugonis Gramus fratris mei . et terram Thome Gramus in longum usque Goyelake. Ita videlicet quod dictus abbas et conventus reddent mihi vel heredibus meis inde annuatim quatuor denarios ad Pascha . quamdiu predictam terram tenuerint. Quod si ego vel heredes mei dictam terram aliquando revocare voluerimus . predicto abbati et conventui de centum solidis plenarie satisfaciemus. Domini regis vel comitis aliqua prohibitione non obstante. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Waltero Luuel . Thoma Gramus . et Rogero Gramus fratribus meis . Thoma de Cornely . Philippo Alexandro . Willelmo Frankelein . Philippo clerico . Johanne Witard . et multis aliis.

Seal, red wax, as in 75 C. 14.

Endorsed—‘ Carta Mauricii Gramus . de centum solidos.’

## DLXXVIII.

## THE PAWNING FOR TEN YEARS BY PHILIP, SON OF DAVID, TO MAURICE GRAMUS OF LAND IN POLLARDESSLADE.

[Harl. Charter, 75 B. 44.] 4 April. 1253.

Sciant presentes et futuri quod ego Philippus filius David burgensis de Kenefeth consilio assensu et consensu heredum meorum impignoravi Mauricio Gramus genero meo anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio in die Sancti Ambrosii episcopi quatuor acras terre arabilis in Pollardesslade pro decem marcis sterlingorum. Que quidem quatuor acre simul et integre jacent inter acram predicti Maurich ex parte aquilonari . quam donavi eidem cum Johanna filia mea in liberum maritagium. Et portendunt in latitudine usque ad acram terre Willelmi filii Herberti ex parte australi. Si vero ego vel heredes mei infra decennium vel saltem in fine decimi anni dictam pecuniam decem marcarum eidem Mauricio vel ejus heredibus vel assignatis non persolverimus a die illo et deinceps predictus Mauricius et heredes sui vel assignati dictas quatuor acras terre . absque omni reclamatione mea vel heredum meorum qui sunt . vel esse poterunt . libere possideant . quiete et pacifice. Reddendo michi . et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati unum par albarum cirothetarum annuatim ad Pascha pro omni exactione seculari et demanda. Et ut hec mea concessio et conventio rata stabilis et inconcussa permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Waltero Luuel . Thoma Gramus . Philippo clerico . Philippo Alixandro . Willelmo le Ffrankeleyn . Ada Hosmer . Nicholao Noreys . et multis aliis.

A round seal in brown wax, 1in. diam. Device—A quatrefoil.

Legend—' + s' philippi david.'

Endorsed—' Carta Mauricii Gramus de quatuor acris terre in Pollardesslade et facit mencionem de Philippo filio David.'

## DLXXIX.

## GRANT BY WALTER LUVEL, OF MINERALS WITHIN HIS LAND TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

St. Mary Magdalene's Day, 1253.

Sciant p. et f. q. e. Walterus Luuel consilio et assensu A. uxoris mee et heredum meorum . dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et e. B. M. de M. et m. i. D. s. omnimodam mineriam ferri et plumbo in tota terra mea ubicunque inventa fuerit . aut inveniri poterit . habendam et possidendam in perpetuum. Reddendo inde michi annuatim et heredibus meis . quamdiu dicta mineria uti voluerint . cultrum et vomerem ad carucam meam ad Pascha . pro omni exactione seculari servitio . vel demanda. Concessi etiam eisdem liberum ingressum et egressum cum bigis et quadrigis . ubicunque in dicta terra mea aliquam mineriam duxerint fodiendam. Ita plane quod nulla in posterum ecclesiastica secularisve persona sine assensu et voluntate dictorum monachorum in eadem terra . aliquam . sibi fodere mineriam liceat. Pro hac autem donatione mea dederunt michi dicti monachi duo quarteria frumenti . circa festum Sancte Marie Magdalene . quando hec carta facta fuit . anno domini . m°. cc°. l°. tercio. Et sciendum quod ego et heredes mei dictam donacionem dictis monachis contra omnes mortales in perpetuum sine fraude vel dolo warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio firmitatis robur optineant in futurum . presenti scripto sigilli mei apposui impressionem . Hiis testibus.

Entitled—'Carta Walteri Luvel de mineria ferrea terre sue.'

## DLXXX.

## RATIFICATION BY THE GENERAL CHAPTER OF CITEAUX, OF AN AGREEMENT BETWEEN THE ABBOTS OF MARGAM AND CAERLYON, RESPECTING COMMON OF PASTURE AT HYRWENWORGAN.

[Harl. Charter, 75 A. 6.] 1253.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris. Frater B[onifatius] dictus abbas Cisterciensis totusque conventus abbatum capituli generalis rei geste noticiam cum salute.

Universitati vestre presentibus innotescat quod nos sententiam a venerabilibus coabbatibus nostris de Bildewas de Bruera et de Kyngeswode judicibus a capitulo generali constitutis in causa que vertebatur inter abbatiam de Margan ex una parte et abbatiam de Kerlyon ex altera rite ac judicialiter latam prout inferius continetur partibus presentibus ac consentientibus auctoritate dicti capituli duximus roborandam.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris . de Bildewas . de Bruere . de Kyngeswode abbatibus salutem in domino sempiternam. Quoniam quecumque a mortalibus geruntur nisi ad posterorum memoriam litterarum diligentia scripto commendentur ceca oblivione perire dinoscuntur universis presentibus et futuris que per nos auctoritate capituli generalis inter domos de Margan et Kerlyon sentencialiter terminata sunt presenti scripto propalare decrevimus. Cum enim ad peticionem abbatis de Margan dati fuissemus judices a capitulo generali super communa pasture de Hyrwenworgan, unde nobis liquido constabat per retroacta alias hinc motam fuisse questionem et eandem amicabili concordia per compositionem inter partes factam fuisse sopitam . Sed eam postea ex parte dictorum abbatis et conventus de Kerlyon minus integre observatam . Nos convocatis rite partibus in ecclesia cathedrali Wygornie anno domini m° cc° l° tercio, feria secunda post clausum Pasche,

propositis utrimque proponendis, testibus admissis et attestacionibus puplicatis, cartis et scriptis inter partes confectis, lectis, et sane intellectis, assidentibus nobiscum venerabilibus patribus de DORA de TINTERNA abbatibus necnon et aliis discretis nostri ordinis personis dictam controversiam auctoritate capituli generalis qua fungebamur in hac parte per sententiam diffinitivam cum nullatenus licet per nos plurimum esset elaboratum amicabilem posset finem sortiri hoc modo terminavimus. Primo scilicet irrefragabiliter censuimus compositionem inter dictas domos anno domini M°. CC°. IIJ°. de dicta pastura et possessionibus aliis factam perpetuis fore temporibus inviolabiliter observandam. Secundo quod abbas et conventus de MARGAN dicta pastura de HYRWENWORGAN omnibus anni temporibus die no[c]tuque ubique libere et pacifice cum omni genere animalium utantur. Et ut litis in posterum tollatur occasio, dicte commune terminos per has divisas facta prius inde diligenti inquisicione per viros religiosos et fidedignos duximus h[oc modo de]clarare videlicet a magna pola ubi WRELECH oritur per aquam de WRELECH tendendo usque in fluvium de NETH versus septemtrionem, et per fluvium de NETH tendendo versus orientem usque ad REDEVAYN et a RE[DEVAYN] usque ad fines BRECONIE et inde versus austrum tendendo usque ad rivulum CANAN et per rivulum CANAN usque de ABERDAR et ab ABERDAR directe versus occidentem usque ad PUTHLADAR et a PUTHLADAR usque ad cilium montis, et per cilium montis directe tendendo versus occidentem usque ad predictam magnam polam. Quicquid infra hos terminos continetur dictis abbati et conventui de MARGAN in communem pasturam adjudicavimus exceptis mansioni et bosco de BOLCHOYTH et centum acris eidem mansioni contiguis in loco dumtaxat abbati et conventui de MARGAN minus nocenti, et unica tantum domo apud ESTUNWRELECH in qua nullus maneat religiosus nec aliqua ibi excepta tantum trium acrarum quantitate, circa eandem domum fiat clausura. Tercio quod sepes fossata clausure et alia quelibet edificia per ipsos de KERLYON constructa preter prenominata penitus amoveantur. Quarto et ultimo quod si aliquis monachus vel conversus dictorum domorum contra hanc sentenciam

venire presumpserit sine omni excusacione et dilacione a[u]ctoritate ordinis a domo propria penitus emittatur; non reversurus nisi de licentia capituli generalis. Et ut hec sentencia diffinitiva firmitatis robur optineat imperpetuum nos eam in scripto redactam sigillorum nostrorum impressione roboravimus. Antedictis vero judicibus committit iterato capitulum generale eisdem firmiter injungendo ut sicut in dicta causa super principali laudabiliter processerunt: ita super accessoriis videlicet super expensis factis et dampnis illatis domui de Margan ejusdem auctoritate capituli juris ordine observato procedant prout fuerit procedendum facientes quod decreverint per censuram sordini irrefragabiliter observari. Quod si omnes hiis exequendis interesse non poterint: duo ea nichilominus fideliter exequantur. Datum Cisterchi anno domini M°. CC°. L°. IIJ°. tempore capituli generalis.

Fine round seal, green wax, 1⅝in. diam. The Abbot of Cîteaux, three-quarters length, with book and crozier.

'+ SIGILLVM . ABBATIS . CISTERCIENSIS.'

[Birch, *Catal. of Seals in Brit. Mus.*, Vol. V., No. 18,526.]

The Wrelech has no name in the ordnance map, but is evidently indicated by the names of Blaen Gwerelech and Ystin Gwerelech upon a small stream near Pont Walby, and Aber Gwerlech at the junction of the same stream with the Nedd. In fact, the boundaries are pretty much those of the common at this day. The mansion and wood of Bolchoyd may be Bolgoyth, or Bolgoed, a property near Hirwain-Wrgan, known now as Hirwain, above the town of Aberdare. The Conan, or Cwnon, is the river which receives the Dare at the town of Aberdare.

## DLXXXI.

## INSPEXIMUS BY THE ABBOTS OF TINTERN AND DORE OF LETTERS FROM THE GENERAL CISTERCIAN CHAPTER TO THE ABBOT OF STRATA-FLORIDA, ORDERING HIM TO ENFORCE THE SENTENCE PRONOUNCED IN A CAUSE BETWEEN THE ABBEYS OF MARGAM AND CAERLION.

[Harl. Charter, 75 D. 11.]

Morrow of the Day of the Eleven Thousand Virgins. 22 Oct. 1253.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris fratres J. de Thinterna . St[ephanus] de Ðora dicti abbates salutem in Domino eternam.

Noverit dilectio vestra nos quasdem literas a capitulo generali dompno abbati de Strata-Florida in presentia nostra transmissas inspexisse anno domini m°. cc°. l°. tertio . in Alba Domo sub hac forma.

In crastino undecim milium virginum. Ffrater B. dictus abbas Cisterciensis totusque conventus abbatum capituli generalis . dilecto in Christo coabbati suo de Strata-Florida salutem et scinceram in Domino caritatem.

Cum sententia diffinitiva inter domum de Margan et Kerlion filiam vestram per venerabiles de Buildwas . de Brueria . et de Kyngeswde . abbates rite ac juditialiter lata . a capitulo generali approbata sit et confirmata . dilectionem vestram benigne rogamus vobis tenore presentium mandantes quatinus dictam sententiam a filiis vestris dicte domus personis auctoritate nostre inviolabiliter faciatis observari. Ne quod absit de ipsis aliquid rebellionis seu tergiversationis contra dictam sententiam factam nobis de cetero querulosa insinuatione debeat presentari . tantum super premissis fatientes ut diligens executio vestra in hac parte merito debeat commendari. Valete. Datum apud Cistercium anno

Domini M°. CC°. L°. tertio tempore capituli generalis. In cujus rei testimonium huic scripto patenti sigilla nostra apposuimus. Valete.

A mere fragment of the seal.

Endorsed—' Execucio commissa abbati de Strata-Florida ex parte capituli generalis.'

## DLXXXII.

## THOMAS GRAMUS PAWNS SIX ACRES OF LAND AT GOYLAKE, ETC., TO MARGAM ABBEY, FOR TEN SILVER POUNDS, AND A YEARLY RENT OF SIXPENCE.

[MARGAM CHARTER.] INVENTION OF HOLY CROSS. 3 MAY. 1254.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . THOMAS GRAMUS salutem in domino.

Noverit universitas vestra me pre manibus accepisse a domino abbate de MARGAN et ejusdem loci conventu . Anno domini M°. CC°. L°. quarto . in festo Invencionis sancte Crucis . decem libras argenti pro sex acris terre mee cum pertinenciis. Quarum acrarum tres jacent juxta illam acram quam dicti monachi prius de me habuerunt . habentes ex parte occidentali terram THOME RUSSEL . et in longitudine se extendunt a rivulo de GOYLAKE usque ad magnam viam que tendit de KENEFEG usque ad CATTEPUTTE. Due vero jacent in illa cultura que vocatur DEUMAN propinquiores illi vie que tendit a domo mea usque ad magnam viam . que tendit de KENEFEG ad prenominatum CATTEPUTTE. Exceptis tribus acris meis interjacentibus. Et in longitudine se extendunt a dicto rivulo de GOYLAKE usque ad sepedictam magnam viam. Sexta autem jacet in australi parte de GOYLAKE juxta terram dictorum monachorum et se extendit in longitudine a terra WALTERI LUUEL . que dicitur HEUEDAKER . usque ad dictum GOYLAKE . in occidentali parte habens terram meam. Reddendo michi et heredibus meis inde annuatim sex denarios ad festum omnium sanctorum quamdiu predictam terram tenuerint. Ita tamen quod si ego vel heredes mei dictam terram revocare

voluerimus . predicto abbati et conventui de decem libris sterlingorum plenarie satisfaciemus . Domini Regis vel comitis aliqua prohibicione non obstante. In cujus rei testimonium . huic scripto sigillum meum apposui.

His testibus . Waltero Luuel . Philippo de Cornely . Willelmo filio Alexandri clerico . Willelmo Frankeleyn . Philippo clerico et multis aliis.

Endorsed—' Carta Thome Gramus de x. libris.'

Seal in red wax, as in No. DLXXXIII. See also Nos. DXCVI. and DCX.

## DLXXXIII.

## GRANT BY THOMAS GRAMUS OF LAND BETWEEN GOYLAKE AND KENEFEG, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.] Whitsunday. 31 May, 1254.

Sciant p. et f. q. e. Thomas Gramus consilio et assensu heredum meorum et aliorum amicorum meorum dedi et concessi . et hac presenti carta mea confirmavi . Deo et ecclesie B. M. de Margan . e. m. i. D. s. sex acris libere terre mee quarum tres jacent juxta illam acram quam dicti monachi prius de me habuerunt . habentes ex parte occidentali terram Thome Russel et in longitudine se extendunt a rivulo de Goylake usque ad magnam viam que tendit de Kenefeg usque ad Catteputte. Due vero jacent in illa cultura que vocatur Deumay propinquiores illi via que tendit a domo mea ad magnam viam que tendit de Kenefeg ad prenominatum Catteputte. Exceptis tribus acris meis interjacentibus. Et in longitudine se extendunt a dicto rivulo de Goylake usque ad sepedictam magnam viam. Sexta autem jacet in australi parte de Goylake juxta terram dictorum monachorum et se extendit in longitudine a terra Walteri Luvel que dicitur Heuedaker . usque ad dictum Goylake . in occidentali parte habens terram meam . In puram et perpetuam elemosinam libere et quiete pacifice et integre cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus sicut ulla elemosina liberius et melius dari potest absque omni exactione et demanda. Ego vero Thomas et

heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes mortales warantizabimus imperpetuum. Et ut hec mea donacio et concessio facta anno domini Mº· ccº· Lº· quarto . in die Sancto PENTECOSTES . firma et inconcussa permaneat . imperpetuum presenti scripto sigillum meum apposui. His testibus . WALTERO LUVEL . PHILIPPO de CORNELY . WILLELMO filio ALEXANDRI clerico . WILLELMO FRANKELEYN . PHILIPPO clerico et multis aliis.

Seal in dark wax.

Endorsed—'Carta Thome Gramus de sex acris terre.'

## DLXXXIV.

## CERTIFICATE BY THE BISHOP OF LLANDAFF: THAT THE VICARS OF CHURCHES APPROPRIATED TO THE PRIORY OF MONMOUTH BEAR THE ORDINARY CHARGES OF SUCH CHURCHES.

[MADOX, FORMULARE ANGLICANUM, p. 7.] 9 JUNE, 1254.

Universis CHRISTI fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit . Frater I. miseratione divina LANDAVENSIS ecclesiæ minister humilis æternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra, quod cum esset hæsitatum, an prior et conventus de MONEMUTA honera ordinaria consueta, ecclesias quas in diocesi LANDAVENSI tenent in proprios usus contingentia, sustinere tenerentur . vel vicarii earundem ecclesiarum; tandem nobis constitit legitime, tam per confessionem dictorum vicariorum, quam per testimonium fide dignorum, eosdem vicarios et eorundem successores omnia honera prædicta agnoscere debere, et pro dictis religiosis omnibus ordinariis super præmissis respondere. In cujus rei testimonium, has literas nostras eisdem religiosis fecimus et concessimus patentes. Datas apud BERGAVENY die MARTIS proxima post festum beatæ TRINITATIS. Anno gratiæ M. CC. L. quarto.

Bishop John de Ware, formerly Abbot of Margam, 1253—1256

Trinity Sunday in 1254 was 7th June.

## DLXXXV.

## MEMORANDUM OF A LEASE OF LAND BY MARGAM ABBEY, TO THE THREE SONS OF WILLIAM GEUENOHT OF KENFIG.

[MARGAM CHARTER.] 1255.

§ Memorandum . Quod anno domini M$^{o.}$ CC$^{o.}$ L$^{o.}$ quinto . tres filii WILLELMI GEUENOHT de KENEFEG receperunt quandam terram de nobis usque ad terminum xxx$^{a.}$ annorum. Reddendo annuatim quatuor denarios ad festum Sancti MICHAELIS. Quorum cyrographum cum cartis istis habetur.

This memorandum is endorsed upon one of the Margam charter rolls.

## DLXXXVI.

## ACQUITTANCE BY YVO DE KIBWORTH, KING'S SERJEANT, TO THE ABBOT OF MARGAM, FOR MONEY DUE TO THE JEWS.

[HARL. CHARTER, 75 C. 26.]

SS. PETER AND PAUL. 29 JUNE. 29 HENRY III. 1255.

Omnibus CHRISTI fidelibus has literas visuris vel audituris YUO de KIBWORTH serviens domini Regis salutem in domino.

Noverit universitas vestra me recepisse anno regni Regis [HENRICI][1] filii Regis JOHANNIS tricessimo nono de abbate de MARGAN duas marcas . et dimidiam pro CRESS' filio MILL' . et duas marcas pro SAMPSONE filio MAUGERI JUDEIS . in die apostolorum PETRI et PAULI pro SIMONE le VIC . qui in dictis marcis dictis JUDEIS tenebatur . et ideo erit dictus abbas quietus et solutus de districcione pertinente ad marcas in isto scripto prenominatas . videlicet illas quas dictus abbas pacavit dictis JUDEIS pro SIMONE le VIC. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.

(1) Omitted in MS.

## DLXXXVII.

## MEMORANDUM OF THE AGREEMENT BETWEEN THE ABBEYS OF MARGAM AND KARLYUN, RESPECTING BOLGOED AND HYRWEN-WURGAN.

[Harl. Charter, 75 A. 37.] 1256.

C . O . N . P . O . S . I . C . I . O.

Memorandum quod anno domini M°. CC°. L°. sexto in octabis Sancti Laurencii martyris apud Christi Ecclesiam facta est hec finalis concordia et amicabilis composicio inter abbatem et conventum de Margan ex parte una . et abbatem et conventum de Karlyun ex altera . super quadam controversia inter ipsos exorta de assignacione et limitacione centum acrarum terre eisdem abbati et conventui de Karlyun . per tenorem sentencie diffinitive . per venerabiles de Byldewas de Brueria . et de Kyngeswode abbates auctoritate capituli generalis inter partes judicialiter late in contiguo loco mansionis sue de Bolgoyth . in pastura de Hyrwenwurgan concessarum : videlicet quod cum eas secundum quod oportuit ibidem habere non possent ; memorati abbas et conventus de Margan pro bono pacis et litis in posterum occasione tollenda . pro dictarum centum acrarum recompensacione . viginti acras terre in contiguo loco de Redvayn dictis abbati et conventui de Kerlyun in quoscumque suos usus proprios eas convertere voluerint una cum dictis mansione sua et bosco de Bolgoyth et unica domo cum trium acrarum clausura tantum . apud Estymwereleh . nullo ibidem religioso manenti in futuro . perpetuis temporibus libere possidendas concesserunt. Quas quidem viginti acras fossandi . claudendi . necnon et domos per vim sentencie prefate dirutas reerigendi . secundum quod eas prius habuerunt ibidem si voluerint : plenam in posterum habeant facultatem . tenore ejusdem sentencie seu compositionum inter partes confectarum . non obstante aliquatenens in hac parte. Ita tamen quod abbas et conventus de Margan toto residuo dicte communis pasture de Hyrwenwurgan omni tempore anni in

perpetuum die noctuque ubique libere et pacifice cum omni genere animalium utantur infra has divisas subscriptas . videlicet a magna pola ubi WERELEH oritur tendendo usque in fluvium de NETH versus septemtrionem . et per fluvium de NETH tendendo versus orientem usque ad REDEVAYN . et a REDEVAYN usque ad fines BRECHON' et inde versus austrum tendendo usque ad rivulum CANAN . et per rivulum CANAN . usque ad ABERDAR . et ab ABERDAR . directe versus occidentem . usque ad PULTHADAR . et a PULTHADAR . usque ad cilium montis . directe tendendo versus occidentem usque ad predictam magnam polam. Ceteris omnibus fossatis clausuris et edificiis in dicta pastura factis vel constructis per ipsos de KARLYUN penitus amovendis . nec aliquibus aliis preter prenominata ibidem . per eosdem imposterum construendis. Hoc nichilominus supradictis adjecto . quod si quis monachus vel conversus dictarum domorum contra hanc quod absit finalem concordiam et compositionem amicabilem aliquomodo venire presumpserit . omni occasione excusacione et dilacione postpositis . a domo propria penitus emittatur . non reversurus nisi de licencia capituli generalis. Tenore nichilominus dicte sentencie et compositionum inter dictas domos jam dudum confectarum . in ceteris omnibus preterquam in premissis in suo robore inviolabiliter persistente inperpetuum. Et ut hec finalis concordia et composicio amicabilis firmitatis robur optineat imperpetuum . dictarum domorum abbates una cum venerabilibus de FLEXLEYA . de TYNTERNA . de NETH . de ALBA DOMO . et de STRATA FLORIDA . abbatibus presens scriptum sigillorum suorum impressionibus duxerunt roborandum.

Six seals, of the Abbot of Margam, and the five abbots mentioned in the final clause.

See No. DLXXX

## DLXXXVIII.

## GRANT BY WILLIAM SACH, OF LAND IN SWANSEA TO WILLIAM COLE, SON OF JOHN COLE.

[Margam Charter.] Circa A.D. 1256.

Sciant p. e. f. q. e. Willelmus Sach dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Cole filio Johannis Cole . totam terram illam quam emi de Ricardo Maderun jacentem extra villam de Sweynise inter terram Sancti Johannis que vocatur Breymiskeyl ex parte boriali et terram Boloch ex parte occidentali et quandam moram ex parte orientali et australi . pro quindecim solidis argenti mihi pre manibus persolutis. Habendum et tenendum de me et heredibus meis dicto Willelmo Cole et heredibus suis vel suis assignatis libere quiete bene et in pace jure hereditario in perpetuum . cum medietate cujusdam prati et aliis pertinentiis et aysiamentis dicte terre pertinentibus. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse Willelmus et heredes sui vel sui assignati unum denarium argenti vel unum par albarum cerothecarum ad festum beati Michaelis pro omni servitio seculari exactione et demanda. Et ego Willelmus Sach et heredes mei totam dictam terram cum medietate prati prout prenominatum est prefato Willelmo Cole et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas imperpetuum warantizabimus et defendemus. Et quia volo quod hec mea donacio concessio et hujus carte mee confirmatio rata sit et stabilis imperpetuum . presentem cartam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus . Johanne de Landiltwyt tunc senescallo Goherie . Ada Cnoyl tunc preposito Ville de Sweynes' . Willelmo de Neth . Henrico de Bucigham . Waltero Claudo . Philippo Scurlag . Hugone Arcer . Philippo Gruffit . Mauricio Palmero . et aliis.

Seal gone.

Endorsed—'Carta Willelmi Sahe de terra quam vendidit Willelmo Cole juxta Brimmiesk.'

## DLXXXIX.

## CERTIFICATE OF THE CHAPTER OF LLANDAFF TO HENRY III., OF THE ELECTION OF WILLIAM DE RADNOR TO THE SEE.

[MARGAM CHARTER.] 28 JULY. 40 HENRY III. 1256.

Excellentissimo domino suo HENRICO Dei gratia illustri Regi ANGLIÆ . domino HIBERNIE . etc . Capitulum ecclesie LANDAVENSIS salutem in domino sempiternam . et orationes in CHRISTO cum devotione.

Defuncto bone memorie JOHANNE quondam LANDAVENSI episcopo, nobis de solita clementia vestra per literas vestras patentes liberam vestri gratia concessistis eligendi facultatem. Nos autem Deum habentes præ oculis salubri concilio literarum vestrarum firmiter ut decuit inherentes invocata Spiritus Sancti gratia de unanimi assensu et voluntate omnium fratrum nostrorum magistrum WILLELMUM de RADNORE thesaurarium nostrum, virum discretum et honestum, egregie literatum, Deo et ecclesie devotum, regie majestati vestre humiliter inclinatum, et rei publice, per Dei gratiam, valde profuturum, in temporalibus cautum, in patrem elegimus et pastorem, celsitudini vestre, quam conservet et augeat Altissimus, humiliter supplicantes et devote quatinus dicte electioni nostre regium assensum pie prebere dignemini. Nec moleste ferre velitis, si placet, quod preces vestras ad presens exaudire nequivimus. Cum ille qui nunc instinctu Spiritus Sancti duximus eligendum a puerili etate sua nobis cognitus existit, et inter nos laudabiliter et continue conversatus fuerit in ecclesie nostra . quæ semper clericos de gremio suo cujuslibet ecclesie (dummodo digni extiterint) in electionibus celebrandis cæteris clericis duxit preferendos. Propter quod devotissime petimus ne predicto facto nostro quod, ut speramus, a Deo processit, in aliquo, quod Deus avertat, moveri aut turbari velitis, sed potius, si placet, processui

nostro canonico congratulari dignemini. Valeat et crescat regia potestas vestra semper in domino.

Datum anno domini MCCLVI. v. Kal' Aug'.

See also the 'Litteræ Certificatoriæ capituli Landaviæ electionis Willelmi de Radnore in episcopum Landavensem.' (Bundela Petitionum et Certif. anno 40 Henry III., in Turre London'. In B. Willis' *Survey of Llandaff*, f. 114.)

## DXC.

## MEMORANDUM OF A LEASE BETWEEN MARGAM ABBEY AND MICHAEL TOSARD.

[MARGAM CHARTER.] 1257.

Memorandum quod anno domini M°· CC°· L° septimo MICHAEL TOSARD recepit a nobis duas partes unius messuagii . cum orto uno et crofto et una acra terre. Reddendo inde annuatim nobis duos solidos videlicet ad festum Sancti MICHAELIS XII. denarios et ad Pascha XII. denarios.

The memorandum is endorsed upon one of the charter rolls of the abbey.

For the lease based upon this memorandum, see No. DCXXXIV., but it is dated in 1267, ten years later. There was also a Michael Tusard, who held one-sixth of a knight's fee in Llantwit at the partition of the de Clare estates, about 1316 There was also a Henry Thusard, whose name may be mis-spelt, who was clerk to William, Earl of Gloucester, who requires the abbot and convent of Margam to allow him to erect a church at Kenfig, upon certain specified conditions (CX.). William Tosard was upon a Llantwit jury in an extent of that manor, about 1262-6, and he witnessed a charter by a Hugh Sigin, granting land in Sigenston to Maurice Pincerna

## DXCI.

## GRANT BY JOHN WYTARD OF THREE AND A HALF ACRES OF LAND [IN KENFIG] TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 D. 23.] ST. BENEDICT'S DAY 21 MAR. 1257.

Omnibus CHRISTI fidelibus presentibus et futuris ad quos presens scriptum pervenerit JOHANNES WYTARD burgensis de KENEFECH eternam in domino salutem.

Noveritis me anno domini M<sup>o.</sup> CC<sup>o.</sup> L<sup>o.</sup> septimo in die Sancti BENEDICTI abbatis donasse Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus tres acras terre mee arabilis et dimidiam cum pertinentiis. Quas quidem tres acras et dimidiam ab eisdem monachis per cartas tenui unde et pro salute anime mee easdem cartas in manus eorum resignavi . dicte terre pro me et heredibus meis renuntiando in perpetuum. Quod si uxor mea me supervixerit quicunque heres meus fuerit de alia terra mea ipsam dotabit. Ita quod dicti monachi prenominatam terram ex libera donacione mea quietam et integram habeant in perpetuum. Et ut hec mea donacio et concessio rata et inviolabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . PHILIPPO de CORNELY . THOMAS GRAMUS . PHILIPPO clerico . WILLELMO le FRANKELEYN . HUGONE COGH et aliis.

Seal, pointed oval, 1½in. by 1in., in green wax. Device — An ornamental or arabesque flower.

Legend—' + S' . JOHANNIS . WITARD.'

Endorsed—' Carta Johannis Witard de tribus acris terre et dimidia.'

## DXCII.

## CYROGRAPH BETWEEN PHILIP DE CORNELY AND MARGAM ABBEY CONCERNING AN EXCHANGE OF LAND AT THE SANCTUARY OF CORNELI CHAPEL.

[MARGAM CHARTER.] 1257.

Omnibus CHRISTI f. a q. p. s. p. innotescat . Quod hec est conventio facta inter dominum abbatem et conventum de MARGAN ex parte una . et PHILIPPUM de CORNELY ex parte altera . videlicet quod dicti abbas et conventus concesserunt prenominato PHILIPPO et heredibus suis perpetuo habendam . totam terram suam pertinentem ad sanctuariam capelle de CORNELI. Que quidem terra jacet ex parte meridionali juxta terram WALTERI filiis ANSELMI . et extenditur in longitudine

usque ad locum quo dicitur ‘duodecim acre’ pro perpetua excambia terre predicti PHILIPPI . que jacet juxta terram dictorum abbatis et conventus de MARGAN. Et incipit a terra que dicitur . TANGESTELLOND . et extendit in longitudine juxta magnam viam usque ad locum que dicitur . ORCHARDESCROFT . ex parte meridionali. Quam quidem terram sepedictus PHILIPPUS et heredes ejus . sepedictis abbati et conventui de MARGAN quiete et pacifice . et integre perpetuo possidendam contra omnes homines warantizabunt . et si contigerit sepedictum PHILIPPUM ante uxorem suam nomine AMABLE in fata decedere . heres sepenotati PHILIPPI quicunque fuerit . de terra sua quam a dictis abbati et conventu in excambia accepit . vel de alia sua terra . eam dotabit. Ita quod dicti abbas et conventus terram eis excambiatam perpetuo possidebunt . libere . quiete . et pacifice . et integre . et eam sine omni contradictione poterunt qualicumque clausura voluerint claudere . et ut propriam in omnibus meliorare. Facta autem fuit hec convencio . anno domini Mo. cco. Lo. septimo . circa festum Sancti BENEDICTI . que ut stabilis et rata permaneat imperpetuum . hujus scripti cirographati . partes mutuas sigilli sui impressione pars mutua roboravit. Hiis testibus . domino DANIELE SIWARD . WILLELMO le FLAMMANG . PHILIPPO de NERBER . et MAURICIO fratre ejus . J. le NOREIS . et WILLELMO fratre ejus . THOMA GRAMMUS et aliis.

Endorsed—‘Cirografum Philippi de Corneli de excambio cujusdam terre.’

North and South Cornely or Cornelau are villages in the parish of Pyle, a short distance east of Kenfig. There was a chapel of Cornely granted to Tewkesbury by William, Earl of Gloucester, and confirmed by Bishop Nicholas of Llandaff, 1153—1183. The two were called parishes (See No. MCCCCL.) probably inaccurately. The manor of Cornely was held in 1597 by Jenkin Turberville of Penllyne. North Cornely was held of the lord, in the lordship of Kenfig, in free socage and fealty at a quit rent. Corneldune occurs in the charters as near Sturmy Moor.

Thomas de Cornely gave ten acres in Cornely to Neath before 1208. His name frequently occurs as a witness about 1253—1258. There occur also Ælward and Wronu de Cornely. Philip was party in 1257 to an exchange with Margam of land near the chapel, and with the consent of Amabilie, his wife, he granted his minerals of iron and lead at Cornely to Margam. Maurice occurs in 1264

William de Corneli, of Cornely.
|
Philip de Cornely=Amabilie.

The earliest record of the name Cornely is that of William, which occurs between 1149—1183. Bishop Nicholas, 1153—1183, confirms to Tewkesbury its Glamorgan benefices, including ‘Capella de Corneli que

est Villa Thom,' [CXXXVI.], possibly so called from Thomas de Cornely, who witnessed various Charters from 1187—1200, and who gave to Neath the ten acres of arable land in his fee of Cornely. This gift was confirmed by King John in 1208 [CCCXVIII.].

William de Corneli may have been a son of Thomas. He occurs chiefly as a witness to Charters connected with Margam or its neighbourhood from 1202 to 1300—1321, so that there may have been two of the name, probably father and son.

Then occurs Philip, son of William de Corneli, who witnesses a convention between Margam and W. Frankelein; and again in 1257. He occurs also in 1253, 1258, 1261-62, and in 1257 was himself party to a convention with Margam concerning an exchange of lands, his wife Amabel was then living. He gave Margam the lease of iron and lead mines in Corneli. Maurice Corneli was living in 1264 and 1283.

## DXCIII.

## AGREEMENT BETWEEN MARGAM ABBEY AND WILLIAM FRANKELEIN, CONCERNING A LEASE OF LAND AT GOYLAKE.

[Harl. Charter, 75 A. 38.] 1258.

### CIROGRAPHUM.

Hec est convencio facta inter abbatem et conventum de Margan ex una parte recipientem . et Willelmum Frankelein tradentem ex altera . videlicet quod dictus Willelmus dictis abbati et conventui invadiavit unam acram terre sue cum pertinenciis . tenendam et habendam a festo Sancti Marche ewangeliste anno domini m°. cc°. quinquagesimo octavo usque ad finem triginta annorum continue subsequentium . pro una marca argenti sibi ab eisdem premanibus pacata . que scilicet jacet inter has divisas et se extendit in longum versus Goylake ex parte australi . et ex parte boreali versus La Schilue . et in latum jacet inter terram Henrici Vachan . ipsam vicinam habens ex parte occidentali . ex parte vero orientali terram dicti abbatis et conventus. Et sciendum quod si dictus Willelmus vel heredes sui dictam acram post dictum terminum acquietare voluerint: dictam marcam cum custo melioracionis ejusdem terre dictis abbati et conventui restituent. Singulis tamen annis per terminum prefatum de dicta marca nomine redditus duo denarii remittantur. Et dictus Willelmus vel heredes sui dictam acram cum pertinenciis dictis abbati et conventui per totum

dicti temporis spacium contra omnes mortales warantizabunt. Hanc vero convencionem sine dolo ex utraque parte tenendam fidei caucione prestita et sigillorum suorum impressionibus presens scriptum in modum cyrographi confectum et inter se divisum alternatim munierunt. Hiis testibus . THOMA GRAMMUS . PHILIPPO de CORNELI . MAURICIO GRAMMUS . THOMA RUSSEL . WALTERO HEREBERT et aliis.

Pointed oval seal bearing the figure of the Abbot of Margam with crozier and book. Between a crescent and star on each side.

Legend—'. . . . . . MA . . . . . .'

Frankelein, or Franklin, is a name of early and continual occurrence in the western part of the county about Cornellan, and in Gower. William Frankeleyn of Goylake, is party to a convention with Margam, in 1258, and occurs as late as 1267, chiefly as a witness to local charters, especially those connected with the family of Gramus, with whom the Frankeleyn's seem to have intermarried. Others as Adam, John, and, William, held land at Bonvilleston, and Thomas, Henry, John, Matthew and Robert occur in Gower about 1641

John Frankelein Hên was of Parc-le-Braose. Thomas was Abbot of Margam in 1450, and confirmed a donation to the abbey in Caerwiggan.

The Gower branch migrated recently and still remain at Clemenston. Another branch settled in Carmarthenshire, of whom Walter practised in the Marches Court at Ludlow; and Thomas was Rector of Charlton, in Hants, in 1685.

Harl. Charter 75 A. 39 is the counterpart, with the seal of William de Bonevile used by William Frankelein. See Birch, *Hist. of Margam Abbey*, p. 190.

## DXCIV.

## EXCHANGE BY GILBERT DE TURBEVILLE OF LANDS IN NEWCASTLE WITH MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

DAY BEFORE ST. BARNABAS' DAY. 10 JUNE. 1258.

Sciant presentes et futuri quod hec est conventio facta inter dominum GILEBERTUM de TURBEVILE . ex parte una . Et dominum abbatem et conventum de MARGAN ex parte altera . videlicet . quod predictus GILEBERTUS dedit in escambia dictis abbati et conventui duas acras terre in perpetuum . habendas et

tenendas libere . et quiete in feodo de NOVO CASTELLO . que jacent juxta viam publicam que tendit de KENEFEC versus KEYRDIF. Et incipiunt a dicta via et parte aquilonari . ubi fons oritur qui WYTEWELLE nominatur . Et extendunt se in longitudine usque ad semitam ex parte australi . In latitudine vero jacent inter terram THOME CRADOC ex parte orientali . et terram WILLELMI GODMON ex parte occidentali . Pro duabus acris perpetuo habendis et tenendis libere et quiete de dictis abbate et conventu que jacent in eodem feodo de NOVO CASTELLO . quarum una jacet in longitudine juxta sepes de LAGELESTON' . dictis sepibus proxima preter unam acram quam tenet relicta PHILIPPI DUNNING . a prenominatis abbate et conventu . Et incipit a parte orientali et exteudit se in longitudine in partem occidentalem juxta dictas sepes . Et in latitudine habens terram dictorum abbatis et conventus in parte aquilonari et australi . altera vero acra jacet in feodo de TETHEGESTOWE . Ultima de terra WALTERI LAGELES . in parte aquilonari . et incipit a via publica ex parte orientali et extendit se in longitudine versus TORRES. Facta autem fuit hec conveucio . anno domini M° CC°. L°. octavo . pridie ante festum Sancti BARNABE. Que ut stabilis rata . et inviolabiliter in perpetuum permaneat . mutuis partibus hujus scripti . in modum cirographi confecti . mutua sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus . ROBERTO de CANTVLUPO . JOHANNE filio WILLELMI . WILLELMO le DENEYS . RICARDO le NOREYS . WRONU ab CRADOC . et aliis.

Round seal, dark green wax, imperfect. 1½in. diam. A knight, wearing a surcoat, flat-topped helmet, shield of arms: a chevron (?) ; riding on a horse galloping to the right. In his right hand a sword, with the left he holds a horn to his mouth. Fine work.

'+ SIGI . . . . . . BERTI . . . . . . . . . . . . . . .

Endorsed—'Cyrographum Gilberti de Turbervilla de excambio duarum acrarum.'

## DXCV.

## JEWAN AB GWEYR AND HIS SONS ACKNOWLEDGE THEIR TRESPASSES AGAINST MARGAM ABBEY AT EGLISKEINWIR OR LLANGEINOR, AND AGREE TO SUBMIT TO EXCOMMUNICATION IF THEY BREAK THEIR AGREEMENT.

[MARGAM CHARTER.]

FEAST OF SS. PETER AND PAUL. 29 JUNE. 1258.

Omnibus CHRISTI fidelibus p. et f. ad quos presens scriptum pervenerit.

JEWAN ab GWEYR . et filii ejus . MADOC ab JEWAN . GWEYR ab JEWAN . JEWAN VACHAN . eternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra quod propter diversas et graves querelas sedandas . quas adversum nos habuerunt dominus abbas et conventus de MARGAN . super diversis et gravibus dampnis . a nobis sibi illatis . In blado et pratis . pascuis . et nemoribus . quas quidem querelas et injurias . perpetuo nobis condonarunt . anno domni M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. octavo circa festum beatorum apostolorum PETRI et PAULI . abjuravimus in perpetuum totam terram dictorum abbatis et conventus . de MARGAN tam apud EGLESKEYNWYR quam alibi. Ita quod nunquam terram eorum nos . vel homines nostri . nec heredes nostri . vel homines eorum intrabimus cum averiis nostris per vim vel fraudem ad eam depascendam . Eo quod nullum jus in eorum terra habere nos protestamur. Et insuper juravimus quod terras eorum et bona mobilia et immobilia tanquam veri fratres ejusdem domus pro posse nostro contra alios defendemus. Si vero contigerit averia nostra vel hominum nostrorum sive heredum nostrorum vel hominum suorum terminos dictorum abbatis et conventus ullo termino contra presentem cartam nostram intrare . volumus et concedimus ut pacifice et sine omni contradictione et molestia inparcentur. Quod si ausu temerario contra patrie consuetudinem imparcamentum ipsorum prohibuerimus obligamus nos et heredes nostros ad

dandum per singula capita quorumlibet animalium . quorum deforciaverimus imparcamentum monachis de MARGAN pro tedio et dampno sibi illatos unum obolum per vices singulas. Volumus autem quod si nos vel heredes nostri predicte forme fuerimus transgressores . dominus episcopus LANDAVENSIS qui pro tempore fuerit . absque strepitu judiciali nos seu heredes nostros sententie excommunicationis et interdicti supponat . donec dictis monachis una cum expensis quas circa hoc negocium fecerint . plenarium jus fecerimus . et si aliquem nostrum infra sententiam mori contigerit . volumus et concedimus . ut sepultura cimiterii ei denegetur. In cujus rei testimonium ego JEWAN ab GWEYR pro me et heredibus meis in perpetuum obligandis . in curia de LANGUNYTH presenti scripto sigillum meum apposui. Et quia prenominati filii mei sigilla non habebant . ad peticionem et instanciam nostram . ad majorem faciendam securitatem dominus WILLELMUS de RADENOURE . tunc LANDAVENSI episcopus . huic carte nostre sigillum suum apposuit . una cum sigillis domini archidiaconi LANDAVENSIS . et WILLELMI SCURLAG' . tunc constabularii de LANGUNYTH. Hiis testibus . GRIFFITH ab RES . RES VOEL . MADOC VACHAN . LEWELIN ab ANHAROUD . CRADOC ab JAREUETH . WRONU ab JAREUEDH . et WILLIM ab JAREUETH et aliis.

Three seals in dark wax.

1. A fragment about an inch diameter. Device, a star of eight rays, its alternate rays having a sort of trefoiled head.

Legend—'. . . . . .AN . AB . G. (JEWAN AB GWEYR).'

2. A foliated bracket, with feet only of the Archdeacon of Llandaff, all the rest broken off.

3. A crescent enclosing a martlet looking to the proper left, and below it a star.

Legend—' + S' WILL'I SCURLAG.'

Endorsed—'Carta Jewan ab Gweyr et filiorum ejus de Egleskenwryh et si offenderit sepultura cimiterii ei denegetur.'

## DXCVI.

## IMPAWNMENT BY CYROGRAPH, BY THOMAS GRAMUS TO MARGAM ABBEY, OF LAND BETWEEN GOYLAKE AND LANGELONDE, FOR FORTY YEARS, FOR A LOAN OF TEN MARKS; FOUR-PENCE YEARLY RENT ACCRUING TO ONE MARK AT THE END OF THE TERM IN REDUCTION OF THE LOAN.

[MARGAM CHARTER.]

SUNDAY AFTER EASTER. 31 MARCH. 1258.

Hec est conventio facta inter abbatem et conventum de MARGAN ex parte una et THOMAM GRAMUS ex altera videlicet quod idem THOMAS inpignoravit dictis abbati et conventui per decem marcas ad tempus quadraginta annorum totam terram suam et longum et latum infra hos terminos scilicet quicquid terre continetur inter rivulum qui dicitur GOYLAKE ipsum rivulum habens ex parte australi et terram que vocatur LANGELONDE ex parte septentrionali . et ex parte orientali terram que quondam fuit HENRICI BARATH . ex parte vero occidentali terram ALICIE GRAMUS. Totam hanc terram infra dictas divisas cum omnibus pertinenciis et libertatibus inpignoravit memoratus THOMAS dictis abbati et conventui ut supradictum est . excepta una acra terre quam WILLELMUS FRANKELEYN de ipso tenet infra easdem divisas. Et sciendum quod singulis annis per terminum dictorum quadraginta annorum remittentur. IIIJ^or^. denarii nomine redditus de antedictis decem marcis. Ita quod si dictus THOMAS vel heredes sui post dictos quadraginta annos dictam terram acquietare voluerint . novem marcas juxta rationem pecunie recepte et remisse dictis abbati et conventui restituent. Dictus vero THOMAS et heredes sui dictam terram . cum pertinenciis suis toto predicto tempore supradictis abbati et conventui contra omnes mortales warantizabunt. Facta est autem hec conventio anno domini M^o^. CC^o^. quinquagesimo octavo in octabis Pasche. Et ut hec conventio firmitatis robur optineat . dicti

abbas et conventus . et dictus THOMAS presens scriptum in modum cyrographi confectum sigillis suis roboraverunt. Hiis testibus . WILLELMO FRANKELEYN . PHILIPPO de CORNELI . MAURICIO GRAMUS . THOMA de CORNELI . DAVID WASMEYR et aliis.

Seal in dark green wax. A fleur-de-lis.

'+ SIGILL' . THOME . GRAMUS.'

Endorsed—'Cyrographum Thome Gramus de quadam terra inter Langelonde et Goyelake.'

## DXCVII.

## GRANT BY THOMAS GRAMUS TO MARGAM ABBEY OF HALF AN ACRE BETWEEN GOYLAKE AND LANGLOND.

[MARGAM CHARTER.] 1258.

Sciant p. et f. q. e. THOMAS GRAMUS consensu et assensu heredum meorum . anno domini M$^{o}$. CC$^{o}$. L$^{o}$. octavo dedi e. e. h. p. e. m. e. D. et e. S. M. de M. et m. i. D. s. dimidiam acram terre quam ALICIA GRAMUS quondam de me emit et tenuit quam quidem dimidiam acram a predicta ALICIA redemi. Et jacet in longitudine inter GOYLAKE extendens se usque ad terram que dicitur LANGLOND . et ex utraque parte in latitudine habet terram dictorum domini abbatis et conventus quam de me tenent. Tenendam et habendam cum illa terra que dicitur SCULUE de me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam adeo libere et quiete sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et ego et heredes mei predictam terram eisdem contra omnes homines warantizabimus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . PHILIPPO de CORNELY . WILLELMO le FRANKELEYN . PHILIPPO clerico . MAURICIO GRAMUS . THOMAS de CORNELY et aliis.

Endorsed—'Carta Thome Gramus de dimidia acra terre cum illa terra que dicitur Scilua.'

## DXCVIII.

## MANDATE FROM HENRY III. TO RICHARD DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER, TO PREVENT LEWELLYN AP GRIFFITH FROM CARRYING OUT A MARRIAGE FOR MARGARET, HIS SISTER, WHICH IS LIKELY TO DAMAGE THE KING.

[COTTON MSS. NERO C. III. f. 191, art. 3.]

27 MARCH. 42 HENRY III. 1258.

HENRICUS . Dei gratia Rex ANGLIE dominus HIBERNIE . Dux NORMANNIE . AQUITANIE et comes ANDEGAVIE . Dilecto et fideli suo . RICARDO de CLARE comiti GLOUCESTRIE et HERTFORDIE salutem.

Quia ex relatu quorundam intelleximus quod LEULINUS filius GRIFFINI proponit maritare MARGARETAM sororem suam in loco quo nobis inde dampnum posset suborriri (*sic*) . vobis mandamus rogantes quatinus omnem diligenciam quam poteritis adhibeatis ut ipsam penes vos habere possitis . et cum ipsam habueritis . eam salvo custodiatis pro quo diligenciam vestram et industriam commendare debeamus. In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud WESTMONASTERIUM XXVIJ$^{o.}$ die Martii . anno regni nostri XLIJ$^{o.}$

## DXCIX.

## GRANT BY WILLIAM DE BONAVILLA TO MARGAM ABBEY OF THE LAND OF THE TEMPLARS.

[HARL. CHARTER, 75 B. 17.] CIRCA 1260.

Omnibus sancte ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit WILLELMUS de BONAVILLA filius JOHANNIS de BONAVILLA salutem. Sciatis me concessisse et hac carta confirmasse Deo et ecclesie Sancte MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam XL. acras terre arabilis quas de TEMPLARIIS tempore patris mei tenuerunt reddendo illis annuatim pro omni servicio consuetudine et exactione XL. denarios. Has XL.

acras si ego de TEMPLARIIS dirationare potero concessi et confirmavi predictis monachis imperpetuum tenendas et habendas de me et heredibus meis libere quiete et pacifice et plenarie sicut antea de TEMPLARIIS tenuerunt. Scilicet reddendo mihi et heredibus meis annuatim pro omni servicio XL. denarios. Hiis testibus . HEREBERTO de Sancto QUINTINO . WILLELMO de LONDON' . WALTERO de SULIA . RICARDO FLAMANG . WILLELMO de CANTELO . RICARDO sacerdote de BONAVILLA . magistro RADULFO MAILOC . JOHANNE TORSI . et multis aliis.

Seal of pale red wax, slightly oval, $\frac{7}{8}$in. by $1\frac{1}{8}$in. In the centre the impression of a gem bearing the holy lamb and banner, the badge of the Templars.

Legend—' SIGILLVM WILL'I DE BONEVILLA.'

This Charter is attested by five of the earliest and most prominent of the followers of Fitz Hamon: St. Quintin, de Londres, de Sully, Fleming, and Cantilupe; de Londres being quite at their head in both wealth and importance [see No. CLX.], St. Quintin and Cantilupe, cadets of great English families, and Sully and Fleming in the first rank of the local Baronage. For St. Quintin see No. CCXCI.

William de Cantilo, or Cantilupe, bore a name very widely known throughout the Welsh Marches; but the actual connexion of the family of Gower and Cantilupeston with the Barons Cantilupe and the canonized bishop of Hereford, has not been ascertained, although various circumstances, besides the peculiarity of the name and arms, render the connexion more than probable.

Sir William Cantilupe of Cantleston or Trecantlo Castle, in Merthyr Mawr, is reputed ancestor of William, Elias, and William, three generations allied by various ties with Dunstanville of Cornwall, Umphraville, Vaughan, Butler, de Londres, and de Braose of Glamorgan and Gower. Robert de Cantelow tested a Gower deed in 1304, and a Margam charter [75 A. 43] in 1308. The Welsh pedigrees deduce the Lords Cantilupe of Abergavenny from this ancestry; but this is exceedingly improbable, and the reverse is more likely to be true. It seems certain that Cantleston, Newton, and Cornellau, were conveyed in marriage by Joan, the Cantelupe heiress, to Horton, whose granddaughter, Janet, daughter of Jenkin Horton, married Richard, and was mother of the well known Sir Matthew Cradock of New Place in Swansea.

## DC.

## BULL OF POPE ALEXANDER IIII. TO THE CISTERCIAN ORDER, GRANTING EXEMPTION FROM ATTENDANCE AT SYNODS, ETC.

[MARGAM CHARTER.] 9 JAN. 7TH YEAR. 1261.

ALEXANDER episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis abbati CISTERTII ejusque coabbatibus et conventibus universis CISTERTIENSIS ordinis . Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur quod justum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis . ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis . quod licet ordini vestro per privilegia sedis apostolice sit indultum . ut nullus episcopus seu alia persona ad synodos vel forenses conventus nisi pro fide vos ire compellat aut in vos vel monasteria seu etiam personas dicti ordinis excommunicationis . suspensionis . aut interdicti sententias promulgare presumat . que si promulgate fuerint tamquam contra apostolice sedis indulta prolate decernuntur per eadem privilegia irrite ac inanes . nichilominus tamen plerique prelati et judices ordinarii ac alii ecclesiarum rectores eadem privilegia quibus muniti estis evacuare superstitiosis adinventionibus molientes asserunt vos pro quavis offensa ratione delicti existere fori sui sicque vocantes vos ad placita capitula et penitentiale forum sicut alios clericos seculares vos super hoc multiplici vexatione fatigant . quamquam excessus vestri tam per generale quam etiam cotidiana capitula que fiunt in singulis monasteriis vestri ordinis congrua penitentia puniantur. Quare nobis humiliter supplicastis . ut presumptiones talium cohibere paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur attendentes quod etsi ex suscepti cura regiminis de universis Sancte matris ecclesie filiis curam et sollicitudinem gerere teneamur . de illis tamen specialius cogitare nos convenit qui postpositis vanitatibus seculi jugem impendunt domino famulatum . ac volentes quieti vestre super premissis paterna in posterum sollicitudine providere ut nullus vos seu monasteriorum vestrorum personas ad sinodos vel forenses conventus nisi pro fide dumtaxat vel hujusmodi placita seu capitula vel forum penitentiale . absque mandato sedis apostolice speciali evocare etiam delicti ratione presumat . maxime cum vos filii abbates punire excessus quoslibet secundum statuta vestri ordinis parati sitis auctoritate presentium districtius inhibemus . decernentes eadem auctoritate sententias si quas hac occasione per presumptionem cujuspiam promulgari contigerit irritas et inanes. Salvo in omnibus apostolice sedis mandato. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis

et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum LATERANI v. Id. Januarii Pontificatus nostri anno septimo.

Endorsed—'Alexander IIII[us.]' 'Quod ratione delicti non sumus vocandi ad conventus forenses . et est IIIJ[a.] in ordine.' 'Alexander IIII[us.] Ex parte siquidem nostra. De ratione delicti . Quod non sumus vocandi ad conventus forenses.'

The leaden Bulla of Pope Alexander IIII. is appended by strands of yellow and red silk.

## DCI.

## BULL OF POPE ALEXANDER IIII. IN FAVOUR OF THE CISTERCIAN ORDER, THAT THE MEMBERS BE NOT PREJUDICED BY ANY SUMMONS *RATIONE DELICTI SEU CONTRACTUS* BY THE ORDINARY.

[MARGAM CHARTER.] 15 FEB. 7TH YEAR. 1261.

ALEXANDER episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis . abbati CISTERCII ejusque coabbatibus et conventibus universis CISTERCIENSIS ordinis salutem et apostolicam benedictionem.

Cum felicis recordationis INNOCENTIUS . Papa . predecessor noster duxerit statuendum . ut exempti quantacumque gaudeant libertate . nichilominus tamen ratione delicti seu contractus . aut rei de qua contra ipsos agitur rite possint coram locorum ordinariis conveniri . et illi quoad hoc suam in ipsos jurisdictionem prout jus exegerit exercere . vos dubitantes ne per constitutionem hujusmodi libertatibus et immunitatibus vobis et ordini vestro per privilegia et indulgentias ab apostolice sede concessis . prejudicari valeat . nobis humiliter supplicastis . ut providere super hoc indempnitati vestre paterna sollicitudine

curaremus. Quia vero ejusdem ordinis sacra religio sic vos apud nos dignos favore constituit . ut nobis votivum existat . vos ab omnibus per que vobis possent provenire dispendia . immunes libenti animo preservare . vobis auctoritate presentium indulgemus . ut occasione constitutionis hujusmodi . nullum eisdem libertatibus et immunitatibus in posterum prejudicium generetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Laterani xv. Kalend. Martii . Pontificatus nostri anno septimo.

The leaden Bulla is wanting.

Endorsed—'Alexander iiii. xiiii.,' and 'Quod nova constitutio domini Innocentii . pape . nullum generat prejudicium immunitatibus et libertatibus nostris.' In a much later hand—'Indulgences from Pope Alexander the 5 to the Convent of Margam.'

## DCII.

## BULL OF POPE ALEXANDER IIII., CONFIRMING THE POSSESSION OF, AND CONFERRING VARIOUS PRIVILEGES UPON, MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

3 March, 7th Year. A.D. 1260 (for 1261).

Alexander episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis . abbati monasterii Sancti Marie de Margan ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis . in perpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet . aut robur quod absit sacre religionis infringat . Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postu-

lationibus clementer annuimus . et monasterium Sancte Dei genitricis et virginis MARIE de MARGAN LANDAVENSIS dioceseos in quo divino estis obsequio mancipati sub beati PETRI et nostra protectione suscepimus . et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus qui secundum Deum et beati BENEDICTI regulam atque institutionem CISTERCIENSIUM fratrum a vobis ante concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones . quecumque bona ibidem monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet . aut in futurum concessione pontificum . largitione regum . vel principum oblatione fidelium . seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinentiis suis . de AVENE . de ENYSAUENE . de HAUOTO PORTARII . de PENNUD . de ROSSOULYN . de EGLESKEYNUR . de GLYNGARU . de HAUOTHALOK . de TYRRIS . de MELES . de MIDDELBERVE . de GARDINO . de Sancto MICHAELE . de KENEFEG . de STURMY . de LANGEWY . de LANMEUTHYN . de BONEVILLESTONA . de MORA juxta KAERDIF . de LESTELEBONT . et de HOSEBRUGE grangias . cum molendinis . terris . vineis . piscariis . pascuis . nemoribus . et aliis pertinentiis eorundem . decimas garbarum et terras quas in de KENEFEG de NOVO CASTRO de TEDEGESTOWE et de LAGELESTON ecclesiarum parochiis obtinetis . cum terris . pratis . vineis . nemoribus . usuagiis . et pascuis . in bosco et plano in aquis et molendinis . in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

Sane laborum vestrorum de possessionibus habitis ante concilium generale . ac etiam novalium que propriis manibus aut sumptibus colitis . de quibus novalibus aliquis hactenus non percepit sive de ortis . virgultis . et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere . et eos absque contradictione aliqua

retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere . discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Quod si quis forte retinere presumpserit . licitum vobis sit in ipsos monachos vel conversos regularem sententiam promulgare. Illud districtius inhibentes . ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari . absque consensu totius capituli . vel majoris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint . eas irritas esse censemus. Ad hec etiam prohibemus . ne aliquis monachus sive conversus sub professione vestre domus astrictus sine consensu et licentia abbatis et majoris partis capituli vestri pro aliquo fidejubeat vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat ultra summam capituli vestri providentia constitutam . nisi propter manifestam domus vestre utilitatem. Quod si facere forte presumpserit . non teneatur conventus pro hiis aliquatenus respondere. Licitum preterea sit vobis in causis propriis . sive civilem sive criminalem contineant questionem . fratrum vestrorum testimoniis uti ne pro defectu testium jus vestrum in aliquo valeat deperire. Insuper auctoritate apostolica prohibemus . ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad synodos vel conventus forenses vos ire . vel judicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subjacere compellat . nec ad domos vestras causa ordines celebrandi . causas tractandi . vel aliquos conventus publicos convocandi . venire presumat . nec regularem electionem abbatis vestri impediat . aut de instituendo vel removendo eo qui pro tempore fuerit . contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Si vero episcopus in cujus parrochia domus vestra fundata est cum humilitate ac devotione qua convenit requisitus . substitutum abbatem benedicere . et alia que ad offitium episcopale pertinent vobis conferre renuerit . licitum sit eidem abbati . si tamen sacerdos fuerit . proprios novicios benedicere . et alia que ad officium suum pertinent exercere . et vobis omnia ab alio episcopo percipere . que a vestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes .

ut in recipiendis professionibus que a benedictis vel benedicendis abbatibus exhibentur ea sint episcopi forma et expressione contenti . que ab origine ordinis noscitur instituta . ut scilicet abbates ipsi episcopo salvo ordine suo profiteri debeant . et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere . sed hec omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis. Sic tamen . ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis . si quem episcopum ROMANE sedis ut diximus gratiam et communionem habentem . et de quo plenam notitiam habeatis per vos transire contigerit . ab eo benedictionem vasorum et vestium . consecrationes altarium . et ordinationes monachorum auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis . excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint . sive etiam in mercennarios vestros pro eo quod decimas sicut dictum est non persolvitis . sive aliqua occasione eorum . que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt . seu benefactores vestros pro eo quod aliqua vobis benefitia vel obsequia ex caritate prestiterint . vel ad laborandum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alii feriantur eandem sententiam protulerint . ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant . quas tacito nomine CISTERCIENSIS ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit . liceat vobis nichilominus in vestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis . divina officia celebrare. Paci quoque et tranquil-

litati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes . auctoritate apostolica prohibemus . ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere . ignem apponere . sanguinem fundere . hominem temere capere vel interficere . seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris ROMANIS pontificibus ordini vestro concessas . necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere . minuere . seu quibuslibet vexationibus fatigare . sed omnia integra conserventur . eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens . contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit . potestatis honorisque sui careat dignitate . reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat . et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini redemptoris nostri JHESU CHRISTI aliena fiat . atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri JHESU CHRISTI quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

The sentences in the circular device at the foot are :—

† Sanctus PETRUS . Sanctus PAULUS . ALEXANDER papa IIII^us. Suscipe domine servum tuum in bonum (Psal. CXVIII. 122). Ego ALEXANDER catholice ecclesie episcopus. S'. 'Bene valete,' in a monogram.

† Ego ODO TUSCULANUS episcopus. S'.

† Ego STEPHANUS PRENESTINUS episcopus. S'.

† Ego frater JOHANNES[1] titulo Sancti LAURENTII in LUCINA . presbiter cardinalis. S'.

† Ego RICARDUS[2] Sancti ANGELI diaconus cardinalis. S'.

† Ego OCTAVIANUS[3] Sancte MARIE in VIA LATA diaconus cardinalis. S'.

† Ego JOHANNES[4] Sancti NICHOLAI in carcere TULLIANO diaconus cardinalis. S'.

† Ego OTTOBONUS[5] Sancti ADRIANI diaconus cardinalis. S'.

Datum LATERANI per manum magistri JORDANI Sancte ROMANE ecclesie notarii et vicecancellarii . v. Non. Martii. Indictione iij. incarnationis Dominice anno M°· CC°· LX°· . pontificatus vero donni ALEXANDRI . pape iiij. anno septimo.

The leaden Bulla of the Pope is appended by strands of red and green silk.

Endorsed in a later hand—' Alexander 4.'

(1) De Tolleto. *Vide Potthast, Regesta*, Vol. II., pp. 1472-3.
(2) Hannibaldensis de Molaria. *ib.*
(3) Ubaldinus. *ib.*
(4) Gaietanus. *ib.*
(5) De Flisco, comes Laveniæ. *ib.*

## DCIII.

## GRANT BY MILO, SON OF CADIUOR, TO MARGAM ABBEY OF LAND IN PENVEY.

[MARGAM CHARTER.]

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris MILO filius CADIUOR salutem in Domino.

Noveritis me consilio et assensu avunculorum meorum MILONIS et URBANI et aliorum amicorum meorum dedisse et concessisse et hac carta mea confirmasse D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum quandam porcionem terre mee de PENVEI . scilicet . circiter octo acras terre que jacent inter veterem viam que vadit versus LA RIGGE per medium virgultum quod appellatur HANGINGE GROUE . et tres acras subtus lacum que fuerunt in calumpnia inter avunculos meos et predictos monachos et

omnem terram meam que est ab occidente laci et tendit usque ad ter[m]inos terre Hereberti Scurlage . et terram illam quam Johannes Kayrus avus meus dedit eisdem monachis in puram elemosinam . sicut carta quam inde habent testatur. Ut habeant et teneant dicti monachi dictas terras de me et heredibus meis . libere et quiete et pacifice ab omni seculari servitio . consuetudine et exactione sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri in perpetuum. Et ego et heredes mei dictas terras dictis monachis warantizabimus contra omnes homines et feminas imperpetuum. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Milonis filii Cadivor . de viii. acris apud Penvey.'

## DCIV.

## GRANT BY MILO DE PENVEY TO MARGAM ABBEY OF LAND IN PENVEY.

[Harl. Charter, 75 C. 41.]

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris . Mylo de Penvey salutem in Domino.

Sciatis me consilio et assensu Worgani fratris mei et aliorum amicorum meorum dedisse concessisse et hac carta mea confirmasse D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum quandam portionem terre mee de Penuey . scilicet circiter octo acras terre que jacent inter veterem viam que vadit versus La Rigge per medium virgultum quod appellatur Huntinggroue . et terram illam quam Johanne Kairus pater meus dedit eisdem monachis in puram elemosinam . sicut carta quam inde habent . testatur. Ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram de me et heredibus meis libere . quiete . et pacifice ab omni seculari servitio . consuetudine et exactione . sicut ulla elemosina liberius et quietius haberi potest vel teneri in perpetuum. Et ego et heredes mei dictam terram dictis monachis

warantizabimus contra omnes homines et feminas in perpetuum. Hiis testibus. Radulpho clerico de Novo Castro. Roberto de Cantelo. Willelmo filio Wronu. Mauricio. Kenewrego et Philippo filiis Yago. et multis aliis.

Round seal, dark green wax, 1in. diam., an escallop shell, inverted.

'+ SIGILL' MILON' DE P'NVEI.'

Endorsed—'Carta Milonis de Penuey de VIII. acris terre,' and in a later hand, 'apud Penvey.'

## DCV.

## GRANT BY ROBERT RUSSEL, OF PENVEY, TO MARGAM ABBEY, OF LAND NEAR EWENNY.

[Harl. Charter, 75 C. 49.]

St. Ambrose's Day. 4 April (?) 1261.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus Russel de Penuey filius Mileth. consilio et assensu Agnetis uxoris mee et heredum meorum pro salute anime mee. et parentum meorum. dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan et monachis ibidem Deo servientibus. in puram et perpetuam elemosinam. duas acras terre mee cum pertinentiis. que jacent inter Pendentem gravam ex parte aquilonari. et viam que tendit de Ewenny versus Langunith ex parte australi. Et insuper duas acras et dimidiam acram prati mei cum pertinentiis que jacent subtus predictam viam ex parte aquilonari et terram predictorum abbatis et conventus in parte australi. Habendas et tenendas de me et heredibus meis. libere. et quiete. atque pacifice. sine omni servicio exactione. et demanda. sicut ulla elemosina liberius potest teneri et possideri. Dicti quidem viri religiosi maxime mee indigencie compassi. de sexaginta solidis sterlingorum. et multis aliis beneficiis. intuitu pietatis urgentissime mee subvenerunt necessitati. Ego vero et heredes mei predictam terram supradictis viris religiosis. contra omnes homines in perpetuum

warantizabimus. Et ut hec mea donacio . et concessio que facta fuit . anno Domini . milesimo . ducentesimo . sexagesimo primo . circa festum beati Ambrosii in perpetuum rata et stabilis permaneat . presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Thoma Grammus . Thoma senescallo . Thoma Russel . Rogero Haft' . Waltero Ruddoc . Willelmo . Frankeleyn . et multis aliis.

Pip-shaped or pointed-oval seal, dark green wax, imperfect, 1¾in. by 1¼in. Device, a fleur-de-lis, inverted.

‘[+ s’ . r]ob’ti . r[ussel . fil’] miloni[s].’

Endorsed—‘Carta Roberti Russel de Penvey de duabus acris terre arabilis. Et de duabus acris et dimidia prati.’

The pedigree is—(CCX., DCIII., DCIV.)

John Kayrus
Cadinor = | Milo | Urban.
Milo, or Mileth = | Worgan.
Robert Russel of Penvey = Agnes.

‘Pendentem gravam’ is the hanging grove of No. DCIII., which becomes Hunting grove in DCIV

The copy on the Margam Abbey roll omits the witnesses.

## DCVI.

## MORTGAGE BY THE SAME TO MARGAM ABBEY OF LAND NEAR EWENNY FOR FORTY YEARS.

[Harl. Charter, 75 C. 50.] St. Ambrose's Day. 1261.

Omnibus Christi fidelibus presentibus et ffuturis ad quos presens scriptum pervenerit . Robertus Russel de Penuey filius Milethi eternam in Domino salutem.

Noveritis me anno Domini . m° cc° sexagesimo primo . circa festum Sancti Ambrosii invadiasse domino abbati . et conventui de Margan duas acras terre

mee cum pertinentiis . que jacent inter pendentem gravam ex parte aquilonari . Et viam que tendit de EWENNY versus LANGUNITH in parte australi . Et insuper duas acras et dimidiam prati mei cum pertinentiis . que jacent subtus predictam viam . ex parte aquilonari . Et terram predictorum abbatis et conventus in parte australi . per spacium quadraginta annorum sequencium . pro sexaginta solidis sterlingorum . quos ad urgentissimam necessitatem meam ab eisdem in legali moneta percepi . una cum undecim solidis et octo denariis quos pro redditu prelimitate terre per spacium dictorum quadraginta annorum ab ipsis pre manibus accepi . ad urgentissimam necessitatem meam. Et ego et heredes mei predictam terram predictis viris religiosis per dictam spacium quadraginta annorum et ultra . donec predictam pecuniam sexaginta solidorum receperint . liberam et quietam . ab omni exactione . et demanda . et servicio seculari contra omnes homines warantizabimus . Et si dictam terram dictis viris religiosis warautizare non potero . ego vel heredes mei de alia terra mea competenti dictis viris satisfaciemus. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meam apposui. Hiis testibus . KENEWRECH ab JHAGO . PHILIPPO filio WILLELMI ab WRONU . RADULFO filio WRONU . PETRO fratre ipsius RADULFI . ADAM ab ELIOTH . et aliis.

Pip-shaped or pointed-oval seal, green wax, imperfect. As in Harl. Charter 75 C. 49.—DCV.

'+ S' R[OB'T]I RU . . . . . . . . FIL' M . . . ONIS.'

Endorsed—'Carta Roberti Russel de Peuvey de invadiatione duarum acrarum terre arabilis . et duarum acrarum et dimidie prati pro LX$^{a.}$ solidis.'

## DCVII.

## RELEASE BY THE SAME OF A RENT OF FOURPENCE YEARLY, ETC., TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C 51.]

PALM SUNDAY. 17 APRIL. 1261.

Sciant presentes et ffuturi . Quod ego ROBERTUS RUSSEL . de PENUEY . ffilius MILONIS[1] anno Domini . M$^{o.}$ CC$^{o.}$ sexagesimo primo circa Dominicam Palmarum

consilio et assensu AGNETIS uxoris mee . et THOME heredis mei . et aliorum amicorum meorum remisi in perpetuum D. et e. B. M. de MARGAN ac m. i. D. s. pro me et omnibus heredibus meis . redditum quatuor denariorum quos annuatim ad festum omnium Sanctorum sicut antecessores mei . solebam ab eisdem accipere . pro omnimoda communa terre mee . et omnibus aisiamentis que sibi et omnibus suis animalibus viderint utilia esse. Et ego et heredes mei dictam communam tocius terre mee . liberam et quietam sine omni redditu dictis monachis de MARGAN warantizabimus . in perpetuum. Dono etiam predictis monachis et concedo et hac presenti carta mea confirmo . liberum iter ingressum . videlicet et egressum . per medium prati mei . et terre mee arabilis . ad omnia sua animalia ad pasturam terre sue proprie ducenda et reducenda . ubi sibi viderint expedire. Et si marla . reperta fuerit in terra mea . vel vena mine ferri aut plumbi . omnia que sibi fuerint necessaria . dicti monachi libere et quiete accipiant . in perpetuum. Pro hac autem predicti redditus quatuor denariorum per annum . perpetua condonacione et predictarum libertatum in terra mea perpetua donacione . et confirmacione . dederunt michi predicti monachi non pauca beneficia in urgentissima necessitate mea . pietate inducti. Ego vero . et heredes mei . predictas libertates in tota terra mea . sine omni redditu . libere quiete et pacifice utendas . contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In cujus rei confirmacionem et testimonium . sigillum meum presenti carte mee apposui. His testibus . THOMA de SULLIA . WILLELMO le FLEMMENG . PHILIPPO de CORNELI . WILLELMO le FRANKELEYN . THOMA GRAMUS et aliis.

Round seal, dark green wax, 1in. diam. A rosette of eight leaves.

'+ S' ROBERTI : FILII : MILOTI :'

Endorsed—'Carta Roberti Russel de Penvey.'

(1) This is Milo fil. Cadivor of DCIII.

## DCVIII.

## GRANT BY PHILIP, SON OF WILLIAM DE PENVEY, OF LAND CALLED LANGAKER, AT PENVEY (?) TO MARGAM ABBEY.

[Harl. Charter, 75 C. 40.]

Palm Sunday. 17 April. A.D. 1261.

Sciant presentes et futuri quod ego Philippus filius Willelmi de Penuey . consilio et assensu amicorum meorum pro salute anime mee et predecessorum meorum . dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi D. et e. B. M. de Margan et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam duas acras et dimidiam cum pertinenciis terre arabilis que vocantur Langaker . quarum una pars se tendit versus occidentem usque ad Marputte . et altera versus orientem usque ad Sortacre . inter terram monachorum et meam . et tres quarterias prati que jacent inter Suueyshulle et terram predictorum monachorum que vocatur Decem acre. Habendas et tenendas de me et heredibus meis . libere et quiete atque pacifice . sine omni servicio . exaccione . secta . et seculari demanda . sicut ulla elemosina liberius potest teneri et possideri. Dicti quidem viri religiosi maxime mee indigencie compassi de sexaginta solidis sterlingorum et multis aliis beneficiis intuitu pietatis urgentissime mee necessitati subvenerunt. Ego vero et heredes mei predictam terram supradictis viris religiosis contra omnes homines inperpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donacio et concessio que facta fuit . anno . domini . m°. cc°. sexagesimo primo juxta dominicam in ramis palmarum inperpetuum rata et stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Thoma Gramus . Willelmo Frankelayn . Philippo clerico . Thoma Stiward . Gedeman . et aliis.

Round seal, dark green wax, 1in. diam. A star of eight points.

'+ si' : phi' : filii : will'.'

Endorsed—'Carta Philippi filii Willelmi de Penvey de duabus (*sic*) terre et dimidia.'

## DCIX.

## GRANT BY THOMAS GRAMMUS TO HIS BROTHER MAURICE GRAMMUS OF LAND AT GOYLAKE.

[Harl. Charter, 75 C. 12.] Circa 1261.

Sciant presentes et futuri . quod ego Thomas Grammus . consilio et assensu Ysote uxoris mee . et heredum meorum . dedi et concessi . et hac presenti carta mea confirmavi Mauricio Grammus fratri meo . quatuor acras et dimidiam terre arabilis . quarum due jacent juxta terram Henrici Baret . in orientali parte . et due jacent juxta terram Hugonis Juvenis . in occidentali parte. Et ille due se extendunt a magna via usque ad Goylake. Dimidia vero acra jacet inter terram monachorum de Margan . quam habuerunt ex dono Hugonis Grammus et terram Thome Grammus . in longum versus Goilake . tenendas et habendas sibi et heredibus suis . de me et heredibus meis . libere . et quiete. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis . ipse et heredes sui . quatuor denarios ad Ockeday . pro omni servitio et seculari exactione . et demanda. Pro hac vero donatione et concessione mea . predictus Mauricius mihi pacavit . tres marcas argenti . et octodecim denarios. Ego vero Thomas Grammus et heredes mei . predicto Mauricio Grammus et heredibus suis . predictas quatuor acras et dimidiam . contra omnes mortales warentizabimus in perpetuum. Ut autem hec donatio mea et concessio . rata et stabilis inperpetuum perseveret . hoc presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. His testibus. Waltero Luuel . Rogero Grammus . Willelmo de Cornely . Willelmo Cole . Willelmo Frankeleyn . Hugone Walensi . Philippo . David . et multis aliis.

Endorsed—'Carta Mauricii Gramus de quatuor acris terre et dimidia.'

## DCX.

## GRANT BY THOMAS GRAMUS OF AN ACRE OF LAND AT GRETEHULLE FOR THIRTY SHILLINGS, AND A RENT OF ONE PENNY TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1261.

Universis CHRISTI f. p. s. v. et a. THOMAS GRAMUS salutem in Domino.

Noverit universitas vestra me pre manibus accepisse a domino abbate de MARGAN et ejusdem loci conventu . anno domini M$^{o.}$ CC$^{o.}$ sexagesimo primo in denariis et aliis rebus valorem triginta solidorum argenti pro una acra terre arabilis cum pertinentiis . que jacet super GRETEHULLE juxta terram predictorum monachorum ex parte occidentali et se extendit in longum in parte aquilonari . a prato dicti THOME GRAMUS quod jacet juxta GOYELAC usque ad terram WALTERI LUUEL versus partem australem et continet in latitudine quantitatem quinque virgarum. Reddendo mihi et heredibus meis inde annuatim unum denarium ad festum omnium Sanctorum quamdiu predictam terram tenuerint. Ita tamen quod si ego et heredes mei dictam terram revocare voluerimus . predictis abbati et conventui de triginta solidis plenarie satisfaciemus . domini Regis vel comitis aliqua prohibicione non obstante. In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . WALTERO LUVEL . WILLELMO clerico . PHILIPPO clerico de KENEFEG . PHILIPPO de CORNELY . WILLELMO FRANKELEYN . MAURICIO GRAMUS . WILLELMO LUUEL et multis aliis.

Seal in dark green wax, as already described.

Endorsed—'IIJ$^{a.}$ Carta Thome Gramus de XXX$^{ta.}$ solidis.'

## DCXI.

## GRANT IN FEE BY THOMAS GRAMUS OF AN ACRE AT GRETEHULLE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 21 DEC. 1261.

Sciant p. et f. quod ego THOMAS GRAMUS consilio et assensu YSOUDE uxoris mee et heredum dedi et c. et h. p. c. confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. in p. et p. e. p. sal. a. m. et a. et s. m. unam acram terre que jacet super GRETEHULLE juxta terram predictorum monachorum ex parte occidentali . et se extendit in longum in parte aquilonari . a prato predicti THOME GRAMUS quod jacet juxta GOYLAC usque ad terram WALTERI LUUEL . versus partem australem et continet in latitudine quantitatem quinque virgarum cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus sicut ulla elemosina l. et m. d. potest. Ego vero THOMAS GRAMUS et heredes mei predictam terram predictis monachis contra omnes mortales inperpetuum warentizabimus. Et ut hec mea donacio et concessio facta anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo ad festum Sancti THOME apostoli firma et inconcussa permaneat in posterum . presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . WALTERO LUVEL . WILLELMO clerico . PHILIPPO clerico de KENEFEG . PHILIPPO de CORNELI . WILLELMUS FRANKELEIN . MAURICIO GRAMUS . WILLELMO LUUEL et multis aliis.

Seal as usual for THOMAS GRAMUS in dark green wax.

Endorsed—'Carta Thome Gramus de una acra terre.'

## DCXII.

## SALE BY THOMAS GRAMMUS OF A RENT OF FIVE PENCE TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 13.] CIRCA 1261.

Universis CHRISTI fidelibus . presens scriptum visuris . vel audituris . THOMAS GRAMMUS salutem in Domino eternam.

Noverit universitas vestra me vendidisse abbati et conventui de MARGAN . reditum quinque denariorum in quibus mihi tenebantur nomine reditus . scilicet. In quatuor denariis de terra que fuit MAURICII fratris mei . et uno denario de ffeudo meo . pro quatuor solidis sterlingorum . quos quidem quatuor solidos . predicti monachi mihi pacaverunt in urgentissima necessitate mea. Ego vero THOMAS et heredes mei . hanc vendicionem meam . predicto abbati et conventui contra omnes homines imperpetuum warentizabimus. Et ut hec venditio mea firmitatis robur in posterum optineat . presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . WALTERO LOVEL . PHILIPPO de CORNELI . WILLELMO FFRANKELEYN . PHILIPPO clerico . MAURICIO GRAMMUS . et aliis.

Fine seal in green wax, as in Harl. Charter, 75 C. 11.

Endorsed—' Carta Thome Grammus de relaxatione redditus quinque denariorum.'

## DCXIII.

## GRANT BY MAURICE CROC OF LANDMAYS, TO WILLIAM MAUDUT AND JOHANNA HIS WIFE, OF NINE ACRES OF LAND IN LANDMAYS FEE, NEAR COWBRIDGE.

[BRIT. MUS. ADD. CHARTER, 26,707.] CIRCA 1262.

Sciant presentes et futuri quod ego MAURICIUS CROC de LANDMAYS dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WILLELMO MAUDUT et JOHANNE uxori sue novem acras terre arabilis de libero tenemento meo in feodo de LANDMAYS quarum quatuor acre jacent continue ad locum qui vocatur 'COPPEDE THORN' inter tenementum meum in parte australi et terram quam ipsi tenent de me in parte boriali et extendunt ab occidente versus orientem super semitam que ducit de LANDMAYS versus COVBRUGE et una acra jacet ad caput dictorum quatuor acrarum in parte occidentali que vocatur 'FOT ACER' . et due acre jacent juxta le CURRUC in parte orientali et extendu[n]t ab austro . versus partem borialem super viam que vocatur 'CURRUCWEY' . et due acre jacent in occidentali parte le

The names of the inquisitors show the prevalence of the Welsh in the border parishes only. In Cardiff all twelve are clearly English. In Llantwit the same. In Llantrisant, perched astride upon the hills, and notwithstanding its castle, peculiarly exposed, all twelve are Welsh, as they are in Llangonydd. In Neath, though much exposed, the presence of the castle and abbey probably attracted strangers, for, of the twelve, seven only are decidedly Welsh, and five English. Here are some Welsh tenants, who do not elsewhere appear, save in Llantrisant. Adaaf ab Ivor pays 2s. for a sparrowhawk, probably involving a licence for fowling. The payment 'ad lardarium' is possibly for allowing the hogs to fatten or produce lard in the lord's woods, and answers to pannage, also mentioned, though why the two phrases should be used in the same schedule does not appear.

The inquisitions give the advowsons of Llantrisant, Pentirch, Llangonydd, and Neath, and omit those of Cardiff and Llantwit with Lysworney. Llantrisant, however, belonged to Tewkesbury Abbey from an early period, Pentirch was in the hands of the Dean and Canons of Llandaff, and Llangonydd, in Margam. Neath seems always to have been in the hands of the lord of Glamorgan, and so descended. Llantwit, held with Lysworney, was in Tewkesbury.

It is curious that though the general return is called 'Extenta Comitatus,' or of the county, no mention is ever made of the Earl, save as holding the two-thirds of Lysworney, of which Agnes Bausson held one-third. Unfortunately the Earl's schedule in the I.P.M., though very full as regards England, has only one Welsh entry, the manor of Marcross in Glamorgan, which in the County Extent is not in the hands of the Earl, but in those of Thomas Hawey of St. Donats, evidently held for the heiress of Richard Butler. Hawey certainly held this by licence from the Earl, for in the Cal. Genealogicum, I. 107, this Richard is entered as having held Marcross manor as custos of Johanna la Butillere, who was daughter

of William Pincerna, son of John le Butiler, which John was brother of Richard le Buttiler, whose heiress and great niece was Johanna. But Johanna died under age, and the inheritance was claimed by the two sisters of her father William, and the one sister of her great uncle Richard, and pending this dispute the Earl held possession, and was so holding when he died.

According to Rees Meyrick the Pincerna family name was Halwey, and William Pincerna of Kelligarn, son of Simon de Halweia, married the daughter of Sir Philip de Marcross, and had Sampson de Halweia, who migrated into Somerset. It will probably turn out that this family was Hawey of Comb-Hawey, County of Somerset, and of St Donats, with whose heiress the Stradlings acquired those manors

## DCXXI.

## EXAMINATION OF WITNESSES FOR THE PLAINTIFF IN CAUSE BETWEEN MARGAM ABBEY AND ST. PETER'S, GLOUCESTER, RESPECTING TITHES.

[HARL. CHARTER, 75 A. 40.]

WEDNESDAY AFTER ST. AGATHA'S DAY. 5 FEBRUARY. 1262.

Examinatio testium productorum ex parte abbatis et conventus de MARGAN et eorum deposicio facta die MERCURII proxima post festum beate AGATHE virginis anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo in ecclesia beati JOHANNIS de KAERDIF per dominum priorem de TALELECHO commissarium abbatis de WYGEMOR et magistri GALFRIDI de BURGO canonici LANDAVENSIS judicum a domino Papa delegatorum in causa appellationis mota inter abbatem et conventum de MARGAN ex parte una et conventum monasterii Sancti PETRI GLOUCESTRIE ex altera.

Frater JOHANNES COMYN monachus de MARGAN juratus et examinatus dicit quod vidit et audivit et presens fuit in ecclesia cathedrali LANDAVENSI in crastino Sancti HYLLARII anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo ubi frater PHILIPPUS de LULLIWELLE procurator abbatis et conventus de MARGAN CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS dyocesis comparuit coram decano Christianitatis

Landavensis et magistro Rogero de Stauntone clerico vices officiales domini Landavensis episcopi gerentibus in causa tunc mota inter abbatem et conventum monasterii Sancti Petri Gloucestrie ex parte una et abbatem et conventum de Margan ex altera super decimis provenientibus de terris eorundem abbatis et conventus de Margan consistentibus in parochia ecclesie de Lankarvan Landavensis dyocesis. Qui quidem procurator humiliter ac instanter petiit ut ipsi acta judicii coram eis habita in causa ipsa tam eadem die quam in vigilia beati Nicholai proximo preterita per que causa ipsa instruebatur et processu temporis instrui poterat redigi facerent in auctenticam scriptam et eadem acta in scriptis redacta sigillis suis signarent ut per ea in auctenticam scriptam redacta causa eorundem abbatis et conventus de Margan pro loco et tempore instrui possit et juvari. Set ipsi decanus et Rogerus hoc ei facere precise denegarunt. Propter quod idem procurator de Margan nomine suo et dominorum suorum predictorum ad sedem apostolicam in scriptis appellavit et apostolicos instanter petiit quos ipsi decanus et Rogerus eidem procuratori concedere denegarunt. Requisitus de hora diei quando hoc factum fuit, dicit quod circa horam terciam. Requisitus qui fuerunt presentes, dicit quod ipse et predictus frater Philippus de Lulliwelle, et fratres Johannes de Nova-villa, Willelmus Sortes, Philippus de Kaermardin, monachi de Margan, magister Nicholaus de Kaenetona phisicus, Johannes Peruat, Johannes Du, et multi alii tam clerici quam laici quia consistorium fuit ea die. Requisitus quare non fuit causa appellationis ipsius infra annum terminata a tempore appellationis ipsius interposite, dicit quod hoc stetit per curiam Romanam sive per nuncios eorundem quos ad eandem curiam miserant ad impetrandum super eadem appellatione. Miserunt enim predictos nuncios suos versus curiam Romanam infra octavas predicti Sancti Hyllarii et neminem eorum receperunt ante vigiliam beati Vincentii martiris anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo eo quod impediti erant ut dicebant per viam et eciam in predicta curia propter audientiam et bullam in eadem curia diu suspensam ut dicebant.

Frater Willelmus Sortes monachus de Margan juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis superscriptis. Idem dicit et concordat cum fratre Johanne preconjurato suo.

Frater Philippus de Kaermardin monachus de Margan juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis suprascriptis. Idem dicit et concordat cum fratre Johanne preconjurato suo, adiciens quod ipse propria manu scripsit tenorem appellationis predicti quam predictus procurator de Margan in predicto crastino Sancti Hyllarii interposuit ab audientia dictorum decani et Rogeri.

Magister Nicholaus de Kenetone phisicus juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis memoratis. Idem dicit et concordat cum fratre Johanne preconjurato suo excepto quod missioni nuntiorum predictorum non interfuit . bene tamen scit literam super dicta appellatione impetratam fuisse a sede apostolica ad quam fuit appellatum.

Frater Johannes de Nova-villa monachus de Margan juratus et examinatus super predicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis memoratis idem dicit et concordat cum fratre Johanne preconjurato suo.

Magister Rogerus de Staunton clericus juratus et examinatus super dicta appellatione et ejus causa et aliis circumstanciis predictis. Idem dicit et concordat cum fratre Johanne primo jurato adiciens et jurans quod invitus et coactus hujusmodi testimonium dixit.

It seems that a dispute had arisen between Margam and Gloucester concerning the tythe of Llancarvan The case was first heard in the Cathedral in 1261, before the Dean of Llandaff and Master Roger Staunton, officials of the bishop, when Lulliwell, the Margam proctor, appeared for Margam See Birch. *Hist of Margam Abbey*, p 27 .

# DCXXII.

## QUIT-CLAIM BY RICHARD DE BONEVILLE, OF THE TEMPLARS' LAND IN BONEVILESTONE FEE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.] 1262.

CARTA ET QUITA CLAMACIO RICARDI DE BONEVILLE DE TERRA TEMPLARIORUM ET OMNIBUS ALIIS.

Universis ch. f. p. et f. a. q. p. s. pervenerit RICARDUS de BONEVILLE burgensis de NETH eternam in domino salutem.

Noverit universitas vestra me spontanea voluntate mea concessisse et quitum clamasse et presenti carta confirmasse pro me et omnibus heredibus meis qui sunt vel erunt Deo et ec. S. M. de MARGAN et m. i. D. s. totum jus meum et totum clamium quod habebam vel habere poteram seu me habere dicebam in terra quam predicti monachi tenent de TEMPLARIIS in feudo de BONEVILESTONE et om[nibus] aliis terris quas in dicto feudo sive aliis feudis tenent ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram . . . . . . terras suas libere quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis . presentibus et futuris imperpetuum . sicut ulla elemosina vel ullum tenementum liberius et quietius haberi potest et teneri. Et sciendum quod affidavi et super sacrosancta ecclesie de MARGAN juravi quod istam concessionem et quitam clamacionem fideliter et sine dolo et . . . . . malo ingenio servabo. Et ego et heredes mei istam concessionem et quitam clamacionem contra omnes homines warantizabimus imperpetuum. Et ut predicta firmitatis robur optinea[n]t huic scripto sigillum meum apposui . anno domini . M°. ducentessimo LX. secundo.

Hiis testibus . WALTERO LOUEL tunc constabulario de LANG' . PHILIPPO clerico de KENEFEG . THOMA GRAMMUS . MAURICIO GRAMMUS . PHILIPPO de CORNELI . et multis aliis.

Johannes Capellanus de Bonevilla.

Richard de Bonville. — Roger de Bonville.

(See Nos. CCLXIII., CCLXIV.)

## DCXXIII.

## CONFIRMATION BY THE ABBOT AND CONVENT OF ST. PETER'S, GLOUCESTER, TO HEREWALD, SON OF HABRAHAM, OF LAND IN THE FEE OF PENNUNE.

[CARTUL^{m.} S^{ti.} PETRI GLOUC. VOL. II. p. 15.] ANTE 1263.

Omnibus CHRISTI fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris JOHANNES Dei gratia abbas et conventus Sancti PETRI GLOUCESTRIÆ salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos hoc præsenti scripto concessimus et confirmavimus HEREWALDO filio HABRAHÆ et hæredibus suis terram illam quam habet de dono EMMÆ de COGAN videlicet tres acras et dimidiam terræ arabilis et dimidiam acram prati et unum hortum in feodo nostro de PENNUNE, tenendas et habendas prædictas acras cum horto sibi et hæredibus suis libere et quiete absque alicujus contradictione vel calumnia prout in carta quam habet de dicta EMMA plenius continetur. In cujus rei testimonium, etc., etc.

John de Felda, Abbot of St. Peter's, who died 1263, here declares that he confirms to Herewald, son of Habraha, the land he had by gift from Emma de Cogan, in Pennun.

Very little is accurately known of the religious foundations, whether secular or regular, before the coming of Fitz Hamon; the country was certainly divided into parishes, many of large area, but even of these nothing certain is known, the *Liber Landavensis* is the chief if not the only authority. Of the establishments of the regular clergy, the best known and most important were at Llantwit and at Llancarvan, and for what is known of them we are indebted to the *Liber Landavensis*. All the Monastic institutions seem to have been swept away by the Normans, probably to be replaced by foundations of their own.

## DCXXIV.

## GRANT BY HUGH SIGIN OF SIGINSTON, TO SIR MAURICE PINCERNA, OF LAND IN SIGINSTONE, ON THE ROAD TO LLANTWIT.

[ADD. CHARTER, 24,298.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego HUGO SIGIN de SIGINESTONE dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino MAURICIO PINCERNE et heredibus suis vel assignatis decem dainias et dimidiam terre cum pertinentiis suis

de libero tenemento meo de SIGINESTONE scilicet que jacent continue in australi parte ville de SIGINESTONE et propinquiores in parte orientali vie que ducit de SIGINESTONE versus LANDILT'. Tenendam et habendam de me et heredibus meis vel assignatis dicto MAURICIO et heredibus suis vel assignatis libere et quiete bene et in pace integre et hereditarie imperpetuum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis dictus MAURICIUS et heredes sui vel assignati duos denarios esterlingorum ad duos anni terminos scilicet ad festum Sancti JOHANNIS BAPTIST unum denarium et ad festum Sancti MICHAELIS unum denarium pro omnibus serviciis querelis auxiliis sectis et secularibus demandis que de dicta terra exeunt vel aliquo casu exire poterunt. Et ego HUGO et heredes mei vel assignati dictas decem dainias et dimidiam cum pertinentiis suis dicto MAURICIO et heredibus suis vel assignatis contra omnes homin et feminas warentizabimus acquietabimus et defendemus imperpetuum. Pro hac autem mea donatione et concessione et carte mee confirmatione dedit mihi dictus MAURICIUS sexdecim solidos argenti premanibus in ingressum. Et ut hec mea donatio et concessio rata et stabilis permaneat presentem carta sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . JOHANNE filio WILLELMI . PETRO filio ROGERI . JOHANNE filio JOHANNIS . WILLELMO THUSARD . DAVID filio ROGERI . HAMUNDO LACHAM . WILLELMO HERBERD . et multis aliis.

Syginston, Sygginland, or Tresigin is on the border line of the parishes of Llantwit Major and Llanvihangel, and no doubt took its name from a family named Siggin, who probably entered Glamorgan late in the 12th or early in the 13th century. Their pedigree has not been preserved. Hugh Sigin was one of the jurors employed, circa 1262, upon the Survey of Llantwit and Liswrini [DCXX.]. As Hugh Sigin, of Siginstone, he conveys to the Lord Maurice Pincerna, ten dainias and a half of land there for 16s. cash, in silver [DCXXIV.], and in 1262, he witnessed a Charter by Maurice Croc [DCXIII.]. How or when the Sygins ended does not appear; a daughter (Blanche) of Richard Carne married Griffith Grant, of Sigginston, in 1558, the Grants were for some generations of that place.

There seems to have been another Siginston or Siginsland, in the hamlet of Lamphy, in St. Brides Major, which in 1528, Thomas ap Jevan Du, sold to William Herbert, and which was again sold in 1544, by William Stradling, of Talygarn, and Margaret, his wife to William Tyler, for 45 marcs, who in the same year resold it to Thomas Stradling, of St. Donats, for 40 marcs [MCCCXXXIII.].

Ducange, the great authority on medieval Latin matters, omits to notice the dainia, which is evidently a land measure.

# DCXXV.

## GRANT BY THOMAS, CHAPLAIN OF KENFIG, SON OF WILLIAM OF ST. DONATS, OF LAND IN THE FEE OF KENFIG, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

St. Luke's Day. 18 October. 1264.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas capellanus de Kenefeg filius Willelmi de Sancto Donato dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie beate Marie de Margan . et monachis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et parentum meorum in puram et perpetuam elemosinam unam acram terre arabilis in feodo de Kenefeg . illam scilicet quam emi de Thoma Gramus . et jacet apud La Marle inter terram quam Johannes Faber tenuit de predicto Thoma Gramus in parte occidentali . et terram quam Johannes le Hoppare similiter tenuit de eadem Thoma in parte orientali . et incipit a la Hamme juxta Goylake ex parte aquilonari . et pretendit se usque ad terram quam Walterus Luvel dedit Ysote sorori sue uxori predicti Thome Gramus in liberum maritagium in parte australi. Tenendum et habendum imperpetuum sicut ulla elemosina liberius vel melius haberi vel teneri potest quantum ad me attinet. Reddendo tamen dicto Thome Gramus vel heredibus suis sicut ego reddere consuevi scilicet unum denarium ad festum Sancti Michaelis pro omni servicio. Et ut hec mea donacio et concessio facta anno Domini m°. cc°. sexagesimo quarto ad festum Sancti Luce evangeliste firma et inconcussa permaneat imposterum . presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino Hugone tunc vicecomite de Kenefeg . Willelmo clerico filio Alexandri de Kenefeg . Thoma Gramus . Mauricio de Cornely . Waltero Luuel . Mauricio de Corneli . Philippo clerico de Kenefeg . Mauricio Gramus . Willelmo Scurlage . Willelmo Frankeleyn . Et multis aliis.

Seal, dark green wax, a pointed oval, 1¼in. by ¾in. Device, a seeded fleur-de-lis.

Legend—' [+ s. t]ome cape[lla]ni de kenefe[g].'

Endorsed—' Carta Thome capellani de una acra quam nobis dedit.'

## DCXXVI.

## PRELIMINARY FORM OF THE DEED OF REMISSION THAT FOLLOWS.

[MARGAM CHARTER.] 10 APRIL. 1265.

In nomine Domini nostri JHESU CHRISTI convenit inter abbatem *etc. as in the deed following to* partem scripti memorati.

Datum apud HANLEGAM . decimo die APRILIS . in presencia domini GILBERTI de CLARE comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE eorum patroni . anno Gracie M°· CC°· LX. quinto.

Imperfect seal of the Earl of Gloucester, as described in the deed following. This is the only seal affixed to the deed, which appears to be a preliminary consent acquired by the parties from the Earl before they proceeded to make two sets of indented cyrographs, sealed with the seals of the respective abbots and convents, as well as with that of the Earl. The endorsement seems to favour this view—'Transcriptum cyrographi inter nos et domum Tekesburie, sigillatum sigillo G. comitis de Clare'; and in a later hand—'De decimis de Novo Castello in manibus domus de Morgan.'

## DCXXVII.

## REMISSION BY TEWKESBURY ABBEY TO MARGAM ABBEY OF THE TITHES OF ST. LEONARD'S, NEWCASTLE, FOR TWENTY-FOUR MARKS AND A HALF, PATRONAGE RESERVED.

[MARGAM CHARTER.] 28 APRIL. 1265.

In nomine Domini nostri JHESU CHRISTI . convenit inter abbatem et conventum et domum de THEOKESBURIE ex parte una et a. et c. et d. de MARGAN ex altera . tam super decimis terrarum quas dicti a. et c. domus de M. propriis manibus et sumptibus excolunt quam super aliis universis decimis garbarum quas a. et c. d.

T. possident in parochia ecclesie sue Sancti LEONARDI de NOVO CASTELLO LANDAVENSIS dioceseos in GLAMORGAN et super terris et omnibus aliis ad predictam ecclesiam pertinentibus una cum domibus quas RADULFUS de NOVO CASTELLO canonicus LANDAVENSIS quondam firmarius ejusdem ecclesie aliquando tenuit cum curia gardino et orto . Excepta vicaria secundum quod tempore presentis convencionis fuit taxata que in subscriptis consistit. Videlicet in toto altelagio . minutis decimis . et omnibus decimis feni de NOVO CASTELLO . et altelagio de LAWELESTONE et de TEDEGESTOWE . et omnibus decimis de HOREGRAVE[1] integre . et omnibus decimis de capella RES . et omnibus decimis de capella WEIR integre . videlicet quod a. et c. et d. de T. remisit domui de MARGAN omnes decimas proprii laboris . et concessit et dimisit eis omnes alias decimas garbarum . Necnon et omnes terras una cum omnibus aliis ad dictam ecclesiam pertinentibus inperpetuum possidendum. Ita tamen quod a. et c. de M. satisfacient vicario de curia et domibus vicario ejusdem ecclesie sufficientibus secundum arbitrium boni viri. Reddendo inde annuatim domui de T. viginti quatuor marcas et dimidiam bonorum et legalium sterlingorum terminis subscriptis . Videlicet ad festum Sancti MICHAELIS duodecim marcas . tres solidos . quatuor denarios . Et ad Pascha proxime sequens duodecim marcas tres solidos quatuor denarios in capitulo de T. Domus vero de T. retinuit in manu sua jus presentandi vicarium ad vicariam ut supradictam est taxatam in eadem ecclesia quociens ipsam vacare contigerit. Et hoc totum factum est per consensum domini GILBERTI de CLARE . comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE . patroni eorundem . Vicarius autem qui pro tempore fuerit in prefata ecclesia per a. et c. T. presentatus et ad vicariam predictam admissus omnia onera dicto ecclesie ordinaria sustinebit . Domus vero de M. extra-ordinaria. Et si contingat domui de M. super predictis sibi dimissis atque remissis questionem moveri adeo quod necessaria oporteat instrumenta que a. et c. de T. inde habent ad defensionem dictorum a. et c. de M. exiberi . idem a. et c. de T. instrumenta sufficiencia que super premissis penes ipsos habent quociens opus fuerit et

legitime fuerint requisite ad defensionem dictorum a. et c. de M. super premissa convencione in judicio exibebunt quatenus dictat forma juris. Et si oporteat quod dicti a. et c. de M. ad istius pacis [2] seu composicionis amicabilem querant seu impetrent confirmacionem tam dicti a. et c. de M. quam dicti a. et c. de T. communibus sumptibus confirmacionem dioceseon . Videlicet LANDAVENSIS et metropolitani videlicet CANTUARIENSIS impetrabunt . Confirmacionem vero papalem seu summi Pontificis . soli a. et c. de M. sumptibus propriis si viderint expedire impetrabunt. Et si contingat quod dicti a. et c. de M. dolo vel fraude seu animo malignandi . questionem seu litem super premissis sibi dimissis movere procuraverint seu promiserint . idem a. et c. volunt et concedunt pro se et successoribus suis quod a dictis omnibus ad dictam ecclesiam spectantibus in perpetuum priventur. Et si contingat eos dictis decimis et aliis ad dictam ecclesiam spectantibus judicialiter adjudicari seu privari . idem a. et c. de M. volunt et in virtute religionis sue bona fide promittant quod nunquam imposterum in possessionem dicte ecclesie cum omnibus ad eandem ecclesiam spectantibus sine assensu et voluntate dictorum a. et c. T. iterato ingredi valeant. Quociens vero contigerit a. et c. de M. predictam pecuniam suis terminis solvere tociens recipiant a predictis a. et c. de T. literas acquietancionis et tallias de ejusdem pecunie facta solucione.

Per hanc autem amicabilem compositionem et convencionem seu pacis formacionem concedunt et volunt utrique scilicet tam a. et c. de M. quam a. et c. de T. quod omnes contenciones seu controversie inter ipsos seu acciones hinc inde hactenus undecunque seu contra quoscunque competentes remittantur imperpetuum . et penitus adnichilentur. Et si contingat dictos a. et c. de M. a dictis decimis sibi concessis et dimissis sentencialiter sine fraude dolo seu malo ingenio eorundem abjudicari extunc ad solucionem dictarum viginti quatuor marcarum et dimidie . Idem a. de M. et conventus non teneantur . salvis prefatis a. et c. de T. occasione questione et jure si que eis competebant . seu que vel quas habuerunt ad omnes decimas proprii laboris dictorum a. et c. de

M. infra limites parochie prenotate . ante hujus comencionis composicionem seu hujus scripti confeccionem. Ad dictam autem solucionem suis terminis et locis suprascriptis faciendam dicti religiosi de M. se obligarunt sub pena decem librarum dictis religiosis de T. solvendarum . quociens ipsos in predicta solucione cessare contigerit. Rata nihilominus manente principali obligacione. Subicientes se jurisdiccioni et compulsioni archiepiscopi CANTUARIENSIS qui pro tempore fuerit. Necnon jurisdiccioni et cohercioni episcopi WYGORNIENSIS qui pro tempore fuerit seu alterius vel utriusque eorum . vices eorum gerenti vel gerentibus sede vel sedibus eorum vacante vel vacantibus . ut quicunque eorum fuerit interpellatus per religiosos de T. eleccione minime prejudicante possit dictos religiosos de M. per quodlibet genus pene ecclesiastice ad solucionem prefate pecunie et eciam predicte pene si commissa fuerit faciendam . quociens fuerint requisiti a dictis religiosis de T. de plano et sine strepitu judiciali compellere nisi litteram vel talliam de solucione ista facta evidenter possint docere . Dictis religiosis de M. omni privilegio et exempcioni a sede apostolica eis indultis seu indulgendis . quo ad permissam solucionem et penam si committatur penitus renunciantibus. In cujus rei testimonium utrique parti hujus scripti ad modum cirographi confecti partes prenominate signa sua alternatim apposuerunt . una cum apposicione sigilli domini GILBERTI de CLARE comitis GLOUCESTRIE et HERTFORDIE patroni domuum predictarum . ad utram partem scripti memorati.

Datum apud THEOKESBURIAM quarto kalendas Maii . anno Domini millesimo . ducentesimo . sexagesimo . quinto.

Three seals, in green wax.

1. Tewkesbury, much chipped, but finely executed, pointed oval, about $2\frac{3}{4}$in. by $1\frac{1}{2}$in. Full length figure of the Abbot, robed, right hand elevated in blessing, the left on his breast. The ground is replenished with triplets of pellets, on the proper right a cross, on the left a star.

Legend gone. (The Abbot of Tewkesbury.)

2. A lump seal, ⅞in. diam. A sixfoil rose, each leaf bearing a shield of arms of Clare.

Legend—' + SIGILLUM . . . . . . BERT DE CLARE.'

3. 1½in. diam. Device—The south face of Tewkesbury Abbey, with the Lady Chapel shewn on the proper right, behind a sort of crocketed tower.

Legend gone. (See Birch, *Catal. of Seals*, No. 4,147.)

The word CYROGRAPHUM, indented, cut across at the top of the deed.

Endorsed—' Compositio inter nos et domum Tukesburie de Novo Castello,' ' in manibus domus de Morgan.'

Another copy, not the counterpart of this, without seals, is endorsed—' Compositio inter nos et domum Theokesburie pro decima de Langewithe et Stormy.'

(1) 'Harewetre' in the early copy. (2) Word wanting—(?) 'conventionem'

## DCXXVIII.

## COMMISSION BY ENRICO BARTOLOMEI, BISHOP OF OSTIA AND VELLETRI, TO THE DEAN OF WELLS AND THE ARCHDEACONS OF WORCESTER AND CAERMARTHEN, TO TAKE THE DEPOSITIONS OF WITNESSES IN A CAUSE BETWEEN THE ABBEYS OF MARGAM AND TEWKESBURY, CONCERNING TITHES OF NEWCASTLE IN CO. GLAMORGAN, AND TO TRANSMIT THE SAME TO THE APOSTOLIC SEE FOR ADJUDICATION.

[MARGAM CHARTER.] 30 MAY. A.D. 1265.

HENRICUS miseratione divina OSTIENSIS et VELLETRENSIS episcopus discretis viris[1] . . Decano VELLENSI et . . WIGORNIENSI et de KAERMERDIN MENEVENSI dioeceseos archidiaconis salutem in domino.

Dudum inter . . abbatem et conventum monasterii de MORGAN CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS dioceseos ex parte una et . . abbatem et conventum monasterii de THEUKESBURA . ordinis Sancti BENEDICTI WIGORNIENSIS dioceseos ex altera super quibusdam decimis et rebus aliis . et super eo quod iidem abbas et conventus de MORGAN asserunt dictos abbatem et conventum de THEUKESBURIA occasione decimarum ipsarum non absque juris injuria ad vetitum examen in foro seculari traxisse in causam contra canonicas sanctiones in enervationem ecclesiastice libertatis et propter hoc incurrisse dampna gravia et expensas et causis ipsis ad sedem apostolicam legitime devolutis felicis recordationis dominus VRBANUS Papa . IIIJ$^{us.}$ nobis causas ipsas terminandas commisit. Comparentibus itaque coram nobis procuratoribus partium ex parte fratris GUILLELMI monachi et procuratoris dictorum abbatis et conventus monasterii de MORGAN oblati fuerunt libelli quorum tenores tales sunt.

Coram vobis reverende pater domine . . OSTIENSIS episcope a domino Pape partibus auditore concesso proponit frater GUILLELMUS procurator a. et c. m. de M. CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS dioceseos contra a. et c. m. de T. ordinis Sancti BENEDICTI WIGORNIENSIS dioceseos et eorum legitimum procuratorem dicens quod licet dictis a. et c. de M. et ejus monasterio per sedem apostolicam sit indultum ut de terris eorundem ante generale consilium acquisitis quas propriis manibus et sumptibus excolunt nullus ab eis decimas exhigere aut extorquere presumat . dicti tamen a. et c. m. de T. de terris eorundem a. et c. de M. in parrochia ecclesie de NOVO CASTRO in GLAMORGAN LANDAVENSIS dioceseos existentibus quas obtinuerunt ante concilium memoratum . et quas propriis manibus et sumptibus excolunt decimas ab eis exhigere et extorquere nituntur et ipsos super hiis indebite perturbant et molestant quominus dicti a. et c. d. M. hujusmodi terras cum fructibus inde perceptis et percipiendis libere possideant pacifice et quiete absque aliquarum decimarum prestatione quamquam dicti a. et c. de T. nullum jus habeant talia faciendi.

Quare petit predictos a. et c. de T. sententialiter per vos compelli compesci et condempnari ut a dictis turbatione et molestatione desistant et eis inhiberi ne

de cetero simile attemptare presumant ac super hujusmodi decimis predictarum terrarum dictis a. et c. m. de T. perpetuum silentium imponi cum nullum jus habeant in eisdem et hec petit una cum dampnis et interesse suo ac expensis factis in lite que omnia ex[is]timat trecentas marchas sterlingorum et expensas faciendas protestatur quas tempore sententie declarabit salvo jure, etc.

Item proponit coram vobis reverende pater domine Ostiensis episcope a domino Pape partibus auditore concesso frater Guillelmus procurator . . a. et c. m. de M. Cisterciensis ordinis Landavensis dioceseos contra . . a. et c. m. de T. ordinis Sancti Benedicti Wigorniensis dioceseos et eorum legitimum procuratorem dicens quod dicti a. et c. m. de T. non absque juris injuria dictos . . A. et c. m. de M. super decimis terrarum eorundem infra limites parrochie ecclesie de Novo Castro in Glamorgan Landavensis dioceseos consistentium quas dicti a. et c. de M. acquisierunt ante concilium generale ad vetitum examen in foro seculari traxerunt in causam videlicet coram domino Riccardo de Clara quondam comite Glocestrie et ballivis ejus in enervationem ecclesiastice libertatis et contra canonicas sanctiones propter quod dicti a. et c. de M. dampna gravia et expensas incurrerunt que et quas extimant ducentas marchas sterlingorum. Unde petit dictos a. et c. de T. in predictis ducentis marchis sibi sententialiter condempnari . et eosdem a. et c. de T. pro eo quod dictos a. et c. de M. ad examen vetitum traxerant ut premissum est alias canonice puniri. Item petit expensas in lite factas et protestatur faciendas quas tempore sententie declarabit salvo jure, etc.

Cumque super eisdem libellis per procuratorem a. et c. de T. litis contestatio facta fuisset et hinc inde juratum de calumpnia et de veritate dicenda et alique positiones date fuissent . convenerunt procuratores partium quod cause hujusmodi vobis comitterentur in hinc modum . scilicet quod ad partes vestras cause remitterentur predicte . et quod vos vel duo vestrum si tertius non potuerit interesse aut noluerit apud Bristollum audiat causas easdem et ibi actus judiciales totaliter examinetis salvo quod liceat dictis a. et c. de M. apud Strigullum Landavensis

dioceseos vel in loco proximiori domui sue . Et . . a. et c. de T. in loco domui sue proximiori testes suos producere examinandos ibidem secundum quod vobis videbitur expedire. Item voluerunt et consenserunt expresse quod a. et c. de M. vos . . archidiacone de KERMERDIN quem pro se elegerunt ad dictum locum cum suis et . . a. et c. de T. vos . . archidiacone WIGORNIENSIS quem pro se elegerunt in suis expensis adducant. Vos vero . . decane WELENSIS quem pro tertio nos ad instantiam et de consensu procuratorum ipsorum concessimus in communibus expensis partium veniatis ad locum predictum . Si vero altera pars vos ibi in suis expensis adduxerit reliqua pars partem expensarum se contingentem de plano et sine contradictione ac sine difficultate sibi persolvat . ordinationi vestre se super hiis supponentes. Convenerunt etiam et consenserunt expresse procuratores predicti quod vos vel duo vestrum infra duos menses a tempore presentationis apostolicarum litterarum que vobis super hoc diriguntur positiones partium recipiatis et responsiones ad eas ac abinde infra alios duos menses inmediate sequentes testes utriusque partis et instrumenta super articulis qui coram vobis fuerint hinc inde formati per vos aut alios neutri parti suspectos prudenter curetis recipere ac testes ipsos juxta interrogatoria vobis a partibus exhibenda si ea exhibere voluerint alioquin juxta datam a Deo vobis prudentiam diligenter examinare curetis. Quod si forte alterutra partium testes alterius voluerit reprobare vos alios testes qui super reprobatione hujus modi fuerint hinc et inde producti infra unum alium mensem predictis quatuor nullo medio subsequentem sapienter admittere ac examinare sollicite studeatis . Depositiones autem omnium testium predictorum ac positiones hujusmodi et responsione quas ad eas fieri contigerit necnon articulos supradictos et totum processum qui coram vobis habitus fuerit fideliter in scriptis redigi facientes et eum transcriptis instrumentorum ipsorum ac interrogatoriis supradictis sub vestris sigillis inclusas ad sedem apostolicam transmittatis significantes que et quanta fides sit instrumentis hujusmodi adhibenda prefixo partibus ipsis termino perhemptorie competenti quo per procuratores ydoneos cum omnibus actis munimentis et rationibus suis dictas

causas contingentibus apostolico se conspectui representent . justam dante domino sententiam recepture. Dictas autem conventiones partium ab auditore vestro approbatas ratas habentes eas sub sigillo vestro discretioni vestre intimare curavimus ut secundum illas in dicto negotio procedatis.

Datum PERUSII . IIJ. Kalend' Junii . Pontificatus domini CLEMENTIS Pape IIIJ$^{ti.}$ anno primo.

Pointed oval seal, imperfect, in red wax, appended by hempen string. About 2in. by 1⅜in.

Obverse, a bishop, standing, with mitre and crosier, lifting up the right hand in blessing.

'[+S'] . HENRICI . . . . . . . . . . . ET . VELLETREN . EPI'.'

Reverse, a small round counterseal, ½in. diam. A right hand and vested arm issuing from the sinister, grasping two keys erect in pale, the handles downwards.

': ✿[2] : AVE MARIA.'

Endorsed—'A comishon for examing of witnes concering the teything of lands in Newcastell betwin thabbotts of Morgan and Tewkesbur'. Sine dato.'

(1) These blanks are so left, the names of the parties not having been supplied.

(2) This figure is either a rose of six leaves or a star.

## DCXXIX.

## LETTER FROM THE DEAN OF GRUNUTH OR GRONEATH TO THE PRIOR OF TALLEY, COMMISSARY OF THE ABBOT OF WIGMORE AND OF MASTER GEOFFREY DE BURGO, CANON OF LLANDAFF, PAPAL DELEGATES, THAT HE HAS WARNED THE ABBOT OF GLOUCESTER, UNDER PAIN OF ECCLESIASTICAL CENSURE, OF HIS DEBT OF ONE HUNDRED POUNDS DUE TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

OCTAVE OF ST. JAMES. 1 AUGUST. 1265.

Viro discreto . domino priori de TALLELETHO commissario abbatis de WIGEMORE . et magistri GALFRIDI de BURGO . canonici LANDAVENSIS . judicum a Domino Papa delegatorum . decanus de GRUNUTH salutem in Domino.

Mandatum vestrum executus monui semel . secundo . et tertio . viros religiosos abbatem et conventum monasterii Sancti PETRI GLOUCESTRIE et eis puplice denunciavi ut citra instans festum Sancti ANDREE apostoli proximum venturum solvant a. et c. m. S. M. de M. CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS dioceseos . centum libras sterlingorum . vel saltem de eisdem centum libris eisdem a. et c. de M. citra idem festum satisfaciant. In quibus eos propter ipsorum temerariam et calumpniosam vexacionem . eisdem a. et c. de M. ab ipsis nuper delatam mediante justitia . sententialiter condempnastis et diffinitive . scientes quod nisi de predictarum centum librarum solucione . vel satisfactione premissa facta eisdem a. et c. de M. in predicto festo Sancti ANDREE docere potuerint . vos eos ad predictam solucionem sive satisfactionem faciendam . per quamcunque expedire videritis censuram ecclesiasticam compelletis. In cujus rei testimonium . presentibus sigillum meum apposui.

Datum anno domini M$^{o.}$ CC$^{o.}$ sexagesimo quinto . In octabis Sancti JACOBI.

Seal wanting.

## DCXXX.

## ASSIGNMENT OF THE REMAINDER, SEVENTEEN YEARS, OF A LEASE FOR TWENTY-FOUR YEARS, BY WILLIAM MAYLOC TO THE ABBEY OF NEATH, OF LAND AT BLUNTESMOR IN THE FEE OF OGMORE, HELD OF PETER BLUNDUS UNDER THE LORDS THEREOF.

[Francis MSS.]

Midsummer Morrow. 1266.

Universis presentes literas visuris vel audituris frater A. dictus abbas de Neth et ejusdem loci conventus salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos recipimus de domino Willelmo Mayloc terram de Bluntesmor in feodo de Ogemor' eisdem terminis et conditionibus quibus eandem terram Petrus Blundus eidem domino Willelmo tradidit . scilicet ad firmam viginti quatuor annorum e quibus septem jam elapsi et restant septem decem quibus dictam terram tenebimus sicut plenius in scripto inter eosdem confecto continetur hinc est quod nos per presens scriptum confitemur et obligamus nos quod durante eadem firma nihil de dicta terra recipiemus ad perpetuitatem et feodum absque scientia et voluntate dominorum de Ogmor' qui pro tempore fuerint. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Datum in crastino beati Johannis Baptiste anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto.

## DCXXXI.

## MORTGAGE OR IMPIGNORATION BY PHILIP, SON OF ROBERT PALMER, AND AMABILIA HIS WIFE, TO MARGAM, OF LAND IN KENFIG MANOR, FOR THIRTY YEARS.

[MARGAM CHARTER.]

ALL SAINTS' DAY. 1 NOVEMBER. 1266.

Omnibus CHRISTI fidelibus presens scriptum v. vel a. PHILIPPUS filius ROBERTI PALMERI et AMABILIA uxor ejus eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos pro magnis necessitatibus nostris impignorasse . . a. et c. m. de MARGAN tres acras et dimidiam terre arabilis cum omnibus fructibus inde provenientibus et pertinenciis suis . quas habuimus in manerio de KENFEG . pro decem marcis sterlingorum quas ab eis pre manibus accepimus plenarie numeratas . scilicet totam terram illam quam CECILIA filia ALEXANDRI dedit nobis in liberum maritagium . et jacet ab orientali parte ville de KENEFEG . in cultura que appellatur PORTLOND . juxta novum fossatum . habens ex omni parte terram predictorum monachorum. Tenendum et habendum usque ad terminum triginta annorum proxime sequentium et integre complendorum. Ita tamen quod si in fine dictorum triginta annorum nos vel aliquis heredum nostrorum predictas decem marcas prefatis . . a. et c. persolverimus . liceat ei qui eas persolverit memoratam terram rehabere et libere percipere. Fructus autem de predicta terra provenientes volumus et concedimus quod in usus predictorum a. et c. totaliter cedant usque ad finem predictorum triginta annorum . quos eis dedimus et concessimus pro pastu et sustentacione nostra usque ad finem vite nostre . nobis ab eisdem exhibenda. Quod si forte in fine predictorum triginta annorum nec nos nec aliquis heredum nostrorum prefatam pecuniam predictis . . a. et c. persolverimus . liceat eisdem . . a. et c. totam predictam terram cum fructibus inde provenientibus pro memorata pecunia in pignus retinere . donec eisdem de eadem

pecunia plenarie fuerit satisfactum. In cujus rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Actum anno Domini M$^{o.}$ CC$^{o.}$ sexagesimo sexto . in festo omnium Sanctorum.

Seal in dark green wax, ⅞in. diam. A star or wheel of fourteen rays.

Legend—'+ S' PHILIPPI . LE PALMARE.'

Endorsed—'Phill . filii Rob' Palmeri. Impignoratio trium acrarum et dimidie.'

## DCXXXII.

## FINAL CONCORD WHEREBY THOMAS, ABBOT OF MARGAM, QUIT-CLAIMS TO RICHARD, ABBOT OF ST. AUGUSTINE'S, BRISTOL, LAND AT PENHARTH AND COSTENTON.

[MARGAM CHARTER.]

2 AUGUST. 50 HENRY III. 1266.

CIROGRAPHUM INTER NOS ET ABBATEM SANCTI AUGUSTINI DE BRISTOLL' . DE MORA INTER TAF ET ELEY JUXTA KERDIF . DE L. ACRIS.

Hec est finalis concordia facta in comitatu GLAMORGAN' die Lune in crastino festi Sancti PETRI quod dicitur ad vincula . Anno regni Regis HENRICI filii Regis JOHANNIS quinquagesimo inter RICARDUM abbatem Sancti AUGUSTINI de BRISTOLL' petentem ex una parte . et THOMAM abbatem de MARGAN tenentem ex altera . coram BARTHOLOMEO de MORA tunc vicecomite GLAMORGAN' . domino WALTERO de SULYE . DANIELE SYWARD . ROBERTO de SUMERY . HENRICO de HUMFRENVILE . WILLELMO MAILLOKE . militibus . WILLELMO FLANDRENSI . PHILIPPO le SOR . PHILIPPO de NERBERD . ROBERTO de ANNA . JOHANNE NORREYS . et aliis fidelibus patrie liberis ibidem presentibus. Videlicet quod dictus RICARDUS abbas Sancti AUGUSTINI de BRISTOLL' et ejusdem loci conventus unanimi assensu et consensu remiserunt et quiete clamaverunt pro se et successoribus suis dicto THOME abbati de MARGAN . et ejusdem loci conventui et

successoribus suis in perpetuum totum jus . et clamium quod habuerunt . vel habere potuerunt in quinquaginta acris terre cum pertinenciis in PENHARTH . et COSTENTON . que jacent in mora juxta KERDIF inter aquam de TAF . et aquam de ELEY . unde placitum motum fuit inter eos in eodem comitatu per breve de ingressu. Ita tamen quod dictus RICARDUS abbas Sancti AUGUSTINI de BRISTOLL' . et ejusdem loci conventus et successores sui nichil juris aut clamii in posterum in jam dicta terra cum pertinenciis poterunt vendicare. Pro hac autem remissione . quieta clamancia . fine . et concordia . dederunt dicti THOMAS abbas de MARGAN et ejusdem loci conventus . dictis RICARDO abbati Sancti AUGUSTINI de BRISTOLL' et ejusdem loci conventui quadraginta quinque marcas argenti premanibus.

Richard, Abbot of St. Augustine's, Bristol, occurs as witness to a charter by William, Earl of Gloucester, in 1170 [CXLVIII.] Thomas, Abbot of Margam, is Thomas de Portecheweth (Portskewet).

## DCXXXIII.

## ROYAL COMMISSION TO ROGER DE SOMERY AND HUGH DE TURBERVILL, TO COLLECT EVIDENCE IN THE SUIT BETWEEN LEWELIN, SON OF GRIFFIN, PRINCE OF WALES, AND GILBERT DE CLARE, EARL OF GLOUCESTER, FOR THE ARBITRATOR PRINCE EDWARD.

[ROT. PAT. 51 HENRY III. MEMB. 2.]

14 MARCH. 1267.

WALLIA . Rex omnibus . . . etc. . . . salutem. Cum dilecti et fideles nostri LEWELINUS filius GRIFFINI princeps WALLIE et GILBERTUS de CLARE comes GLOUC' et HERTF' submiserunt se dicto et ordinacioni EDWARDI primogeniti nostri karissimi supra omnibus transgressionibus et excessibus hinc inde hactenus perpetratis mittimus dilectos et fideles nostros ROGERUM de SOMERY et HUGONEM de TURBERVILL ad partes Marchie ad videndum et audiendum transgressiones et

excessus predictos qualitercunque perpetratos et ad nos et dictum filium super eisdem transgressionibus et excessibus certificandum citra festum Pentecoste proximo futurum. In cujus etc. Teste Rege apud Westmon' xiiii. die Marcii.

This relates to one of the many quarrels between Prince Llewelyn ap Griffin and Earl Gilbert, in which they agreed to submit their grievances to Edward, the eldest son of Henry III., who despatched Roger de Somery and Hugh de Turbervill, to enquire into the local injuries and complaints.

## DCXXXIV.

## AGREEMENT BETWEEN MARGAM ABBEY AND MICHAEL TUSARD, OF KENFIG, CONCERNING A LEASE FOR TWENTY YEARS, OF TWO-THIRDS OF A MESSUAGE, Etc.

[Harl. Charter, 75 A. 41.]

St. Martin's Day. 11 November. 1267.

C . I . R . O . G . R . A . P . H . U . M.

Hec est convencio facta inter Thomam abbatem et conventum de Margan ex una parte et Michaelem Tusard de Kenefeg ex altera, anno incarnacionis domini mcclx. septimo in festo Sancti Martini. Videlicet quod predictus abbas et conventus tradiderunt Michaeli Tusard de Kenefeg vel heredibus suis vel assignatis ad terminum viginti annorum duas partes unius messuagii cum orto uno et crofto et una acra terre, que acra jacet juxta novam fossam ad australem partem et juxta terram Philippi Coh et que partes messuagii sunt inter messuagium Willelmi Sturie et messuagium Johannis Asceline. Tenendum et habendum de nobis et domo nostra usque ad predictum terminum integre, quiete, et pacifice. Reddendo inde annuatim nobis predictus Michael vel heredes sui vel assignati duos solidos sterlingorum ad duos anni terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios, et ad Pascha duodecim denarios pro omni servicio exactione et demanda. Pro hac autem convencione et concessione et presenti carta confirmacione dedit nobis dictus Michael decem solidos sterlingorum premanibus. Nos vero et successores nostri predicto

Michaeli Tusard et heredibus suis vel assignatis predictas partes messuagii cum uno orto et una acra terre contra omnes homines et feminas warantizabimus acquietabimus et defendemus usque ad predictum terminum. In cujus rei testimonium predictus abbas et predictus Michael Tusard sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus Willelmo Frankelin . Adam Harding . Johanne Lune . Thoma Russel . Adam Weremoth . Philippo Kifth . et multis aliis.

Round Seal, brown wax, a rosette.

'+ SIGILL' . MICHAEL' . TUSARD.'

Endorsed—'Cyrographum Michaelis Tusard.'

Asceline is elsewhere unknown in Glamorgan. He was probably a small landowner near Margan, as were the other persons named in the Charter, but Robertus filius Asceline held one fee of Earl Patric, in Wilts, and one of Walter Waleran [L.N., I. 107, 108], and also charged scutage for one knight, in Wilts 1166, [L. Ruber, I. 240].

Philip Coh appears as a landowner near Kenfig.

The name of Thusard, Tusard, or Tosard, first appears in 1147—1184, when Henry Thusard petitioned the Abbot of Tewkesbury for leave to build a church in Kenefeg (Kenfig), to be served by himself for his life, he paying a pension of 1s. on each feast of All Saints. This was the parish church of St. James, and seems to be the rebuilding of a previous church. This gave rise to a controversy in 1154 between St. Leonard's, Newcastle, represented by Parson Job, presbyter there, and Master Henry Thusard, concerning tythes. This same Henry witnesses an undated Charter concerning church lands at Kenfig, and another Henry witnesses a Charter by Robert, Earl of Gloucester, in 1338. W. Tussard tests a Charter by Mauriee Croc, confirming, in 1262, a gift of land in Landmays. Also in 1267, Michael Tussard held, under Margan, two parts of messuage, a croft, a garden, and an acre of land at a rent of 2s. This was probably the same who held one-sixth of a fee in Llantwit in 1317, valued at 10s.

[See No. DXC.]

## DCXXXV.

## GRANT BY PHILIP, SON OF ROBERT PALMER, OF AN ACRE NEAR GOYLAKE TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

Sciant presentes et futuri quod ego Philippus filius Roberti Palmeri consilio et assensu uxoris mee et heredum meorum pro salute anime mee et omnium amicorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi D. et e. B. M. de M. et m. i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam unam acram terre

arabilis cum pertinenciis . que jacet ex australi parte de GOYELAKE . et extendit se in longum a GOYELAKE versus austrum usque ad terram que fuit WILLELMI COLE habens ab oriente terram que fuit CECILIE filie ALEXANDRI . ab occidente vero terram que fuit WILLELMI filii HERBERTI. Quam quidem acram emi de THOMA filio ROBERTI RAUL . tenendum et habendum libere et quiete . pacifice et integre . sicut ulla elemosina liberius et melius teneri potest. Ego vero et heredes mei predictam terram sicut jam dictum est prenominatis monachis contra omnes mortales in perpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donacio et concessio firma et stabilis perseveret inposterum . presenti pagine . quia sigillum proprium non habui . sigillum THOME GRAMUS apposui. Hiis testibus.

Entitled—'Carta Philippi filii Roberti Palmeri de una acra terre.'

## DCXXXVI.

## GRANT OF A MESSUAGE IN KENFIG BY PHILIP, SON OF ROBERT LE PAUMER, AND HIS WIFE, TO MARGAM ABBEY.

[MARGAM CHARTER.]

Sciant presentes et futuri quod ego PHILIPPUS filius ROBERTI le PAUMER consilio et assensu AMABILIS uxoris mee et heredum meorum pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta confirmavi D. et B. M. de M. et m. i. D. s. unum messuagium in villa de KENEFEG . Illud scilicet quod pertinet ad burgagium meum. Et est ad australem partem cimiterii . habens ex parte orientali messuagium HUGONIS filii JOHANNIS sacerdotis . ex parte autem occidentali messuagium quod fuit OSBERNI le HOPAR . in puram et perpetuam elemosinam. Tenendam et habendam de me . et heredibus meis in perpetuum sicut ulla elemosina liberius teneri potest. Et in hujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus

WALTERO LUUEL . RICARDO clerico . WILLELMO FRANKELEIN . JOHANNE WITARD . NICHOLAO filio meo . THOMA GRAMUS . et multis aliis.

Seal, dark green wax, pointed oval, $1\frac{1}{4}$in. by 1in. Device, a rude fleur-de-lis. Legend—'+ S' . PHILIPPI . LE . PAVM'.'

Endorsed—'Carta Philippi filii Roberti le Paumer de . uno mesuagio in Kenefeg.'

## DCXXXVII.

## GRANT BY PHILIP, SON OF ROBERT PALMER, AND AMABILIA HIS WIFE, OF LAND IN KENFEG TO MARGAM.

[MARGAM CHARTER.]

Universis CHRISTI fidelibus presentibus et futuris hoc scriptum v. et a. . PHILIPPUS filius ROBERTI PALMERI et AMABILIA uxor ejus eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum et successorum nostrorum dedisse et concessisse et h. p. c. mea c. D. et e. B. M. de M. et monachis i. D. s. in puram et perpetuam elemosinam tres acras terre arabilis et dimidiam in manerio de KENEFEG. Scilicet totam terram illam quam CECILIA filia ALEXANDRI dedit nobis in liberum maritagium. Et jacet ab orientali parte ville de KENEFEG in cultura que appellatur PORTLOND . juxta novum fossatum habens ex omni parte terram predictorum monachorum. Tenendum et habendum sicut ulla elemosina liberius et melius teneri et haberi potest imperpetuum . Nos vero et heredes nostri predictam terram predictis monachis contra omnes mortales imperpetuum warantizabimus. Et ut hec . nostra donacio concessio et confirmacio . firma . stabilis . et inconcussa perseveret in posterum . presenti scripto quia sigillum proprium non habuimus . ad peticionem nostram DAVID WASMEIR sigillum suum apposuit. Hiis testibus . WILLELMO clerico filio ALEXANDRI . WILLELMO

Albo . Willelmo Frankeleyn . Thoma Gramus . David Wasmeir . Philippo clerico . Mauricio Gramus . et multis aliis.

Seal in dark green wax, pointed oval, a fleur-de-lis, $1\frac{1}{8}$in. by $\frac{7}{8}$in.

Legend—' + sigilum david.'

Endorsed—'Carta Philippi filii Roberti de Kenefeth Palmeri et Amabilie de tribus acris et dimidia,' and in a later hand—'in Kenfeg.'

## DCXXXVIII.

## GRANT BY PHILIP, SON OF ROBERT PALMER, OF LAND IN THE FEE OF KENEFEG, TO MARGAM ABBEY.

[Margam Charter.]

St. Philip and St. James. 1 May. 1267.

Universis Christi fidelibus p. et f. hoc scriptum v. et a. Philippus filius Roberti Palmarii et Amabilia uxor ejus eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos pro salute animarum nostrarum (*etc. etc. as in the preceding grant down to*) monachorum. Tenendum et habendum sicut ulla elemosina liberius et melius teneri et haberi potest in perpetuum. Et ut hec nostra donacio . concessio . et confirmacio . facta anno Domini M$^{o.}$ CC$^{o.}$ sexagesimo septimo ad festum Sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum firma . stabilis . et inconcussa perseveret inposterum . presenti scripto quia sigillum proprium non habuimus . ad peticionem nostram . Willelmus Frankeleyn . sigillum suum apposuit. Hiis testibus The' [*for* Thoma] capellano de Kenefeg . Willelmo filio Alexandri . Willelmo Frankeleyn . Philippo clerico . Thoma Walensi . Mauricio Gramus . Willelmo Albo . et multis aliis.

Seal in dark green wax, pointed oval, $1\frac{1}{4}$in. by $\frac{3}{4}$in. An ornamental fleur-de-lis with two birds upon it.

Legend—' + s' wilelmi . [f]raunkeleyn.'

Endorsed—'Carta Philippi Palmer,' and later—'Portland, Kenfeig.'

## DCXXXIX.

## GRANT BY THOMAS, SON OF ROBERT RAUL, TO PHILIP, SON OF ROBERT PALMER OF KENEFEC, OF LAND IN KENFIG MANOR.

[Margam Charter.] Circa 1267.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas filius Roberti Raul . d. et c. et h. p. c. m. c. Philippo filio Roberti Palmeri de Kenefec unam acram terre arabilis cum pertinenciis in manerio de Kenefec pro servicio suo . jacentem ex australi parte de Goielake et extendit se in longum a Goielake usque ad terram que fuit Willelmi Cole habens ab oriente terram que fuit Cecilie filie Alexandri . ab occidente vero terram que fuit Willelmi filii Hereberti. Tenendum et habendum sibi et heredibus suis vel assignatis de capitali domino de Kenefec libere . et quiete . integre . et pacifice . faciendo inde annuatim dicto domino de Kenefec servicium quod ego et antecessores mei dominis de Kenefec pro dicta acra facere debuimus et consuevimus . pro omni servicio secta exactione et seculari demanda . absque aliquo retenemento mei vel heredum meorum in perpetuum. Pro hac autem mea donatione concessione confirmacione et quita clamacione . dedit mihi dictus Philippus viginti et quinque solidos argenti premanibus in gersuma. Et ego dictus Thomas et heredes mei dicto Philippo et heredibus suis vel assignatis dictam acram terre cum omnibus suis pertinenciis contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donacio . concessio . confirmacio . et quita clamacio firmitatis robur habeat in posterum hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . Symone Tinctore . Willelmo de Pola . Rogero Galun burgensibus de Tetteburi . Willelmo clerico filio Alexandri de Kenefec . Philippo clerico . Thoma Gramus . Willelmo Frankelen et aliis.

Seal, dark green wax, 1¼ in. diam. Device, a sort of wheel or star of seven rays.

Legend—'+ sigill' thome . filii . rob'ti.'

Endorsed—'Carta Thome filii Roberti Raul quam fecit Philippo filio Roberti Palmer de una acra terre.'

# DCXL.

## AGREEMENT BETWEEN PRINCE LEWELIN AND EARL GILBERT DE CLARE, CONCERNING THE MEN OF MISKYN, SENGENYTH, Etc.

[P.R.O. Regist. Munim. Liber A. f. 366.]

Thursday before Michaelmas Day. 52 Henry III. 1268.

Compositio facta inter Lewelinum principem Wallie et Dominum Snawdon' ex una parte et Dominum G' de Clare ex altera.

Die Jovis proxima ante festum Sancti Michaelis anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis quinquagesimo secundo apud Pontem Monachorum in Cantreffely convenit inter Dominum Lewelinum principem Wallie Dominum Snawdonie ex una parte et Dominum Gilbertum de Clare comitem Gloucestrie et Hertfordie ex altera super contencionibus et discordiis inter ipsos motis super hominibus terris transgressionibus et rebus aliis de quibus nuper apud Mongomeriam coram venerabili patre episcopo Exoniensi et sociis suis per dominum Regem ibidem transmissis agebatur. Videlicet quod predicti princeps et comes consenserunt quod dies Mercurii proxima post quindenam Sancti Michaelis anno predicto quem super eisdem predicti episcopus et socii sui prefixerunt coram domino Rege prorogetur usque in octabas purificationis Sancte Marie proximo futuras. Consenserunt etiam iidem princeps et comes quod interim venerabilis pater episcopus Bangorensis, Grono ab Edenaveth, Tuder ab Edenaveth, et David ab Eynon, ex parte predicti principis electi, et domini Johannes filius Johannis, Johannes de Breusa, magister Rogerus de Leycester domini Pape capellanus, et dominus Herveus de Borham, ex parte predicti comitis electi prestito prius corporali sacramento quod fideliter et exquisite audiant rationes hinc inde propositas et proponendas super premissis ea secundum justitiam terminabunt et diffinient. Predicti vero princeps et comes bona fide injungent suis ad predicta electis quod odio favore timore

reverentia vel dominio seu amore alicujus dimittent quin fideliter procedant in negocio supradicto. Et predicti princeps et comes stabunt per omnia et in omnibus judicio dicto et ordinacioni arbitrio seu laudo predictorum electorum in premissis. Et si contingat quod absit quod predicti electi unanimi consensu predicta negocia aliquo casu infra terminum supradictum non terminaverint predicti princeps et comes de alia via terminandi predicta infra predictas octabas providebunt et si evenerit quod predicta nec per primam viam nec per secundam infra predictas octabas terminentur ad plenum sint omnia predicta negocia in predictis octabis coram domino Rege in eo statu in quo esse debuerant coram eo predicta die MERCURII post quindenam Sancti MICHAELIS. De hominibus autem de MEYSKYN et de SEINGHENY et quos dictus comes dicit per dictum principem sibi esse subtractos de quibus idem princeps fuit in seisina die confeccionis presencium sic convenit inter eos quod illi de MEYSKYN usque ad predictas octabas purificacionis cum averiis suis et catallis morentur inter terram de BRETONIA et GLENROTHENY et illi de SEYNGHENY similiter usque ad predictum tempus morentur cum averiis et catallis inter terram BRETONIE et aquam que dicitur CAAYACH ita tamen quod occasione more predictorum hominum nichil predictis principi seu comiti accrescat seu decrescat . et ad hec omnia fideliter et sine dolo observanda predicti princeps et comes corporale prestiterunt sacramentum. Et ad majorem securitatem predicti princeps et comes huic scripto in modum cyrographi confecto sigilla sua alternatim apposuerunt. Et sciendum est quod dicti electi officium suum incipient die MERCURII proximo post festum EPIPHANIE Domini proximo futurum, apud EADBRYN in BRETONIA de die in diem precedendo donec predicto compleverint. Actum anno die et loco predictis.

This is an attempt, probably not entered upon in good faith, on either side, between Prince Llewelyn and Earl Gilbert, to put an end to the perpetual wars carried on between the Welsh and English of the borders, in accordance with the recommendation of a commission which held a meeting at Montgomery.

It appears from the record that the scene of the special difference was in the lordships of Miskin and Senghenydd.

## DCXLI.

## SETTLEMENT ON THE MARRIAGE OF JOHANNA, DAUGHTER OF WILLIAM DE REYNI, TO JOHN LE BOTYLLER.

[HARL. CHARTER, 55 C. 45.]

ST. KATHERINE'S DAY. 25 NOVEMBER. 1268.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris et audituris quod ego [WILLELMUS] de REYNI dedi concessi et hoc presenti scripto confirmavi JOHANNI le BOTYLLER et JOHANNE de REYNI filie mee et heredibus ejusdem JOHANNE de [REYNI et suis] assignatis totum manerium meum in BAGEBER' cum advocacione ecclesie una cum omnibus homagiis scutagiis wardis releviis . . . redditibus et omnibus aliis serviciis et cum omnibus villanis et eorum sectis ac catallis boscis pratis pasturis . . . . . . . . stagnis molendinis marler[iis] piscariis montibus planis viis et semitis ac omnibus aliis aisiamentis ad predictum manerium pertinentibus. Habendum et tenendum predictum manerium cum omnibus suis quibuscunque pertinenciis predicto JOHANNI le BOTYLER et predicte JOHANNE de REYNI et heredibus ejusdem JOHANNE de REYNI vel suis assignatis de me et heredibus meis libere quiete et pacifice ac jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim predicti JOHANNES le BOTYLER et JOHANNA de REYNI et heredes ejusdem JOHANNE de REYNI vel sui assignati michi predicto WILLELMO quamdiu vixero triginta libras argenti et post decessum meum heredibus meis unum denarium argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis. Ego vero predictus WILLELMUS et heredes mei predictis JOHANNI le BOTYLER et JOHANNE de REYNI et heredibus ejusdem JOHANNE de REYNI et suis assignatis totum predictum manerium cum omnibus pertinenciis ut supra scriptum est contra omnes mortales per servicia predicta warantizabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio concessio et presentis scripti confirmatio rata et stabilis inperpetuum permaneat huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis

testibus . WARINO de RALEYE . RIC. de WIRECEST' . SYMONE de MER . . . militibus . RICARDO filio BERNARDI . HENRICO de FIDIGTON . WILLELMO FITCHET . WILLELMO PANIOTH et aliis.

Datum apud ESSHOLTE ad festum Sancti KATERINE virginis et martiris [anno] regni Regis HENRICI quinquagesimo tertio.

Bagaher' is West-Bagborough, co Somerset.

## DCXLII.

## BULL OF POPE CLEMENT IIII., RATIFYING AN AGREEMENT BETWEEN THE ABBEYS OF MARGAM AND TEWKESBURY, CONCERNING THE TITHES OF ST. LEONARD'S, NEWCASTLE.

[MARGAM CHARTER.]

23 JANUARY. 3RD YEAR. 1268.

CLEMENS episcopus servus servorum Dei . dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii Sancte MARIE de MARGAN CISTERCIENSIS ordinis LANDAVENSIS diocesis . salutem et apostolicam benedictionem.

Ea que judicio vel concordia terminantur firma debent et illibata persistere et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur . apostolico convenit presidio communiri. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat . quod dudum inter vos . ex una parte . et . . abbatem et conventum monasterio de THEOKESBURI ordinis Sancti BENEDICTI WIGORNIENSIS diocesis ex altera . super decimis provenientibus quibusdam terris vestris in parrochia ecclesie Sancti LEONARDI de NOVO CASTRO in GLAMMARGAN consistentibus orta materia questionis . tandem post diversas commissiones ab apostolica sede super hoc . ad judices diversos obtentas et processus etiam varios habitos per easdem . amicabilis super hoc inter partes . compositio intervenit . prout in patentibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri . nos itaque vestris supplicationibus inclinati . compositionem hujusmodi sicut rite . ac sine pravitate proinde facta est et ab utraque parte

sponte recepta et hactenus pacifice observata . ratam et firmam habentes . eam auctoritate apostolica confirmamus . et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit . indignationem omnipotentis Dei et beatorum PETRI et PAULI apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum VITERBII x. Kalend. Februarii . Pontificatus nostri anno tertio.

A leaden Bulla of the Pope is appended by strands of yellow and red silk, and sewn up in a casing of thin kid leather.

Endorsed, in a contemporary hand—'Johanne de Pergamo'; 'Confirmacio ecclesie de compositionis (*sic*) de Nova (*sic*) Castro in Glammorgan.'

In a very late hand—'Bull of Pope Clement IV., confirming the agreement between the Abbot of Margam and the Abbot of Tewkesbury concerning the tithes of New-Castle.'

## DCXLIII.

## QUIT-CLAIM BY WRONO AB SEYSIL OF LAND IN LLANGEINOR TO MARGAM ABBEY.

[HARL. CHARTER, 75 C. 52.] CIRCA 1270.

Universis CHRISTI fidelibus presens scriptum visuris vel audituris WRONU ab SEYSIL salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod ego consilio et consensu KNAITHO et WRONU VAHHAN filiorum meorum et heredum et aliorum amicorum meorum concessi et quitum clamavi et hac presenti carta confirmavi Deo et ecclesie beate MARIE de MARGAN et monachis ibidem Deo servientibus totum jus meum et totum clamium quod habui in terra illa de EGLESKEYNUR que

appellatur Taleschanlhere que jacet inter rivulum que appellatur Nantikhi et aquam de Uggemore scilicet quicquid ego et antecessores mei unquam habuimus inter aquam de Garwe et aquam de Uggemore in bosco vel in plano. Ut habeant et teneant dicti monachi dictam terram libere et quiete et pacifice pro me et omnibus heredibus meis qui sunt vel erunt sicut ullum tenementum vel ulla elemosina liberius haberi potest vel teneri. Et sciendum quod ego et predicti filii mei affidavimus et super sacrosancta ecclesie de Margan juravimus quod istam concessionem et quitam clamacionem fideliter et sine dolo servabimus et contra omnes homines dictis monachis warantizabimus in perpetuum. Hiis testibus. Mauricio clerico de Langonet et Reso fratre ejus. Ricardo clerico de Kenefeg. Yorvard' ab Espus. Reso Coh. Cradoco ab Ricard. Osberno et Thoma de Kantelo monachis de Margan. Espus et Kanaan conversis de Margan et multis aliis.

Endorsed—'Abjuratio Wronu ab Seisil de terra de Egliskeinwir.'

Wronu ab Seysil, and his sons Knaithur and Wronu Vahhan appear as Welsh landowners of Taleschanlhere, in Egleskeynwir, which lay between the Nantiki and the Ogwr, or between the Garw and the Ogwr.

## DCXLIV.

## CYROGRAPH AGREEMENT BETWEEN MARGAM ABBEY AND JOHN DE NORREYS, CONCERNING LAND IN BONEVILESTON.

[Harl. Charter, 75 A. 36.] Circa 1270.

· A · B · C · D · E · F ·

Cum quedam convenciones mote fuerant inter Gillebertum abbatem monasterii beate Marie de Margan ex una parte et dominum Johannem le Norreys ex altera super quibusdam consuetudinibus et serviciis exeuntibus de terris et tene-

mentis que idem Johannes tenet in Bonevileston de prefato abbate et ecclesia sua predicta in Bonevileston amicabilis composicio inter ipsos conquievit sub tali forma videlicet quod prefatus Johannes pro se et heredibus suis et assignatis suis recognovit et concessit se tenere omnia predicta tenementa de predicto abbate et ecclesia sua predicta per servicium duodecim denariorum per annum ad festum Sancti Michaelis et faciendo sectam ad curiam prefati abbatis de Bonevileston de mense in mensem, et forinsecum servicium quantum ad tantum tenementum pertinet, et racionabile relevium cum evenerit, et custodiam predictorum tenementorum in tempore minoris etatis heredum suorum seu heredum assignatorum suorum et fidelitatem. Pro hac autem recognicione concessione et ad instanciam domini Gilleberti de Clara comitis Gloucestrie et Hertfordie prefatus abbas pro se et successoribus suis et ecclesia sua beate Marie de Margan concessit warantizare prefata tenementa de feodo suo de Bonevileston prefato Johanni le Norreys et heredibus suis si contigerit ipsos ab aliquibus implacitari per breve domini Gilleberti de Clara comitis Gloucestrie et Hertfordie in comitatu de Kardif sub tali condicione quod si idem Gillebertus abbas vel aliquis alius abbas successor suus de abbacia de Margan in prefato comitatu vel alibi ubi respondere debeat versus quemquam ipsum Johannem le Norreys seu heredes suos cum vocatus fuerit ad warantum warantizaverint et prefatam terram per warantiam suam per processum placiti seu per patriam seu non defensum seu per defaltam seu quocunque aliquo alio modo versus petentem amiserit seu amiserint; idem Johannes vel heredes sui nichil habebunt per judicium illius curie seu alicujus alterius pro valencia predictorum tenementorum de prefato abbate seu successoribus suis sive de ecclesia sua de Margan predicta nisi unum par calcarium deauratorum precii sex denariorum sive sex denarios nomine valencie prefate terre sic amisse. Et ego Johannes le Norreys miles hoc concedo et pro me et heredibus meis confirmo et ratifico imperpetuum. Et preterea ego Johannes le Norreys volo et concedo pro me et heredibus meis quod si aliquo tempore presumamus plus pro valencia predicte terre de Bonevileston versus predictum

GILLEBERTUM abbatem seu successores suos abbacie de MARGAN si amissa fuerit per placitum petere quam unum par calcarium deauratorum precii sex denariorum vel sex denarios quod ex tunc ego JOHANNES vel heredes mei teneamur abbati de MARGAN qui pro tempore fuerit et ecclesie sue beate MARIE de MARGAN ex puro debito in centum libris sterlingorum persolvendis omnino eidem abbati et ecclesie sue beate MARIE de MARGAN antequam aliqua seysina alicujus terre pro valencia predicte terre de BONEVILESTON de prefato GILLEBERTO abbate seu successoribus suis mihi seu heredibus meis liberetur. In cujus rei testimonium partes predicte huic scripto in modum cyrographi confecto alternatim sua sigilla apposuerunt.

Endorsed—'Convencio Johannis le Norreys.'

Fragment of a seal of arms: a cross fleury. Green wax.

Norris, Noreis, Noreys, Norensis, were from Gloucestershire, and early settlers in Glamorgan where they held Penllyne and probably Llanvihangel, which they also held in 1320, each lordship as one knight's fee. Sir Robert Noreis was, no doubt, the builder of the Castle of Penllyne, where still remains a fragment of a small rectangular keep, shewing herring-bone masonry, very rare, even if existing anywhere else in South Wales. Sir Robert, and perhaps his son of the same name, filled the office of Sheriff under Robert consul, and William Earl of Gloucester.

Their successor was Sir John le Norreis, who gave a croft to Margam, about 1188, and made a convention with Margam, whence it appears that he held land in Bonevileston under the Abbot. In 1262, he, or his son, was one of a jury of twelve for an Extent of Glamorgan, when it appears that Penllyne, possibly with Llanvihangel, was rated at £15 per annum.

John seems to have been a popular name with the family.

In 1376, John, son and heir of John le Noris, of Leche-Castel, was under age, so Margam granted a lease at Bonvilleston for the term of his minority. And in 1400, Pierre Crull, tres cher escuier to Henry IV., had the wardship of the lands of John le Norris, chevalier, deceased, held in capite of Thomas le Despencer, and falling to the Crown on his attainder in the time of Richard II. With the land Crull had the wardship of John's daughter and heiress Margaret. Collinson calls her Elizabeth, and married her to William Cahor, of Coker, county Somerset. Of this there is no record, but the Welsh pedigree gives to a John le Norris four daughters, co-heiresses, of whom (1) Beatrice, married Walsh, of Llandough; (2) Maud, married Philip Morgan, of Pencoyd; (3) Lucy, married Tompkin Turberville, whence the Turbervilles of Penllyne; (4) Wenllian. Several other Norrises occur in the Charters, as Owen, Robert, Richard, Nicholas.

## DCXLV.

## WILLIAM, SON OF WORGAN THE PHYSICIAN, GRANTS LAND TO MILO DE REYNGNI.

[ADD. CHARTER, 24,247.]

Sciant presentes et futuri quod ego WILLELMUS filius WORGANI medici dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino MILONI de REYNGNI medietatem viginti acrarum terre quas teneo per cartam WILLELMI de REYNGNI patris dicti MILONIS que jacent in parte australi que ducit usque terram WRONOU WASSAN per metas et bundas sicut divisa est. Habendam et tenendam pro me et heredibus vel assignatis [meis] sibi et heredibus suis sive assignatis libere quiete pacifice integre jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim domino feodi qui pro tempore fuerit tres solidos ad duos anni terminos videlicet ad nativitatem beati JOHANNIS BAPTISTE XVIII. denarios et ad festum Sancti MICHAELIS XVIII. denarios pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum et secularibus demandis. Pro hac autem donacione concessione et carti mei (*sic*) confirmatione dedit mihi dictus MILO XX. solidos sterlingorum premanibus. Ego vero predictus WILLELMUS et heredes mei vel mei assignati dictam medietatem dicte terre sicut divisam (*sic*) est dicto MILONI et heredibus suis et suis assignatis pro predicto servicio contra omnes mortales warantizabimus acquietabimus in perpetuum et defendemus. Ut hec autem mea donatio concessio et carti mei (*sic*) confirmatio stabilitatem et robur optineat in perpetuum hanc presentem cartam meam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . WALTERO de REYNGNI . tunc domino feodi . WRONOU WASSAN . LEWELINO TYR . JOHANNE FRANKELEYN . MEILIR ap CRADOC . et aliis.

Small seal of green wax: a rosette of eight points.

'+ S . . . . . LE . MIRE.'

This is a grant in fee by William, son of Worgan, a physician, to the Lord Milo de Reigny of the moiety of 20 acres of land, which he held by Charter of William, father of Milo, and which lay south of the land of Wronou Wassan: Milo to pay 3s. per annum to the chief lord, and 20s. into the hands of the grantor.

Of the witnesses, Walter de Reigny was lord of the fee.

There is no good pedigree of de Reigny, the following is imperfect :—

John de Reigny, 27 Henry III., of Eggesford, Devon.
|
John de Reigny.
|
Richard de Reigny.
|
John de Reigny.
|
Richard de Reigny, 19 Edward III.

John de Reigny, of Eggesford=a grand-daughter of Roger Page.
|
John de Reigny=daughter and heiress of Weele.
|
John de Reigny.
|
John de Reigny.
|
Richard de Reigny.
|
John de Reigny.
|
Charles Copleston=Ann de Reigny.

William de Reigny, temp. Henry II.
Roger de Reigny, temp. 12 John.
Sir John de Reigny, temp. Henry III.

Arms : Gules, 2 wings conjoined in line ermine.

## DCXLVI.

## JOHN LE PORC OF CARDIFF, GRANTS TWO BURGAGES IN CARDIFF TO WALTER DE RENGNY.

[ADD. CHARTER, 24,248.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego JOHANNES le PORC de KARDIF dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi WALTERO de RENGNY duo burgagia cum pertineneiis suis in KARDIF quorum unum burgagium situm est inter burgagium aliquando RICARDI FABRI et burgagium NITHELFI de PENNART alterum vero burgagium situm est extra portam meridionalem versus mare juxta burgagium quondam WILLELMI SEWARD. Habenda et tenenda pro me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et hereditarie.

Reddendo inde annuatim capitali domino de KARDIF qui pro tempore fuerit duos solidos pro omni servicio et seculari demanda. Pro hac autem donatione concessione et carte mee confirmacione predictus WALTERUS de RENGNY et heredes sui vel assignati sui dabunt mihi annuatim quoad vixero quinque crannocos frumenti ad sustentacionem meam. Et ego dictus JOHANNES le PORC et heredes mei predicta burgagia cum pertinenciis et libertatibus suis predicto WALTERO et heredibus suis vel assignatis suis in perpetuum contra omnes homines et feminas warantizare et defendere tenemur. In hujus rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus . domino RICARDO LUDE . NICHOLA de PENNART . WALTERO CORNUBIENSI . RICARDO CRISPO . RICARDO RUMBAUD' et multis aliis.

Small round seal, light green wax : a rosette.

'+ S' . IOH'IS . PORCH.'

This is a grant of two Burgages in Cardiff, one between that of Richard the Smith, and Nithelf de Penarth, the other outside the sea or south gate of the town, formerly that of William Seward. De Rengny is to pay yearly 2s. to the chief lord, and five cranochs of wheat to the grantor, J. le Porc.

The witnesses are not names known in the County. There was a Thomas de Lude, in Dorset, temp. Edward I., and a Walter de Cornubia, in Cornwall, without date. There was a Roger Crisp, in London, 1 John, and a Richard Crispin, of Wolsator, Devon, temp. Henry III. and Edward I. ; probably Walter and Richard are those here named, if so the Charter is of the reign of Edward I.

There was a William de Rengeny, of Somerset. 52 Henry III., who held lands in Ashold, Alty and Donyford. [Rot. Chart., 97 A.]

## DCXLVII.

## WILLIAM BALDEWYNE GRANTS A BURGAGE IN CARDIFF TO SIR JOHN DE LANILTUIT.

[ADD. CHARTER, 24,249.] S.D.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego WILLELMUS BALDEWYNE filius et heres JOHANNIS BALDEWYNE burgensis de KERDIF dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi JOHANNI de LANILTUIT militi filio JOHANNIS filii WILLELMI de LANILTUIT unum burgagium quod habui in villa de KERDIF quod jacet inter

burgagium prioris de Kerdif pertinens ad abbaciam Tewkesburie ex parte boreali et burgagium quod fuit quondam Willelmi de Lanririd tinctoris ex parte australi pro quatuor marcis sterlingorum mihi premanibus persolutis. Habendum et tenendum sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis vel meis assignatis libere et quiete integre et bene in pace et honorifice in omnibus locis cum omnibus aisiamentis et libertatibus dicto burgagio pertinentibus absque ullo mei vel heredum meorum retenemento. Reddendo inde annuatim de se et heredibus suis vel suis assignatis domino capitali ville de Kerdif duodecim denarios sterlingorum ad quatuor anni terminos principales prout debitum est in villa de Kerdif reddere et consuetum pro omni servicio exactione et demanda. Et ego Willelmus Baldewyne et heredes mei dictum burgagium cum omnibus suis pertinenciis et libertatibus prout prenominatum est dicto Johanni filio Johannis et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas in perpetuum warantizabimus acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donacio et concessio rata sit et firma presenti carta sigilli mei impressionem duxi apponendam. Hiis testibus . Willelmo Wallot . Waltero Cornubiense . Willelmo de Lanririd . Waltero Peytevin . Roberto Colsweyn . Rogero Sewald . Johanne Rumbold et aliis.

## DCXLVIII.

## ROBERT THURGOT GRANTS LAND IN THE FEE OF COGAN TO WILLIAM DE RENGNY.

[Add. Charter, 24,250.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus Thurgot dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo de Rengny totam terram meam quam tenui in feodo de Cogan que jacet pro octo acris cum omnibus pertinenciis suis et libertatibus suis. Quarum vero quinque acre jacent supra montem et tres acre jacent ad parvum castellum et ad quendam locum qui Anglice vocatur Ye Silffe.

Tenendum et habendum sibi et heredibus suis vel assignatis suis pro me et heredibus meis libere quiete pacifice integre et hereditarie faciendo servicium et redditum capitali domino de Cogan secundum tenorem carte domini Ricardi de Cogan quondam domini de Cogan quam in pleno comitatu de Kardif prefato Willelmo liberavi. Ego autem dictus Robertus Thurgot et heredes mei totam predictam terram cum omnibus pertinenciis et libertatibus suis prefato Willelmo et heredibus suis vel assignatis suis contra omnes homines et feminas in perpetuum warentizabimus. Pro hac autem donacione concessione et sigilli mei confirmacione dedit mihi predictus Willelmus de Rengny octo marcas sterlingorum pre manibus in recognicione. Et ut hec mea donacio concessio et sigilli mei confirmacio rate et stabiles permaneat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino Petro Pincerna tunc vicecomite de Clamorgan . Roberto de Sumery . Willelmo Flandrensi . Willelmo de Barri . Danielo Bert . Adam filio Ysaac . Galfrido filio Petri . et multis aliis.

Small round seal, green wax: a fleur-de-lis.

'+ s' . ROBERTI THVRGOD.'

Robert de Sumery, William Flandrensis, and William de Barri, occur in an Extent of 1262 (?).

Daniel Bert occurs in Charters with William de Barri.

Robert Thurgot grants to William de Rengny all his land in the fee of Cogan (8 acres ?), of which five are on the hill and three at the little castle, at a place called in English Ye Silffe, for which he is to do service to the chief lord of Cogan, according to the terms of the Charter of the Lord Richard de Cogan, formerly Lord of Cogan, which he had delivered to William in full Court at Cardiff, for which William paid eight marks.

The Lord Peter Pincerna, the Sheriff, is a witness.

## DCXLIX.

## WILLIAM, SON OF ROGER THE FOWLER OF DINAS POWYS, GRANTS A TENEMENT IN COGAN FEE TO MILO DE REINGNY.

[Add. Charter, 24,251.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Rogeri Aucupis de Denaspoys dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Miloni de

Reingny totum liberum tenementum meum quod tenui in feodo de Cogan jacens pro septem acris terre super Kalewe versus partem borialem per metas et bundas sicut divise sunt cum pertinenciis suis. Tenendum et habendum predictum tenementum cum omnibus pertinenciis suis de me et heredibus meis vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario inperpetuum in viis semitis pasturis et in omnibus asiamentis que habui vel aliquo jure hereditario habere potero. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui michi et heredibus meis vel assignatis meis unum denarium argenti ad festum Sancti Michaelis pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum herietis releviis et pro omnibus secularibus demandis. Pro hiis autem donacione concessione et carte mee confirmacione michi dedit predictus Milo quadraginta solidos argenti in recognicione. Ego vero predictus Willelmus filius Rogeri Aucupis et heredes mei vel assignati mei predicto Milony de Reingny et heredibus vel assignatis suis totum predictum tenementum cum omnibus predictis pertinentiis suis pro predicto redditu secundum formam in omnibus prescriptam contra omnes gentes in perpetuum warantizabimus defendemus et acquietabimus. Et ut mea donacio concessio et carte mee confirmacio rate et stabiles inposterum permaneant hanc presentam cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino Waltero de Sullia . domino Roberto de Sumery . Willelmo de Reingny . Roberto Goul . Galfrido filio Petri . Philippo Thurgoud . Willelmo Aylward . Ada filio Danielis Berd et aliis.

Small round seal, green wax, imperfect : a fleur-de-lis.

‘ + s’ will’i . av . . . . .’

There was an Ailwardus Pincerna attached to the Court in 1168, and Camerarius in 1170 [Itin. of Henry II., pp. 86 and 139.]

## DCL.

## WILLIAM PEYTO GRANTS LAND IN COGAN FEE TO MILO DE REYNI.

[Add. Charter, 24,252.]

Omnibus Christi fidelibus ad quos hoc presens scriptum pervenerit Willelmus Peyto filius Willelmi de Anglia salutem in Domino. Noveritis me concessisse remisisse pro me et pro heredibus meis vel asingnatis meis quietum clamasse Miloni de Reyni et heredibus suis vel assignatis suis totam terram jacentem super Caluue in feodo de Cogan quam habui de dicto Milone per cartam suam pro septem solidis michi premanibus pagatis. Tenendam et habendam pro me et heredibus meis vel asingnatis meis sibi et heredibus suis vel asingn[a]tis suis libere quiete paoifice integre et hereditario in perpetuum sine aliquo retenimento mei vel meorum. Faciendo inde annuatim ipse et heredes sui vel asingnati sui debitum servicium dominis capitalibus quantum ad dictam terram pertinet. Et quia volo quod ego predictus Willelmus et heredes mei vel asing[na]ti mei versus predictum Milonem et heredes suos vel asingnatos suos aliquod jus nec clameum in dicta terra de Caluue decetero habere non poterimus nec petere huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus . Waltero de Reyni . Philippo Thouroot . Waltero de Cogan . Alexandro filio Mauricii . Mauricio filio Ysac . Thoma Longo et aliis multis.

Small round seal, green wax: a quatrefoil.

'+ s' walteri . . . . .'

## DCLI.

## ADAM PANCHOUT GRANTS LAND IN THE FEE OF DINASPOYS TO WILLIAM DE RENGNY.

[Add. Charter, 24,253.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam Panchout dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo de Rengny quatuor acras terre arabilis de tenemento meo in feodo de Dinaspoys sicut jacent in una cultura videlicet inter viam regalem qua itur a Dinaspoys versus Cogan et terram tunc Ade filii Ysaac Vot quarum unum capud tendit se ad pratum tunc predicti Ade et alterum capud ad montem. Tenendas et habendas de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis libere quiete pacifice integre et hereditarie. Reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati sui scilicet unum denarium in festo beati Michaelis pro omnibus serviciis querelis consuetudinibus sectis curiarum et demandis secularibus. Pro hiis autem donatione concessione et sigilli mei confirmatione dedit mihi predictus Willelmus viginti solidos et sex denarios in recognicione. Ego vero predictus Adam Panchout et heredes mei predicto Willelmo de Rengny et heredibus suis vel assignatis suis prenominatas quatuor acras contra omnes homines et feminas inperpetuum warentizabimus et defendemus. Et ut mea donacio concessio et sigilli mei confirmacio rate et stabiles permaneant hanc presentem cartam sigilli impressione roboravi. Hiis testibus . domino Roberto de Somer[i] . Willelmo de Barri . Henrico de Clouc[estria] . Waltero de Rengny . Adam filio Danielis [Bert] . Adam filio Ysaac Vot . Elia de Sancto Michaele et multis aliis.

Small round seal, green wax : an ornamental fleur-de-lis.

'+ s' ade . pancholf.'

# DCLII.

## ADAM, SON OF ADAM YSAAC VOT, GRANTS A TENEMENT IN DINASPOYS TO MILO DE REINGNY.

[ADD. CHARTER, 24,254.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego ADAM filius ADE YSAAC VOT dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi MILONI de REINGNY tres acras terre et dimidiam acram terre arabilis et unam acram prati cum omnibus pertinentiis suis de libero tenemento meo in feodo de DINASPOYS. Que quidem predicte tres acre et dimidia acra terre jacent sub una cultura infra terram que vocatur BRETHE proximiores terra tunc ADE filii DANIELIS BERD versus occidentem et terram meam versus orientem unde unum caput se tendit versus borialem usque ad FFONYLONDE et alterum caput versus meridiem usque apud LA LAKE. Predicta acra terre prati cum pertinenciis jacet inferior prato meo et proximior terra que vocatur MALTELONDE versus occidentem unde unum caput tendit se versus orientem ad pratum tunc WALTERI de COGAN et versus occidentem ad primum pratum quod est meum. Tenenda et habenda de me et heredibus meis vel assignatis meis sibi et heredibus suis vel assignatis suis libere quiete pacifice integre et jure hereditario inperpetuum in viis in semitis et pasturis et aisiamentis et in omnibus libertatibus. Reddendo inde annuatim ipse et heredes sui vel assignati sui mihi et heredibus meis vel assignatis meis sex denarios argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omnibus serviciis querelis sectis curiarum consuetudinibus et omnibus aliis secularibus demandis. Pro hiis autem donacione concessione et carte mee confirmacione predictus MILO mihi dedit quadraginta et quatuor solidos sterlingorum premanibus. Ego vero predictus ADAM filius ADE YSAAC VOT et heredes mei vel assignati mei predicto MILONY de REINGNY et heredibus suis vel assignatis suis predictas tres acras et dimidiam acram terre et predictam acram prati cum omnibus pertinentiis suis per metas et bundas sicut divise sunt pro predicto redditu et secundum formam

in omnibus prescriptam contra omnes gentes inperpetuum warantizabimus defendemus et adquietabimus. Et ut mea donatio concessio et hujus presentis carte mee confirmacio rate et stabiles inposterum permaneant hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus . domino WALTERO de SULLIA . domino ROBERTO de SUMERY . WILLELMO de REINGNY . WILLELMO de BARRY . WALTERO de REINGNY . WILLELMO filio AYLWARD . ADA filio DANIELIS . WILLELMO filio ROGERI AUCUPIS . WALTERO de COGAN et aliis.

## DCLIII.

## ROGER DE GLOUECESTRIA GRANTS LAND AT KENNOW, ETC., TO OWEN, THE PRIEST OF ST. MICHAEL'S.

[ADD. CHARTER, 24,266.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego ROGERUS de GLOUECESTRIA dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi OWENO sacerdoti de Sancto MICHAELE totam terram quam GALFRIDUS pater ejus tenuit cum hameletis que jacent intra terram illam super KENNOW et BRENYOW et sicut extenduntur usque ad aquam de KENYOW et BRENYOW et cum pendente qui jacet in occidentali parte terre harabilis jacentis super KENYOW que fuit ejusdem GALFRIDI et a capite illius terre quo scilicet stat quidam magnus lapis tendit versus occidentem juxta viam qua itur apud WRENCHESTON et MICHELESTOWE usque ad partem occidentalem parvi fossati cujus unum capud jacet versus partem borealem et alterum versus partem australem in cujus parte occidentali stat quedam alba spina et extenditur dictus pendens versus partem australem usque ad KENYOW secundum scilicet obliquitatem magnam versus occidentem et cum grava que jacet in capite cujusdam partis dicte terre que scilicet pars appellatur WALSELOND et secundum latitudinem ejusdem tendit contra montem usque ad locum qui dicitur YE SMETHET cum omnibus pertinenciis. Tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et quibus eam assignare voluerit et assignatorum assignatis libere quiete pacifice

inperpetuum et sine gravamine in bosco et plano pascuis et pasturis in viis et semitis. Reddendo inde mihi et heredibus meis singulis annis quadraginta denarios ad quatuor anni terminos videlicet ad festum Sancti Michaelis decem denarios ad nativitatem Domini decem denarios ad Pascha decem denarios ad nativitatem Sancti Johannis decem pro omni servicio et seculari exactione et demanda salvo servicio domini Regis ad tantam terram pertinente. Ego vero Rogerus et heredes mei dictam terram cum dictis hameletis et toto dicto pendente et cum dicta grava cum omnibus pertinentiis dicto Oweno et quibus assignare voluerit et assignatorum assignatis contra omnes homines et omnes feminas inperpetuum warentizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio inperpetuum firma consistat eam presenti scripto et sigilli mei testimonio confirmavi. Hiis testibus . domino Willelmo Lesor . Ricardo Flandrensi . domino Willelmo de Resni . Ada de Sumeri . Radulfo de Oilli . Nicolao Landavensis ecclesie thesaurario . Gilberto capellano . Petro Crispo . Waltero de Lanblethian clerico . Waltero capellano . et multis aliis.

Small round seal, green wax, an ornamental fleur-de-lis. Imperfect.

'+ SIGILL' ROG . . . . . .'

## DCLIV.

## JOHN, SON OF RALPH DE LANDEBITHER, GRANTS LAND IN THE FEE OF LANDEBITHER OR LANDEBETHERY, TO WILLIAM LE FRIE AND HAVISIA, HIS WIFE.

[Add. Charter, 24,267.] S.D.

Sciant presentes et futuri quod ego Johannes filius Radulphi de Landebither' dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo le Frie et Havisie uxori ejus et eorum heredibus quatuor acras terre arabilis cum suis

pertinenciis in feodo de LANDEBITHER; Quarum acrarum due acre jacent in cultura que vocatur KAYRARYAN cujus unum capud tendit versus orientem super terram domini JOHANNIS de UNFREVILE et aliud capud versus occidentem super terram KNAYTH le GONT' et una acra iacet in cultura terre que vocatur KAYRPISTEL cujus unum capud tendit versus orientem super terram que vocatur CHORCHEVEY et aliud capud tendit versus occidentem super terram HOWEL THORGOD et una acra jacet in cultura que vocatur HENDREF cujus unum capud tendit versus orientem super terram [quam] KNATHO le GONT' quondam tenuit et aliud capud versus occidentem super terram JOHANNIS FABRI. Habendam et tenendam totam predictam terram de me et heredibus meis vel meis asingnatis dicto WILLELMO et HAVISIE uxore ejus et eorum heredibus libere quiete bene pacifice integre jure hereditario in perpetuum. Reddendo inde annuatim ipsi divisim vel cominatim vel heredes vel assignati predictus WILLELMUS et uxor ejus mihi et heredibus meis vel meis assignatis unum denarium argenti ad festum Sancti MICHAELIS pro omni servicio curiarum herietis wardis releviis et omnimodo aliis secularibus demandis que de aliqua parte terre [predicte haberi potuerunt.] Pro hac autem donatione concessione et presentis carte mee confirmatione dederunt mihi predicti WILLELMUS et HAVISIA centum solidos sterlingorum premanibus. Ego vero predictus JOHANNES et heredes vel assignati mei predictas quatuor acras cum omnibus pertinenciis suis predictis WILLELMO et HAVISIE uxori ejus vel eorum assignatis ejusdem contra omnes homines et foeminas warentizabimus [et] acquietabimus in perpetuum. Et ut hec donacio concessio et presentis carte mee confirmatio rate [et] stabiles in perpetuum permaneant hanc cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus. HENRICO GIF'. JOHANNE ab HOWEL. CLEMENTE de PISTEL. MAURICIO CRADOC. HOWEL CRADOC et multis aliis.

Endorsed—'Landebethery Wal'.'

DA
740
G5C48
1910
v.2

Clark, George Thomas (comp.)
Cartae et alia munimenta

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

Bound by
W. LEWIS,
...et, CARDIFF